




DECISIONES
SVPREMI ITALIAE SENATVS

CAROLO TAPIA

MARCHIONE BELMONTIS

EX EODEM SENATV,

REGIAM CANCELLARIAM NEAPOLIS REGENTE,
& Collaterali Consiliario Compilatore

IN QVIBVS PLVRES CASVS SINGVLARES tàm Regnorum vtriusquè Siciliæ, quàm Status Mediolanensis. Plura etiam ad materiam Regiminis eorum, atquè praxim Supremi Consilij continentur.







SVPERIORVM PERMISSV, & PRIVILEGIO REGIO:

NEAPOLI, Excudebat Aegidius Longus. M. DC. XXVI.

Sumptibus Petri Antonij Reghæ.

Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime Domine

HAſce Supremi Italicarum rerum Senatus Deciſiones à ſapientiſſimo, & acutiſſimo Domino Regente Tapia Illuſtriſſimo Belmontis Marchione elaboratas, collectas, ſimulq; compilatas, diligenter euolui, eaſq; non modo ſanæ, Catholicæq; doctrinæ, & abſq; piarum aurium offenſione: Verum etiam verbis limatas, ſententiarum pondere graues, eruditione refertas, antiquorum, recentiorumquè Iuris Peritorum placita, & opiniones ſubtiliter, & accuratè expendentes, tantoq; ſuo Authore digniſſimas reperi. Quare non ſolùm dignas prælo mandari, ſed continuè omnium oculis, manibuſq; verſari debere cenſeo, Datum Neapoli die 3. Menſis Octobris 1625.

Aloyſius Riccius Canonicus Deputatus,
Andreas Lettereſius Canonicus Deputatus.

Imprimatur. Lælius Taſtius Vicarius Generalis,

Illuſtriſſime, & Excellentiſſime Domine

PErlegi Deciſiones Supremi Italiæ Conſilij non minus fœlici, quàm accurato ſtudio nouiſſimè recollectas ab Integerrimo, Præſtantiſſimoq; Domino Regente Carolò de Tapia Marchione Belmontis. Cumq; curioſas, ſcituq; neceſſarias contineant materias, ingenij, doctrinæq; partes mirificè complectentes, digniſſimas exiſtimo, vt ad poſterorum vtilitatem in lucem prodeant.

EXCELLENTIAE VESTRAE

Seruus obſeruantiſſimus
Io. Thomas Roggerius.

Imprimantur
Conſtantius Regens. Henriquez Regens. Lopez Proregens.

Prouiſum per Suam Excellentiam Neap. die vltima Maij 1625.
De Amico.

D. EMANVELI
A STVNICA;
ET FONSECA
MONTIS REGII;
AC FONTANO REGVLO,

Inuictissimi Hispaniarum Regis

PHILIPPI QVARTI
CVBICVLARIO,
A CONSILIIS STATVS, ET BELLI,

Supremi Italiæ Senatus meritissimo Præsidi.



Carolus Tapia ex eodem Senatu Regens
Fęlicitatem summam præcatur.





ECEPTISSIMVM apud omnes Scribentes fuit in edendis libris aliquem Principem adire, qui á conuentu malignantium librum tueretur, ficuti etiam apud sensatos, atquè prudentes scriptores mos fuit illum sibi deligere, qui materiam ita pernosceret, vt non solùm sibi ipsis tutelam acquirerent, sed delectamenti occasionem illi præberent. Hanc igitur doctrinam in librorum meorum editione sequutus fui. Nam de Constitutionibus Principum Commentarios, Hispaniarum Principi Philippo, qui postea Tertius fuit Rex nun-

cupatus, dicaui. Tractatum de Religiosis rebus Alberto Austriæ Regulo, qui tunc Cardinalitia dignitate ornatus, illam etiam decorabat. Lucubrationes, siuè annotationes ad Iura Regni Philippo etiam Tertio, atq; eius primogenito Philippo, nunc Quarto felicissimè Regnanti, tunc Hispaniarũ Principi, Consecraui, á quibus Sanctæ leges, & producendæ, & addiscendæ erant. Vitam Regentis Riberæ optimi Regij Consiliarij, cum allegationibus in causa successionis Portugalliæ, ac Ducatus Britaniæ eidẽ Philippo Tertio. sic etiam de habilitate iuuentutis, Marchioni Bagnesę adolescentulo optimo Mirandæ Comitis Proregis prudentissimi filio, ac libellum aduersus detractores obtuli: Has igitur Supremi Italici Senatus Decisiones, cui tu meritissimè præes, nulli alij, nisi tibi, qui me, & mea sub tua protectione suscipiens, dum in eodem Senatu Regi, ac Domino nostro inseruirem, & ad patriam redeuntem, multis es prosequutus fauoribus, dicandas censui. Quem virtutis amatorem, atq; defensorem agnoui. Tibi etiam, cui delectamentum has decisiones fore allaturas certò scio, ex ijs, quæ dum sub tuo Præsidatu in Senatu illo Magno assisterem, prospexerim. Tui etenim ingenij acumen, facilitatem in decidendo, probitatem in eligendo, doctrinã in consulendo, fortitudinem in negotijs gerendis sum expertus, quorum omnium clarũ reddidere testimoniũ, quæ tam prudenter, tamquè accuratè gessisti in Comitijs Regnorum Coronæ Aragoniæ. Iure igitur tibi debitũ hoc Opus offero, gratum futurum, quia gratus animus offert per manus eximij, atquè peritissimi Cõsiliarij, & Regentis Hieronymi Caymi, tibiq; Carissimi, ob eius singulares virtutes. Tuum igitur erit tueri, quæ tua sunt. D. O. M. fęlicissimam in præsenti sæculo vitam, & æternam in Cœlo tribuere dignetur.

HIE-



HIERONYMO CAYMO MEDIOLANENSI CATHOLICAE MAIESTATIS CONSILIARIO, AC SVPREMI ITALIAE SENATVS REGENTI, COLLEGÆ PRÆSTANTISSIMO.



CAROLVS TAPIA EX EODEM SENATV Regens Regiam Cancellariam. S. P. D.





VAESTIONES à Supremo Italiæ Senatu decisas, dum in illo inter cæteros Consiliarios assiderem, summa qua potui diligentia, collegi; tua sectatus vestigia, qui plurimas eruditione plenas, nullis parcendo laboribus collegisti: obsequium quod tibi debeo à me exigebat, vt illas expectarem, sed cũ sæpius de illis imprimendis tecũ egissem, & reluctantem audiuissem, mequè subditorum vtilitas impelleret, vt eas prælo darem, nescio coactus, an libenter id egerim: dedi tamen, vt te, quem Collegam, atquè Præceptorem colui, prouocarẽ, eas quidem Summo nostro Præsidi Comiti de Monterei dicaui, sed vt

¶ 3 gra-

gratius munus acciperet, illas per tuas manus offerendas decreui. Noui etenim, & quo tu me proſequaris amore, & illius erga te iuſtiſſimè meritam beneuolentiam. His igitur Ducibus ad te illas tranſmitto, quod in illis fuerit erratum tua ſumma eruditione emendandum. Nec nouum mihi erit, ſi quem multis amoris effectibus es proſequutus, hac etiam in re tuo patrocinio tuearis. Vale Senator præſtantiſſime, de Republica optimè merite, & Omnipotens Deus ſuam in omnibus tuis actionibus protectionem exhibeat.

AD

AD
LECTOREM.






CCE Tibi (*Lector studiosissime*) *Controuersias à Supremo Italiæ Senatu decisas. Ecce tibi Hispanicos labores, nocturnas lucubrationes, & quod desideratum habebas, iam prè oculis habes: omnes Christiani Orbis decisas quæstiones iam legebas, Romanæ quidem Aulæ, Neapolitani Consilij antesignanas, Prodierant Gallicæ, Aragoniæ, Cathalunicæ, Lusitaniæ, Valentianæ, Siculæ, Theutonicæ, Lithuanicæ; Deficiebant Summi Italiæ Prætorij, eas tibi offero, tu quidem gratias Deo agas, quod alienis laboribus tuum repleat scientia intellectum, Pro me tamen præces rogo, vt effundas, quod premium erit mihi maximum.* V A L E.



IN

INDEX ARGVMENTORVM DECISIONVM OMNIVM, QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.



I.



AN, & quibus casibus possit Rex causas auocare à Tribunalibus Regnorum Neapolis, Siciliæ, & Ducatus Mediolani, illasquè trahere ad Supremum Italiæ Senatum.

II.

I. Artic.

Vendicanti feudum ex pacto, & prouidētia, incumbit onus probandi descendentiam à primo acquirente, eamq. de primogenito in primogenitum, legitimitatem, & gradū. Verba enunciatiua in instrumento donationis an probent consanguinitatem, & quid si prolata fuerint, in partium precibus, & Principis rescripto, a nu. 1. ad nu. 131.

II. Artic.

Feudum concessum Titio, & Hæredibus ex corpore cum clausula: *itaut viuatur Iure Francorum*, sit nè hæreditarium; ex pacto & prouidētia, an mixtum, quid in Regno Siciliæ, & alijs? latè, & dilucidè discussum. Agitur præcipuè ad securitatem de intellectu Cap. Regis Alphonsi, quod incipit *Volentes*, an locum habeat in feudo cum clausula, prædicta? a num. 132. ad num. 255.

III. Artic.

Feudum an efficiatur nouum, si perueniat ad agnatum remotiorem? quid si titulo oneroso? & an ob adiectionem, vel detractionem alicuius clausulæ in inuestitura, & præsertim propter clausulam *ad habendum, vendendum, & alienandum*? de vi, & effectu illius clausulæ latè actum, a nu. 256. ad nu. 310.

IV.

Ab-

bus, non obstantibus iuribus anteriorum creditorum, quando est cautum anterioribus creditoribus, & concurrente iusta, & rationabili causa.

XX.

Princeps testatorum volũtates circa fideicommissa, & Maioratus an possit mutare, alterare, aut illis derogare; Et an possit id facere non citatis interesse prætendentibus, & casu quo possit, an ex alijs bonis sit satisfaciendum Maioratui?

XXI.

An præcedere debeat, qui primò fuit electus quamuis non ceperit possessionem, vel qui primò ceperit possessionem, quamuis posterior fuerit electus, & plures congeruntur in præcedentiarum materia frequentiores casus.

XXII.

An possit Serenissimus Dux Sabaudiæ exigere vectigal in mari adiacenti eius territorio, sicut exigit in terra, & an debeat solui pro pecunia, & massa argentea, & an casu quo ista exactio esset iniusta debeant concedi represaliæ exteris habitantibus in Hispania cum eius familia, etiam si causa mercimonij incolatum haberent.

XXIII.

An stante priuilegio Messanæ Ciuitati concesso, quo facultas Iudicibus Straticotialibus conceditur declarandi litteras Suæ Maiestatis, vel Proregum esse contra priuilegia ipsi Ciuitati concessa, possint Iudices Straticotiales declarare esse contra priuilegia, non citata parte, de cuius interesse agitur, etiã stantibus litteris S.M. hoc disponentibus: Priuilegia immunitatis, an comprehendant casus publicæ vtilitatis, & imminentis necessitatis Regni, etiam si sint concessa ex causa onerosa, vel seruitiorum, quid attenta iuris communis dispositione, aut Capitulorum Regni, Priuilegiorũ à Regibus concessorum, ac etiã transactione inita cum Catholica Maiestate, & latè tractatur materia immunitatis.

XXIV.

Dispositio c. 1. de controuers. feud. apud par. termin. an locum habeat in Imperatore, vel Rege habente iura Imperij, vel debeat iudicari per Cameram Imperialem; aut aliud Tribunal deputatum ad expeditionẽ causarum Cameralium, & quid decretum fuerit in Curia Imperiali in causa Principatus Pumblini.

Finis Argumentorum.



INDEX LOCVPLETISSIMVS OMNIVM QVAE IN HOC OPERE PERTRACTANTVR.



A

a Item

Ca-

ter:

D

Do-

Iu-

 tiata

Lo-

Præ-

Quæ

Ser-

Suc-

Ven-

Vni-

FINIS.



DECISIONES
SVPREMI ITALIAE SENATVS,
CAROLO TAPIA MARCHIONE BELMONTIS,

EIVSDEM SENATVS CONSILIARIO,

Regiam Cancellariam Neapolis Regente, & Collaterali Consiliario,

Compilatore.



SVMMARIVM.

1 *Regibus à Deo potestas, ac iurisdictio concessa est.*
2 *Rex Minister Dei est.*
3 *Populi omnem in Reges potestatem transtulerunt.*
4 *Iurisdictio omnis à Principe penes quem residet, in alios fluit.*
5 *Iurisdictio Principis immediatam, vel mediatam requirit concessionem, vt ab alio exerceri possit.*
6 *Princeps nunquam iudicandi potestatem à se abdicat.*
7 *Iurisdictionis concessio illæsam relinquit Principis concedentis auctoritatem.*
8 *Princeps iurisdictionem adimit, & concedit.*
9 *Princeps supremus non prohibetur subditorum causas ad se auocare.*
10 *Iudicium soluitur vetante eo, qui iudicare iussit.*
11 *Princeps ex causa litem in Regijs Tribunalibus vertentem auocare potest.*
12 *Auocatio sine magna causa, partem lædit.*
13 *Auocatio odiosa censetur.*
14 *Auocatio tollit præuentionem, & prohibet, Iudicem pronunciare de eo quod cognouit.*
15 *Princeps inscius non censetur præiudicare voluisse processui inter partes agitato.*
16 *Auocatio cedit in contumeliam Iudicis, qui de causa cognoscere cœpit.*
17 *Siculorum causæ à Regno extrahi non possunt, ex capitulis eisdem à diuersis Regibus concessis.*
18 *Capitula sub diuersis rubricis à Regibus diuersis temporibus Siculis concessa, ne eorum persona, & causæ à Regno extrahantur, ad literam referuntur, vbi leguntur casus, in quibus extractio permissa est.*
19 *Verba statuti debent conuenire, & verificari, vt eius dispositio locum habeat.*
20 *Verbis statuti tenaciter est inhærendum.*
21 *Auocari possunt Siculorum causæ ob retardatam, vel denegatam iustitiam.*
22 *Qualitas à statuto requisita ab illo qui in ea se fundat probari debet.*

ARGVMENTVM.

An, & quibus casibus possit Rex causas auocare á Tribunalibus Regnorum Neapolis, Siciliæ, & Ducatus Mediolani, illasq; trahere ad Supremum Italiæ Senatum.

PRIMA DECISIO.



Saepe actum fuit in supremo Italiæ Senatu: an possit Inuictissimus Rex noster instantibus partibus, vel ex officio causas pendentes in Tribunalibus Regnorum Neapolis, Siciliæ, & status Mediolani ad se auocare, vt in eo per sententiam terminentur, cumq; in hac re nullus ex nostratibus exactè tradiderit, quæ in praxi seruentur, sed tantùm aliqua verba protulerunt, operæpretium duxi posteritati tradere, quę ab antiquioribus Dominis Regentibus accepi, quæue seruari vidi, dum Regentis munere in eo fungerer circa obseruantiam Capitulorum Siculis, ac Neapolitanis à Regibus concessis, quæ prohibent auocationem causarum ab illis Regnis; motus ad id occasione litis inter D. Marianam de Pactis, & Quintanaduegnas Baronissam Floresiæ, filiam D. Antonij de Quintanaduegnas Marchionis Floresiæ eiusdem supremi Consilij Decani viri Eruditissimi, & D Antonium

nium Statellam Spaccafurni nunc Marchionem: Fuerat enim per Regias literas ordinatum, vt processus inter partes in Regno Siciliæ prædictas compilatusq; ad hanc Regiam Curiam,& supremum nostrum Tribunal transmitteretur, quod licet antea desiderasset dictus D. Antonius Statella, postea contradicebat, asserens hoc esse contra Capitula Regni Siciliæ, de quibus infra memoriam faciemus, Replicante D. Mariana, litteras expeditas fore exequutioni demandandas: ad quod fundandum allegabat S. Hieronymi dicta super Hieremiam, quæ sunt registrata in decreto in cap. Regum. 23. quæst. 5. *Regum* (inquit) *officium est proprium facere iuditium, atque iustitiam, & liberare de manu calumniantium, vi oppressos, & peregrinis, pupillis, & viduis, qui facilius opprimuntur à potentibus, præ-*
1 *bere auxilium*, † Regibus, enim concessit Deus Opt. Maximus potestatem, ac Iurisdictionem omnem, quam habent, is enim Saulem vngi iussit in Regem,
2 vt habetur Regum cap. 1. † Regemque ministrum Dei appellat Apostolus ad
3 Roman. 13. † in quem potestatem omnem Populus transtulit, vt testatur Iu-
4 reconf. in l. 1. ff. de const. Princ. † Vnde, cùm omnis iurisdictio penès Principem resideat, & ab ipso in alios fluat, vt post multos dictum est à nobis in commentarijs ad Rubr. ff. de constit. Princ.
5 cap. 4. nu. 10. † nec possit esse penès alios absque ipsius mediata, vel immediata concessione, vt tradit Alex. conf. 24. nu. 1. lib. 5. cum alijs adductis loco citato num. 13. sequitur, vt ipse idem Princeps possit esse iudex in omnibus causis, in quibus voluerit. Et licet ipse alteri concedat facultatem iudicandi, illa tamen semper inhæret ossibus con-
6 cedentis, iure superioritatis, & † in ipso tanquam origine conseruatur, tradit Anch. conf. 310. & Senat. Pedem. decis.
7 30. num. 6. Nàm † in concessionibus iurisdictionis ipsius auctoritas semper conseruatur illæsa, vt in eo semper resideat inseparabilis, vt tradit Bald. in l. qui se patris C. vnde lib. quem sequitur Grammat. decis. 30. num. 3. Roland. cons. 48. num. 21. & cons. 8. num. 15. lib. 2. & diximus ad rubric. de constitut. Princ. cap. 4. num 14. & 15. Vnde licet fuerit concessa iurisdictio Tribunalibus Siciliæ, semper intelligitur, vt non per hoc, Princeps voluerit à se abdicare iurisdictionem, ita, vt non possit quãdo casus occurrerit, causam auocare, &
8 sic † potest supprimere iurisdictionem, & vni adimere, & alteri concedere, vt ait Bald. in l. qui se Patris C. vnde liber. nec solùm particularium, sed etiam vniuersitatum, vt docet Bellug. in Spec. Princ. rubr. 22. §. & quia quotidiana num. 30. tanto magis poterit in vna, vel alia causa iudicare. Ad quod facit Summi Pontificis rescriptum in cap. dudum de rescriptis lib. 6. ibi. *Nos igitur attendentes, quòd etsi memorato Episcopo prædictam concessimus potestatem, penès nos nihilominus remansit*
9 *maior*. Ex quibus habemus † posse Principem supremum causam auocare à Trubunalibus inferioribus, quod in indiuiduo auocationis causæ tradit Rebuff. ad const. Galliæ tract. de auocationib. q. 5. num. 36. vbi dicit: Nàm sicut ex causa ab officio remouére potest, ita interdicere vnam causam, cap. Pastoralis §. item cum totam de
10 off. & potest. iudic. deleg. Et † iudicium soluitur vetante eo, qui iudicare iusserat, l. iudicium ff. de iudic. vt idem Rebuff. inquit num. 37.

Sed in contrarium pro parte D. Antonij Statellæ dicebatur, non negari Principem (attento ipsius dignitatis primordio, & officio posse causas omnes iudicare, immò aliquando id effecisse Reges) habemus enim in Regno Neapolis Sapientissimum Alphonsum Aragonium in causa Dominorum de domo Sanseuerina, & alijs,
11 sententias protulisse, sed † post causam commissam, vel in qua Regia Tribunalia processerant, non licere hoc facere nisi ex causa publica, vel in magna causa; vt per au-

Auth.qua in prouincia C. vbi de crimi
ne agi oport.dicit Rebuff.d. tract. de
12 auocat.q.6 nu.57. quia † grauat par-
tem,quando sine magna causa facit,ex
tex.in Auth.vt differentes Iudices , &
Bellug.in spec.Princ.rubr.23.vers. Sed
pone nu 7.& sequent. docet Rebuff d.
q.6.nu.59. vers & grauat. & sequitur
d.Præs Couarr.pract.quæst.c.9 num. 1.
ibi. *Princeps igitur auocare potest causas apud inferiora Tribunalia pendētes*,
ex causa tamen fieri debet,vt iustè fiat;
13 Auocatio † enim ista odiosa est, ideò
restringenda,vt in l. cùm quidam ff de
14 liber.& posthum. Et † tollit præuentio-
nem l.si quis postea ff. de iudi.cap.pro-
posuisti de for. compet. & tollit illud,
quod de qua re cognouit iudex de ea
pronunciare debet l de qua re ff. de
iud.Innoc.in cap.ex litteris de offic.de-
15 legat. Nec † videtur voluisse Princeps
inscius præiudicare processui agitato
inter partes, vt asserit Bald.in l. falsus
col.7.vers. nunc videndum C. de furt.
16 Cedit † enim in contumeliam illius Iu-
dicis qui iam de causa cognoscere cœ-
perat l.litigatores ff.de arbitris. Et si
priùs causæ statum expressisset, auoca-
tionem non obtinuisset, vel non ita de
leui d.c.postulasti de rescript, quæ sunt
verba Rebuff. d. tract de auocat.art.1.
nu.89.quòd tanto magis hoc casu non
erat admittendum,in quo nō ipse Rex,
sed Supremum Consilium auocabat,vt
idem Rebuff. affirmat dicto tract.de auo
cat q.5.nu. 46.
17 His accedebat quòd † stantibus Capitulis Regno concessis non poterat causa ista auocari à Regno,ad quod adducebantur Capitula Regni, quæ hìc referre volui,ne curiosi in illis perquirendis laborent; Est itaque Primum Capitulum 391. cōcessum à Serenissimo Alphonso Aragonio in anno 1449. fol. 221.cuius verba hæc sunt.

Cap.391.Regis Alphonsi fol. 221.

Quòd causæ Siculorum non extrahantur
Cap. 391.

18 ITem † *supplica lo detto Regno alla detta Maestà,che le cause delli Siciliani nō si possano estrahere fuora del Regno per qualsiuoglia iudicio, siue principali appellatione,ò reuisione,ne per qualsiuoglia rimedio,etiam si motu proprio,& potestate absoluta il Principe volesse estrahere, nisi tantùm partibus consentientibus, & volentibus, ita quòd in Sicilia si debbiano principiare,prosequire, & finire totaliter auanti li Giudici competenti;& si fortè alcune inde fou estratte, al presente si rimettano in Sicilia al Iudice, al quale spetta.* Placet Regiæ Maiestati præter quàm de causis pendentibus in curia nam non esset honestum eas illuc remittere indecisas.

Aliud etiam habemus Capitulum, quod est 442. eiusdem Regis fol. 235. sub titulo de non extrahendis causis à dicto Regno Siciliæ.

Cap.442.fol. 235.

Tem supplica lo detto Regno che tutte le cause,che verteranno, ò vero si agiteranno inter priuatas personas, & fiscum,siue agentem siue conuentum,cessionario nomine in le cose, che si puo fare cessione al fisco,e tutte quelle cause, le quali verteranno,ò mireranno inter priuatas personas,Ciuili, ò Criminali ancor che fossero tali,delle quali lo fisco in consequenza inde hauesse à sentire commodo pecuniario, ò qualsiuoglia altra commodità,non si possano iudicare, ò terminare se non per l'officiali ordinarij in lo detto Regno, à cui appartenirà secondo la natura delle cause, & infra lo detto Regno,e non fuora;saluis tamen priuilegijs terrarum, & locorum dicti Regni. Placet Regiæ Maiestati, quòd causæ in quibus fiscus cessit, vel de mandatis sibi à priuatis actionibus iure succedere potest extra Regnum extrahi non possint

possint, neque etiam causæ illæ, in quibus iuxta Pragmaticas Sanctiones, Cōstitutiones, & Capitula Regni, fiscus per se agere non potest. Licet fiscus in quandam consequentiam parte prosequente, & obtinente ex eis aliquod cōmodum assequatur.

Tertium est Capitulum eiusdem Alphonsi Regis quod est 463. fol. 245. sub Rubr. quod causæ extra Regnum non extrahantur.

Cap. 463. fol. 245.

ITem supplica lo detto Regno che la detta Maestà gratiosè conceda, che nessuno officiale Regio, ò particolare persona possa essere citato, ò costretto à rispondere de ragione, ò mostrare conti fuora del detto Regno, nec in causa principali, nec in causa appellationis, aut reuisionis, tanto in ogni causa ciuile, quanto in criminale, etiam feudale, etiam ad petitionem Regij fisci, aut Regiæ Curiæ, attento, che essendo costretti fuora di questo Regno, difficillimè porriano mostrare loro conti, ò defensioni. Placet Regiæ Maiestati, quòd quæstiones inter priuatos siue Ciuiles, siue Criminales tàm in principali causa, quàm appellationis, & reuisionis extra Regnum, non extrahātur; quinimò si aliquæ extractæ fuerint pro obseruatione antiqui Capituli remittantur in Regno ipso decidendæ, & quòd super his seruentur Capitula antiqua.

His additum fuit Quartum Capitulum ab eodem Alphonso Rege concessum quod est 540. fol. 268. Et situatum sub rubr. quòd expectetur per quatuor menses decisio causę, si Regia Maiestas petierit vota causæ.

ITem supplica lo detto Regno, perche alcune volte continge, che vertendo questione in Magna Regia Curia dicti Regni in causis feudalibus, le parti hāno ricorso alla detta Maestà della quale s'impetrano rescritti, ò prouisioni, che li Giudici della Gran Corte debbiano mandare li voti alla prefata Maestà, & interim si soprasede in lo spacciamento delle cause predette in gran pregiuditio, e vessatione de' parti, sia sua mercè ordinare, che tali rescritti etiam impetrati, cum clausula motu proprio, & sub quibuscunque clausulis siano nulli; & ipsis non obstantibus li Iudici absque incursu alicuius pœna possano, e debbiano decidere, e determinare le predette cause feudali.

Placet Regiæ Maiestati quòd si, & quando contingerit de mandato eiusdem Maiestatis vota dictarum causarū sibi á dicto Regno destinari proprio motu, vel ex officio, Regia Maiestas mandabit præfata vota sibi destinari eo casu facta intimatione partibus si infra quatuor menses computandos à die quo dicta vota tradentur Viceregi, vel Præsidenti, & à die dictæ intimationis partibus fiendę, nō fuerit per dictā Maiestatem responsum, & responsio præsentata Iudicibus, eo casu Iudices impunè vlteriori dilatione non expectata procedere possint ad decisionem dictarum causarum. Si verò Regia Maiestas mandabit sibi destinari dicta vota ad petitionem partis, eo in casu currat pręfatum tempus ad respondendum, vt supra, à die quo præfata vota clausa, & sigillata ipsi parti fuerint tradita, infra quod tempus si non fuerit responsum per dictam Maiestatem, & responsio præsentata Iudicibus; possint dicti Iudices procedere: prædictum autem tempus quatuor mensium locum habeat Regia Maiestate existente in Regno Neapolis; existente verò in alijs Regnis suis, aut aliquo eorum sit statutum tempus sex mensium, quoad præmissa. Marturella Secretarius.

Succedente postea Rege Ioanne in solio Regio illius Regni, fuit editum aliud Capitulum; quod est Capitulum 33. fol. 286. Cuius hæc sunt verba.

Cap. 33. fol. 286.

De Siculis non extrahendis à Regno. Cap. 33.

ITem placeat Regiæ Maiestati concedere vniuersitati totius Regni, quòd nullus Siculus possit à dicto Regno extrahi ad petitionem cuiuscunque personæ quantumcunque priuilegiatæ, etiam si priuilegium esset clausum in corpore iuris, vt est priuilegium viduarum, pupillorum, miserabilium personarum, & aliarum similium, nec etiam ad petitionem Procuratoris Regij fisci, & sic non obstante l. 1. C. quand. Imp. inter pupillum, & viduam, & similibus extrahi à dicto Regno Siculus cuiuscunque qualitatis, & conditionis sit, non possit, & si fortè ibidem inueniretur, contra eum aliquo modo agi non possit, nec petitio, vel accusatio fieri, imò remittatur ad Regnum. Placet Regię Maiestati, nisi in casu denegatæ iustitiæ, aut retardatæ post binum mandatum interpellatum faciendum per Viceregem, aut Vicarium in Regno, ita tamen quòd inter primum, & secundum mandatum labatur quadrimestre tempus; Et casu quo prælibatus Vicerex, aut Vicarius fuerit negligens in faciendo mandatum prædictum vt supra, eo casu sufficiat fieri requisitio à parte cum tempore, & dilatione prædictis, quoad officiales Regios stetur dispositioni iuris communis, & constitutionum, priuilegiorum, & capitulorum prædicti Regni.

Hic idem Rex aliud in hac re Capitulum edidit, quod est 94. fol. 314. sub rubr. Quòd Ciues non extrahantur nisi in Crimine læsæ Maiestatis.

Cap. 94. fol. 314.

ITem cùm dicta Ciuitas habeat priuilegium, quòd Ciues non possint extrahi à quocunque Iudicio, seu Curia, præterquã in crimine læsæ Maiestatis, & causis feudalibus, quòd crimen læsæ Maiestatis multi officiales interpetrari volunt, & obseruare non restringendo, interpretando, & obseruando, videlicet in personam Principis tantùm, sed extẽdunt taliter quod in omni casu criminali cõprehendunt dictũ crimen læsæ Maiestatis; Pro tanto dicta vniuersitas supplicat dictę Maiestati, quòd velit benignè declarare interpetrari, & concedere, quòd tale crimen simpliciter intelligatur, & obseruetur, ac restringatur in primo tantùm Capite. Videlicet in personam ipsius Principis tantùm, ac Viceregis tantùm, & nõ in alios casus, capita officiales, aut personas prout videbitur in confirmatione.

Et tandem aliud fuit Capitulum concessum per Regem Ferdinandum Catholicum, quod est Capitulum 24. fol. 342. in hęc verba.

De non extrahendis causis à Regno.

Capit. 24. fol. 342.

ITem perche vertendo tra li Regnicoli del detto Regno alcune cause feudali aliquotiens accade alcuna delle parti per allongare differire la iustitia, & spacciamento della causa, recorre à Sua Maestà, e da essa ottene lettere che li processi di tali cause per informatione di Sua Maestà li siano trasmessi, e che interea si soprasedа in la sudetta causa non senza grandissimo pregiuditio di quella parte tiene iustitia in le dette cause; Si supplica perciò la præfata Maestà si degni cõcedere al detto Regno, e prouedere, che de cętero volendosi Sua Maestà informare delle dette cause, & intendere li meriti delli processi predetti, non si debbia interea, pacto alcuno soprasedere, ma si debbia procedere ad vlteriora, per non essere le parti, alle quali tocca l'interesse, allongate in la loro giustitia. Iã est prouisum opportunè per alta capitula Regni.

Ex quibus Capitulis dicebatur colligi voluntatẽ Regis concedentis, necnon Regni petentis, hoc est, ne Siculi extrahantur á Regno, & illa Capitula
19 fore seruanda in hoc casu, quia † omnia

nia verba statuti debent conuenire, & verificari, ad hoc, vt habeat locum eius dispositio Glos. in l. mancipia, verb. ad uocandum, & ibi Bald. Fulg. & Salicet.
20 C. de seruis fugit. Et † tenaciter est inhęrendum verbis statuti, Bald. in l. cessante col. fin. C. quom. & quand. Iud. Osasc. decis. 59. num. 4. Surd. cons. 401 num. 2. vol. 3. Cùm igitur non concurrant in hoc casu qualitates in Capitulis requisitę ad causam istam auocandā dicebatur nullo modo causam istam posse auocari. Quod autem qualitates istę non concurrant. Fundabatur primo,
21 quòd † vnū ex requisitis est ob retardatam, vel denegatam iustitiam, vt in Cap. Reg. Ioannis 33. ibi. *Placet in casu denegatæ iustitiæ, aut retardatæ*. quòd verificatum non erat, neque probatum Proregem Regni per duas iussiones mandasse, vt Iudices causam expedi-
22 rent infra quatuor menses, qualitas † enim requisita à statuto probari debet per illum, qui se fundat in statuto l. 1. §. ait prętor ff. ne quid in flumine pub. Io. And. in c. j. de homicid. in 6. Cùm igitur nō sint elapsi octo menses in capitulis requisiti, dicebatur non esse adimpleta in capitulo cōtenta. Neque id supplери per literas Regias, per quas erat iniunctum Iudicibus, vt causam infra quatuor menses expediant, & post lapsum quatuor mensium infra alium mensem,
23 quia † licet possit superior pręcipere inferiori, vt infra certum tempus causam expediat, ex cap. inrefragabili de offic. ordin. Abb. in c. nullus de iur. patron. Rebuff. in d. tract. de auocat. q. 7.
24 num. 16. debet † tamen seruari forma, & tempus in statuto appositum, quod est octo mensium, quod præcisè debet adimpleri; nec potest per ęquipollens, ita Bald. in l. 1. ff. de liber. & posth. Dec. cons. 468. Beccius cons. 12. nu. 17. Surd. cons. 371. nu. 71. lib. 3.

Dicebatur vlterius, causam non esse auocandam, quia præceptum in litteris Regijs contentum, est conditionale; in illis enim dicitur, quod si infra tempus determinatum causa non fuerit expedita, procedatur in supremo Consilio, ideoque nullum erat præceptum, quia
25 † sententia sub conditione ferri non potest, l. 1. §. biduum, ff. quando appellandum sit, Soccin. in reg. 20. eo magis, quia præceptum illud debet intelligi si causā reperitur in statu expeditionis, non autem si non esset in illo statu, quia reduceretur ad casum impossi-
26 bilitatis, quælibet † enim dispositio intelligi debet in casu possibili, & suppositis terminis habilibus, l. vt gradatim §. 1. ff. de munerib. & honorib. Glos. in l. 1. verb. vnusquisque C. de Sacrosanc. Eccles. & facit ad hoc quod tradit Ias. in l. si decesserit num. 9. ff. qui satisd. cog. vbi dicit præceptum pænale de faciendo aliquid infra certum terminum, habere tacitam, & implicitam conditionem, si erit possibile in termino fieri; at cùm processus non sit conclusus, & agatur de recusatione aliquorū Iudicū, dicebatur non esse in expeditione causam, & sic non posse adimpleri præceptum Regium, et quamuis à Iure sit præfixus terminus expeditioni causarum, tàm ciuilium, quàm criminalium, ex l. properandum C. de Iud. experientia tamen docuit non fuisse possibile serua-
27 ri, & ex hoc est vt † in supremis Tribunalibus non currat instantia, quia propter multitudinem negotiorum non potest seruari quoad hoc, illius legis rigor, teste Afflict. decis. 29. & 143. Boer. decis. 259. Auend. resp. 2. num. 6. & sic etiam stante hac ratione non esse auocandam causam ad Supremum hoc Tribunal, sed esse expediendam in M. R. C.

Pro parte verò D. Marianæ replicabatur, omnia in capitulis requisita, fuisse seruata in hoc articulo. Nàm quoad facti veritatem attinet, dicebatur inter primam & secundam iussionem, lapsum esse tempus quatuor mensium, nec capitulum requirere tempus octo mensium sed tantum dicere, quod inter primam, & secundam iussionem interponatur tempus quatuor mensium, & in hac causa nō solum post primam iussionem,

fuisse

fuisse lapsum tempus quatuor mensium, sed etiam plurium, & adfuisse binas iussiones, & in quantum dicitur has iussiones intelligi existente causa in expeditione, dicebatur veram esse iuris cōclusionem, sed factū parti deficere; est enim verum, causam fuisse conclusam in anno 1523. à quo tempore processus erat in expeditione; Et in quantum ad suspitiones allegatas in personas Iudicum aliquorum M.C. eas breui tempore potuisse expediri, sic ēt alios articulos propositos, vnde firma remanebat conclusio capituli pdicti retardatæ Iustitiæ.

Dicebatur prætcrea non solū ex hac
28 causa retardatæ Iustitiæ, sed etiam † ex volūtate partium potuisse causam auocari. nam in cap. 391. Regis Alphonsi dū Regnū supplicauit, ne causæ auocarentur, dixit nisi partibus cōsentiēibus, & volentibus: cum itaque pro parte D. Antonij alias fuisset petitū causam decidi in hoc supremo Italiæ Senatu, & idem nunc supplicaret D. Mariana procedebat dispositio capituli prædicti.

Ad id vero quod dicebatur de conditione apposita in rescripto, quod si in fra tempus statutum causa non fuerit expedita, remaneat in supremo Cōsilio; Resp ondebatur hanc non esse conditionem appositam in sententia, de qua loquitur tex. in l. 1. §. biduum ff. quād. appell. sit, sed esse hanc communem, & cōsuetam formulam præcipiēdi in huiusmodi iussionibus, & à capitulo requisitam, & sic iuridicam, sed quantum ad conditionem sententiæ attinet dicebatur, Glossam inibi declarare illius tex.
29 dispositionem, dum ait. † Et hoc sub cōditione extranea, sed sub conditione, quæ tangit negotium, sic: & valet vt C. de sentent. & interloc. omn. Iud. l. cum Iudex.

30 In hoc articulo † Supremum Consilium decreuit, causam esse auocandā, tùm ob retardatam expeditionem, tùm etiam stante partium consensu, quia pro parte D. Antonij Statellæ fuerat ante petitum, vt causa votaretur in supremo Italiæ Senatu.

Hinc sumpta occasione non inutile esse cogitaui, memoriæ tradere, quòd in huiusmodi causarum auocationibus soleat decernere Supremum Consilium.

31 Et quātum ad † Regnum Siciliæ pertinet in tribus casibus, solent causę auocari ad Regiam Curiā. Primus est, consentiente vtraque parte virtute capituli Reg. Alphōsi, quod est 391. Secundus casus est, ob retardatā, vel denegatam Iustitiam, vt in dicto Cap. Tertius est casus, in causis feudalibus, via recognoscendi, tunc enim passim, & indistin ctè expediūtur litteræ à Sua Maiestate, vt veniant vota Iudicum cum suis Iustificationibus, quæ discutiuntur, & si vi debitur moderātur, & transmittuntur cū hac moderatione ad Tribunalia Sicilię quod etiam dixerunt Petr. de Greg. de Iudic. caus. feud. q. 39. num. 3. Milanēs. decis. 2. num. 6. par. 2. & Mastrill. decis. 81. num. 3. & hoc casu non tollitur appellatio ad Tribunal Consistorij.

Quo verò ad Regnum Neapolis, Rex concessit gratiam, nè causæ auocarētur à Tribunalibus simpliciter, & absque alia reseruatione, vt apparet ex diuersis capitulis, quæ habentur in libro capitulorum, & gratiarum Ciuitati & Re-
32 gno concessarum; Et † in primis extat Capitulum Serenissimi, ac Præstantissimi Regis Catholici quod est 11. fol. 18. vt sequitur.

Cap. 11. fol. 18.

33 *Item † perche questo Regno è stato solito gubernarse per li Serenissimi* Rè *predecessori di V. Maestà personalmente, e porria accadere, che quella ò per visitare l'altri suoi* Regni, *o satisfare ad altre cose necessarie si asientase da questo* Regno *quantumque si spera, che la Maiestà V. si degnerà fare continua residenza in questo Regno, in tal caso la Maiestà V. Cattolica si degni ordinare, & concedere, che durante detta assentia, le cause etiam feudali, e de Principati, e di qualsiuoglia crimini, etiam lesa*

lesa Maiestatis in primo capite si debbiano agitare in detto Regno, per li Giudici competenti, ita che nè per reclamatione,nè per terza causa, nè per querela, nè ex mero officio da V. C. Maestà, per qualsiuoglia causa, etiam superueniente, non si possano estrahere dal detto Regno, etiam che V. Maestà volesse aduocare alcuna di dette cause ad se,etiam causa recognoscendi, nè per qualsiuoglia altra cagione,via,& modo,ma tutte si debbiano votare,decidere,finire,& determinare in questo Regno. Placet Regię Maiestati.

Extat etiam aliud Capitulum Cęsareæ Maiestatis in anno 1539. quod est capitulum primum fol. 127. cuius verba sunt, quæ sequuntur.

Cap. 1. fol. 127.

IN primis si supplica, atteso la Fidelissima Città di Napoli tiene Capituli espediti dal quond. Cattolico Rè auo di V. Maestà Cesarea, e confirmati da quella, che tutte le cause del Regno s'habbiano da decidere, e terminare in questo Regno, e non si possano fora del Regno estrahere,e non si possa fare soprasessoria alcuna; & essendo detta Fidelissima Città in possessione, seu quasi del contento in detti Capituli, nouamente sono venute prouisioni in alcune cause, per le quali s'impediscono le cause, che in questo Regno si agitano, e la essecutione delle sententie in questo Regno *date,il che è impedire la giustitia alli poueri litiganti; Per questo si supplica V. Maestà Cesarea si degni non ostante dette prouisioni (quali V. Maestà le declara nulle, & inualide) conseruare detta Fidelissima Città in sua possessione, seu quasi del contento di detti Capituli, & far proseguire le cause incominciate, e le sententie date, e la giustitia, e che da mo auante tutte le prouisioni, che forte si espediscono, per le quali s'impedisse la giustitia, e le cause in la presente* Regno *s'agitano, e s'agitaranno, ò vero la essecutione di quello fosse giudicato, ò che per esse s'inhibisse dalli Giudici, e Tribunali qualsiuoglia del* Regno *maiori, e minori, ò si volesse auocare le cause fora del* Regno*, etiã in Corte di V. Maestà Cesarea, tãto per via di declaratione, come per via di recurso, ò querele si facesse da V. Maestà, ò che si volesse informare etiam in causis concernẽtibus interesse proprium fisci, seu aliter quomodocunque, & qualitereunque di rectè, vel indirectè, ex quauis causa cognita, vel incognita, quantumuis vrgente, & vrgentissima, etiam pro bono pacis, & publico, tãto per le prime, quanto per le seconde, e terze cause, tanto verteno de presente, e che in futurum verteranno in la Gran Corte della Vicaria, come ancora in lo Sacro Conseglio, ò in la Regia Camera della Sõmaria, ò in la Regio Collaterale Conseglio, auante l'Illustrissimo Vicerè del Regno, ò in qualsiuoglia altro Tribunale creato, e creando ex speciali delegatione di V. Maestà s'intendono dette prouisioni subreptitie, & obreptitie, & penitus, & omnino nulle, come impetrate contra la forma di detti Capitoli, etiã si motu proprio fossero concesse, con qualsiuoglia clausule derogatorie, etiam derogatoriarum derogatorię, anzi quelle non ostante si habbia da procedere in le cause, seu alla essecutione delle sentenze, & altri atti incumbentino, non ostante qualsiuoglia pena, & altri mandati, e prohibitioni si contenessero in dette prouisioni, etiam si dette prouisioni, inhibitorie supersessorie, vt supra si espedissero da qualsiuoglia instantia, quatumuis benemerita, Vniuersità,* Collegio, *Ecclesie, seu Ecclesiastiche persone, & altre qualsiuoglia quatumuis priuilegiate, etiam priuilegio in corpore Iuris clauso, etiã se dette prouisioni si ottenessero in cause fiscali ad instantia del* Regio *fisco, etiam se quelle fossero geminate, & sæpius repetita. Per tanto supplica si degni detti Capitoli del Serenissimo Rè Cattolico di gloriosa memoria, etiam che fosse stata interrotta, forse à sinistra informatione fatta à V. Maestà Cesarea d'alcuni la possessione di detti Capitoli, quelli confirmare, & quatenus opus est de nouo concederli*

equè

æquè principaliter, come si supplica nel presente Capitolo.

Non fuit intentionis Suarum Maiestatū per prouisiones expeditas præiudicare Capitulis Regis Cattholici, nec possessioni, in qua erant ante expeditionem ipsarum priuisionum.

Hoc Capitulum, & alia præcedentia fuere confirmata in anno 1540. per aliud Capitulū, quod est Capitulum 2. fol. 184.

Cap. 2. fol. 184.

I*Tem essendo stato ordinato dalla Cesarea Maestà V. che si debbiano formare processi contro alcuni Officiali, tanto di giustitia come di pecunia, e quelli fabricati si debbiano inuiare in Corte di V. Maestà, & essa Città tiene più Capitoli concessi dal Rè Cattolico di ricordo felice, e da V. Maestà confirmati, che tutte, e qualsiuoglia cause del Regno, etiā importanti l'interesse del Regio fisco, è crimine della lesa Maestà in primo capite, si debbiano agitare in detto Regno, per competenti Giudici, talmente, che nè per qualsiuoglia causa, etiam superueniente si possano estrahere da detto Regno, ancora che la M. V. volesse auocare alcuna di dette cause à se, etiam causa recognoscendi, nè per qualsiuoglia altra cagione, via, & modo, ma tutte si debbiano votare, decidere, finire, e determinare in detto* Regno. *Si supplica quella, si degni ordinare, che detti Capitoli sopra ciò siano ad unguem osseruati à detta Fidelissima Città, e Regno.* Cæsarea Maiestas vult, & iubet, Capitula dicti Regni obseruari, & eorum obseruantiam non negliget.

Extat, & aliud Capitulum tenoris sequentis.

Cap. 4 fol. 170.

I*Tem atteso per priuileggij di Rè Cattolico d'immortale memoria spediti à* 30. *di Gennaro* 1507. *In Napoli, & à supplicatione di questa Fidelissima* Città *e Regno, concesse il Capitolo del tenor seguente.*

Item, perche questo Regno è stato solito gouernarse per li Signori Rè predecessori di V. Maestà personalmente, e potria accadere, che quella per aiutare l'altri suoi Regni, ò per sodisfare ad altre cose necessarie si absentasse di questo Regno, quantunque si spera, che la V. Maestà si degni ordinare, e concedere, che durante detta assentia, le cause, etiam feudali, e de' Principati, e di qualsiuoglia crimine etiā lesæ Maiestatis in primo capite si debbiano agitare in detto Regno, per li Giudici competenti, ita che nè per reclamatione, nè per terza causa, nè per querela, nè ex mero officio di V. C. Maestà per qualsiuoglia causa etiam superueniente, non si possano extrahere da detto Regno, etiam che V. Maestà volesse auocarse alcuna di dette cause à se, etiam causa recognoscendi, nè per qualsiuoglia altra cagione, via, & modo, ma tutte si debbiano votare, decidere, finire, & determinare in questo Regno.

Placet Regiæ Maiestati. *Et perche s'intende, che sono fatte alcune copie di processi, quà già decisi, e sententiati, per inuiarnose alla Maestà V. li quali quādo di nuouo s'hauessero da terminare in sua* Real *Corte, ò farse sopra essi altra prouisione, saria contra la forma del su detto Capitulo, e di quello che si spera della magnanimità, e giustitia di così Cattolico, & inuictissimo Rè, e Signor nostro. Per questo si supplica V. Maestà resti seruita comandare, che contra la forma, e tenore del detto preinserto Capitolo, non si faccia nouità alcuna sopra li detti processi.* Regia, & Cattholica Maiestas omnem curam obseruationis huiusmodi Capituli, prout ipsi Regi compertum est, hactenus habuit, idemque iubet in posterum ea actentione obseruari, ne causæ extrahantur à Regno, & super eis foris sententia feratur.

Et iterum fuerunt confirmata in anno 1580 per inuictissimum Regem Philippum II. quod est.

Cap.

Cap. 3. nu. 171.

QVe pues es de iusticia la obseruancia de los Capitulos concedidos por el Rey Catholico, por el Emperador my Señor, y V. Mageftad, que disponen que ninguna causa se extrayga del Reyno, y V. Mageftad en el parlamiento del año de 66. les mandò responder à esta mismo materia, que mandaua por los dichos Capitulos se obseruassen de manera que las causas no se extrayessen, para sentencia allas fuera del Reyno. Sea V. Mageftad seruido, pues de aquì se comprenda ser su voluntad querer hazerle en esto el fauor que demandan, declararlo solamente, per verbum Placet; pues se entiende que en la causa que se trata entre los Duques de Sesa, y Torre Mayor, se ha ordenado que no se publique la sentencia allà adõde se trata, si no que se embien a qui los votos en que derechamẽte se viene a perjudicar los dichos Capitulos.

Supradictum Capitulum fuit cõcessum in eodem parlamento celebrato in anno 1570. *Placet suæ Regiæ, & Catholicæ Maiestati, omnia Capitula eidem Regno hactenus super hoc cõcessa ad vnguem obseruari.*

Hæc Capitula sunt in viridi obseruãtia in supremo Italiæ Senatu, vt ego
34 vidi, & audiui, solet † tamen Sua Maiestas mandare, vt causa votetur, verùm ante publicationem sententiæ transmictantur vota ad supremum Italiæ Senatum, cum rationibus, & iustificationibus suis, quę videntur, & examinantur, & si res aliquo indiget remedio, & supremo Consilio videtur aliquod illatum esse grauamen, tunc solet S. Maiestas mandare, quod causa decidatur cũ maiori numero Iudicum, vel fiat iustitia cum eisdem Iudicibus, super articulis, in quibus videtur esse illatum aliquod grauamen. Et hęc vidi seruari dũ essem Regens in supremo Italiæ Senatu, in quo dùm alias fuisset dubitatum, an hoc esset contrauenire Capitulis Regni; fuit per Suam Maiestatem Serenifs. Regis Philippi II. gloriosæ me-
34 morię declaratum, † hoc non esse immutare concessa Regno, sed illi vtillimum, vt sciãt Iudices Regni de grauaminibus per ipsos illatis, adhuc habere supremum Regis Iudicium. Quod si hoc remedio Rex non vteretur, grauiter læderetur eius Maiestas, quę nunquàm intelligit per quæuis verba concessionis derogare supremæ eius Regali potestati, & hoc iure vtimur, & vidi seruari in causa Principissæ Scaleæ, quæ aduersus Iulium Mastrillum tunc Iudicem M. C. V. nunc fisci patronum causarum criminalium accuratissimum, querelam exposuit, quod ipse mandasset quibusdam satellitibus, vt ictum scopicti emicterent contra Ferdinandum Spinellum eius filium, dùm illum fugientem insequerentur, cùmque fuisset habitus recursus ad Suam Maiestatem, potentiam Mastrilli timendo, qui adhuc exercebat officium Iudicis Magnæ Curię Vicariæ, & cui etiam fauere valdè Regni Proregem affirmabat, & fuisset ordinatum, vt vota transmitterentur ad supremum Italiæ Consilium, ipsis visis, per quæ fuerat dictũ non esse procedendum contra præfatum Iulium, fuit ordinatum, vt causa iterum votaretur, additis alijs sex Iudicibus à S. Maiestate nominatis, & alia fierent per partem petita, antequam de principali causa ageretur, vt in litteris Suæ Maiestatis, & nihilhominus vota nouiter proferenda iterum transmitterẽtur. Cùmq; iterum fuissent vota transmissa ad supremum Italiæ Senatum, facta consultatione Suæ Maiestati de statu causæ, & Iudicum votis; Sua Maiestas mandauit Viceregi, vt fieret iustitia, & sic fuit iterum Neapoli actũ de causa, tamquam si votata non fuis-
36 set, non obstante quod † secundum ea, quæ dicit Marc. Ant. Surg. de Neap. Illust. lib. 1. c. 25. nu. 26. causa esset decidenda secundum illa vota; & sic fuit iterum actum de causa, & votata, & absolutus prædictus Iulius Mastrillus.

Sic etiam vidi additum aliquid votis in

tis in causa Comitis Villæmedianæ, & in dies in causis arduis, & vbi aliqua suspitio fauoris Viceregis potest considerati, mandatur, quod vota transmictantur.

Solet etiam seruare Sua Maiestas, quando aliquod grauamen exponitur absque eo, quod acta transmittantur aliquod remedium adhibere, absque tamen causæ cognitione, prout seruatū fuit in causa Illustris D. Octauij Vrsini Comitis Pacenti, qui cùm exposuisset Cath. Maiestati quædam grauamina quæ asserebat fuisse illata per Cōsiliarios Sacri Consilij Capuanæ, perpensis omnibus, fuit prouisū sub die 27. Apri-
37 lis 1616. † quod causæ votarētur iunctis Aulis, & in Collaterali Consilio, & quod Prorex prouideret de pleniori remedio.

Vidi etiā iniunctum in causa cuiusdam viri Illustris, quæ erat criminalis, vt fieret relatio, nec procederetur ad actum inretractabile inconsulta S. M. & vota transmicterentur cum suis motiuis, & iustificationibus. Vidi etiam mandari in causa ciuili inter Illustrissimum Ducem Andriæ, & Illustriss. Paridem Pinellum Marchionem Ciuitatis Sancti Angeli, vt super articulo prælationis petitæ ad instantiam Illustrissimi eius Filij Marchionis Terræ Aquauiuæ causæ incidentia deciderentur in duabus Aulis, & tempore ferendæ sententiæ causa terminetur cum omnibus Dominis Consiliarijs Sac. Consilij in Collater. Consilio, & vota transmicterentur ad Reg. Cur. ante publicationē sententiæ, quamuis hoc fuerit postea reuocatum, & ordinatum, vt causa expediretur iunctis Aulis, & vota non transmicterentur, eò quod cessauerat causa, quę mouerat Suam Maiestatem, vt eo modo prouideret.

Horum omnium specialissima ratio est ea; quia licet Princeps possit rega-
38 lia concedere, non † tamen potest a se abdicare in totum administrationem iurisdictionis, seu potestatis Regiæ, etiā quoad aliquem locū, vel personam Regni, vt tradit Auendan. de exeq. mand.
39 lib. 1. c. 5. nu. 2. quia † sic subuerteret Maiestatem Imperij, quod Principi non licet, Bald. in cap. licet num. 71. de pro-
41 bat. & † eximeret subditum à sua obedientia, quod iure fieri nō licet, cap. non
41 licet de pręscript esset enim † quędam implicatio Iurisdictionis, scilicet quia esset subditus, & nō subditus, quod admicti nullo modo potest, l. iudicatum ff. de executio. rei iudic. & in specie Oldrad. cōs. 132. nu. 2. Ias. in tract. feu. par. 2. nu. 2. vol. 13. tract. Nec videtur a se abrogare supremam potestatem per quamcunque concessionem, vt tradit D. Reg. de Ponte de potest. Proreg tit. 3. de elect. Official. §. 1. num. 24. ad quod faciunt quę tradit eleganter Cauedo decis. 40. in 2. par.

43 Secundo † non habent locum Capitula prędicta, quando ageretur contra aliquem Magistratum via visitationis, quia causę huiusmodi iudicantur in supremo Italię Consilio, siuè sit generalis, siue particularis visitatio, prout ego vidi seruari, tempore, quo in illo supremo Tribunali Regentis munere fungebar.

43 Respectu † verò status Mediolani cùm hoc priuilegium Neapolitanum & Siculorum non sit eis concessum potest Rex noster causas auocare, vt in supremo Italiæ Senatu decidantur, quod seruatum vidi in causa D. Margaritæ Florentia, in qua cùm Senatus semel pronunciasset, fuit ordinatum, vt vota transmitterentur, ipsisque visis fuit causa ad Senatum remissa, in quo cùm iterum de ea fuisset cognitum, & pronunciatum in fauorem D. Margaritæ, fuit denuò iniunctum, vt vota transmitterentur, quibus examinatis, fuit prouisum, ꝙ procederetur in supremo Cōsilio, ex causis tamen extra processū existentibus; sed post aliquot annos fuit remissa ad Senatum causa, vt in ea iudicaret cum adiunctis Magno Cancellario, & duobus Præsidētibus Magistratus ordinarij, & extraordinarij, referente D. Regente Hieronymo Caimo, viro doctis-

ro doctissimo, & integerrimo, & cùm per Iudices delegatos ab Illustrissimo Gubernatore status Mediolani, qui tūc erat Dux Feriæ fuisset condemnatus Illustrissimus Dux Magdaloni in Castrū Finarij per triennium, ob homicidium, quod de eius ordine pretēdebatur fuisse perpetratum, fuit per Suam Maiestatem ordinatum, vt processus ad Supremum Consilium Italiæ transmitteretur; quo viso, & perpensis probationibus, fuit carcer in exilium per triennium commutatus, & quod persolueret ducatos duos mille; non tamen hoc fit passim, & indistinctè; sed cum maxima causæ cognitione, & quādo de violētia Superiorū Magistratū aliquid apparet.

Et hæc sufficiant ad declarationem articuli auocationis causarum tàm à Regno Siciliæ, quàm etiam Neapolis, vt sciant subditi Regis nostri, quàm prudenter, & quàm exactè omnia ponderentur in illo celeberrimo Senatu.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas, in qua quis se fundat, ab ipso probari debet.*
2 *Vendicans feudū, priusquā admittatur, probare debet se talem, qualē se asserit.*
3 *Assertio partis sola in instrumentis, siuè scripturis, cōsanguinitatem nō probat.*
4 *Consanguinitas in specie probanda est.*
5 *Consanguinitas à natura formatur.*
6 *Contrahentes facere non possunt in contractu, ea interuenisse, quibus renunciare prohibentur.*
7 *Oppositum, vt se habet in opposito, ita propositum in proposito.*
8 *Confessio fraternitatis in instrumento, quasi possessionem tribuit, donec contrarium probetur.*
9 *Confessio donantis successoribus donatarij preiudicat, si fuerit ab eo acceptata.*
10 *Consanguinitas potest probari per testes.*
11 *Instrumentum eandem habet vim, ac testium depositio.*
12 *Consanguinitas in antiquis, verbis enunciatiuis plenè probatur.*
13 *Consanguinitatis probatio à communi stipite incipere debet.*
14 *Cōsanguinitas debet efficaciter probari.*
15 *Gradus consanguinitatis duobus saltem testibus probari debet.*
16 *Gradus in successione computantur secūdum iuris ciuilis computationem.*
17 *Verba enūciatiua in pluribus instrumētis apposita plenè probant, etiam contra tertium.*
18 *Verba enūciatiua inter partes nō probāt cōtra tertiū, licet à Principe emanata.*
19 *Verba enūciatiua propter aliud, incidēter, & ex interuallo prolata, nō probāt.*
20 *Verba enunciatiua, an operentur in preiudicium tertij.*
21 *Verba in instrumento coram partibus apposita, fidem faciunt contra partes.*
22 *Verba enunciatiua, in antiquissimis, plenè probant.*
23 *Præsumptiones fidem faciūt in antiquis, vbi difficilis est probatio.*
24 *Tempus antiquum dicitur quinquaginta annorum spatium.*
25 *Verbis assertiuis in instrumento propter se emissis, standum est, quousque contrarium probetur.*
26 *Causa finalis in dispositione præsumitur quæcumq; à naturali rōne emanans.*
27 *Geminatio verborum causam finalem demonstrat.*
28 *Verba enunciatiua, assertiua, & dispositiua, remissiuè.*
29 *Verba dispositiua, quæ dicantur.*
30 *Verba enunciatiua probationem inducunt, si euunciatum necessarium sit ad actus validitatem.*
31 *Refutatio fieri non potest, nisi in proximè successurum.*
32 *Consanguinitas speciali nominatione in instrumento probanda est.*
33 *Enunciatio non probat in antiquis, si veritati aduersetur.*
34 *Assertio, cui natura, & ius resistunt, nemini nocet.* (tinere.
35 *Confessio, vt probet, debet possibilia con-*
36 *Veritas, errore gestorum non vitiatur.*
37 *Hominis identitas, quando persona idētitatem inducat.*
38 *Matricula probat, quem esse, vel non in ea descriptum.*

39 Pluralitas filiorum ab eam allegante probanda est.
40 Confessio filiationis in iudicio facta, filiationem probat.
41 Verba enunciatiua iurata plenè probāt.
42 Præsētia, tractatū operatur in expressis.
43 Confessio in precibus facta, plenè probat.
44 Confessio in libello per aduersarium impugnato, confitenti non obest.
45 Confessio relatiua, non probat vltra contenta in relatis.
46 Refutatio in proximè successurum non indiget assensu.
47 Refutatio reseruato vsufructu admittitur in Regno Siciliæ.
48 Cautela abundans non nocet.
49 Successor in feudo ex pacto, & prouidentia, tenetur solùm ad debita prædecessoris intrinseca feudi.
50 Masculus fœminæ præfertur in feudis, licet sit in remotiori gradu, & nu. 52.
51 Seruitium militare est intrinsecum feudi onus.
53 Clausula, ad habendum facit feudū alienabile, & transitorium ad extraneos.
54 Nemo præsumitur alienam propriæ soboli anteponere.
55 Præsumptio doli præsumitur ex mora ad agendum adhibita.
56 Cognominis diuersitas identitatem familiæ excludit.
57 Clausula, sicut fertur in inuestitura, tollit fundamentum in narratis.
58 Assertio in rescriptis tūc attenditur, cùm principaliter aliquid insinuatur.
59 Rescriptum intelligi debet sm̄ supplicata.
60 Princeps in rescripto semper loqui censetur iuxta preces partium.
61 Possessio transfert onus probandi in aduersarium.
62 Confessio consanguinitatis in priuilegio præiudicat successoribus.
63 Assertio Principis super facto extraneo minimè probat.
64 Enunciatio in rescriptis probat, si super ea fuerit fundatum, & nu. 75.
65 Assertio gestorum per modum causæ finalis, plenè probat.
66 Verba enunciatiua propter aliud, probant quoad actus validitatem.
67 Cessante causa, cessat effectus.
68 Dispositio cessat, si deficiat suppositum in quo fundatur.
69 Alienatio iuxta formam Cap. volentes, in Regno Siciliæ, non extēditur vltrà lineam alienantis.
70 Causa expressa in dispositione per verbum, maximè, vel præsertim, ex abundanti censetur adiecta.
71 Causa erronea expressa per verbum, maximè, dispositionem inualidat.
72 Causa in dispositione, cēsentur æqualiter considerata.
73 Causa finalis quæ dicatur.
74 Enunciatio referens se ad factum, non est attendenda.
75 Nisi tale factum sit fundamentum intētionis disponentis.
76 Excipiens, exceptionem directè probare tenetur.
77 Verba Principis enunciatiua non operantur in præiudicium tertij.
78 Verba in inuestituris aliquādo apposita censentur per lapsum Cancellarij.
79 Successio in feudis nō excedit septimum gradum.
80 Gradus in indiuiduo est probandus, vt admittatur quis ad successionem.
81 Cognationis probatio in genere, an sufficiat ad successionem.
82 Proximitas in genere est probanda, si à lege, vel ab homine admittatur magis propinquus.
83 Descendentes in infinitum succedunt in feudis, licet successio semel ad Collaterales deuenerit.
84 Collaterales in Regno Siciliæ excludūtur à successione in feudo nouo.
85 Successio Collateralium quoad proximitatem, respicit vltimum morientem.
86 Vendicans feudum, tenetur probare suā descendentiam ex legitimo matrimonio procedere.
87 Matrimonium est quid facti, & non præsumitur.
88 Matrimonium probari debet legitimè interuenisse in omni persona, à qua gradus successionis regulatur.
89 Naturales non succedunt in feudis.
90 Legitimitas à patre in testamēto enūciata

ta non releuat filiū ab onere probādi.

91 Feudum, & fideicommissum diuersimodè iudicantur in probatione legitimitatis vocatorum.

92 Legitimus,an,& qn̄ quis præsumatur.

93 Præsumptio ab alia oriri non potest,sicut nec fictio à fictione.& nu.104.

94 Legitimitas quando probetur.

95 Legitimitas est probanda ab eo, qui non est in possessione legitimitatis.

96 Feudum in forma larga,transit etiam ad hæredes illegitimos. (ua.

97 Infecta primitiua,inficitur & deriuati-

98 Feuda,legitimos solùm vocant.

99 Exceptio illegitimitatis omissa, an releuet actorem ab onere probandi.

100 Præsumptio benignior in dubio est sumenda.

101 Possibile honestum magis præsumitur, quàm possibile inhonestum.

102 Legitimitas an præsumatur, probata filiatione.

103 Legitimitatis quasi possessio, ex tractatu legitimitatis probatur.

105 Filius naturalis succedit matri in feudo materno.

106 Probatio non requiritur in claris.

107 Præsentia,in præiudicabilibus, quando consensum inducat.

108 Argumentum veritatis sumitur ex cōmuni hominum loquendi more.

109 Testes,parte non citata, recepti, reo nō præiudicant.

110 Scriptura,nullo dato termino producta ab actore,an obsint reo.& nu.119.

111 Iudex,ad sui instructionē tm̄ uti potest scripturis extra terminū præsentatis.

112 Testis deponens de his, quibus natura repugnat,nullam facit fidem.

113 Infans à testimonio repellitur.

114 Testis deponens de his,quæ vidit in pupillari ætate,non probat.

115 Forma omissa vitiat actum.

116 Verbum,affinis, comprehendit etiam consanguineos.

117 Notario adscribitur,si quid in testamēto legatur inuerisimile scitu à testatore.

118 Scriptura extra terminum cēsentur approbatæ à parte, si post earū notificationem siluerit per aliquod tempus.

120 Lex debet intelligi,extremis habilibus suppositis.

121 Conclusione facta, si recipiantur testes, causa disconcluditur.

122 Testes,vel scriptura, an possint in Regno Siciliæ præsentari post conclusum in causa.& nu.127.

123 Conclusione rescissa,& perempta instātia,processus euanescit.

124 Conclusione facta,recipiuntur scripturæ,in Regno Neapolis. & nu.126.

125 Terminus an de nouo sit dādus,si,q̄ allegatur,partem verisimiliter releuaret.

128 Instrumentum vsq; ad sententiam produci potest in iudicio.

129 Primogenitura necessario est probanda in successione feudi,in quo viuitur secundum ius Francorum.

130 Primogenitus est primus inter fratres tempore mortis patris.

131 Decretum Supremi Senatus super primo articulo.

132 Inuestituræ tenor in causis feudalibus attendi debet.

133 Inuestitura attēdi debet, ēt si feudorū cōsuetudinib.et naturę feudi repugnet.

134 Feudum, pro hæredibus, eum clausula iuris Francorum, dicitur ex pacto,& prouidentia.

135 Hoc idem locum habet in Regno Siciliæ, ad quod plures recensentur Doctorum sententiæ. & nu.150.

136 Clausula,iuris Francorum,efficit vt hæres sanguinis maior natu minori, & masculus fœminæ præferatur.

137 Adiunctum, immutat naturam verbi, cui adiungitur.

138 Sequentia minuunt,& tollunt de virtute præcedentium.

139 Adiectio debet aliquid operari.

140 Clausula iuris Francorum in feudis, primogenituram instituit.

141 Primogenito semel incluso,comprehenduntur eius descendentes, exclusis secundogenitis.

142 Secundogenitus non admittitur, si primogeniti linea existat,in feudis iuris Francorum.

143 Verbum,hæredibus,in feudis,intelligitur de hæredibus sanguinis.

144 *Verbũ, hæres, & de liberis, intelligitur si talis appareat mens disponentis.*

145 *Emphyteusis, p te, & hæredibus masculis, filios comprehendit, non quoslibet hæredes,*

146 *Vltima verba reformant priora.*

147 *Feudum cum clausula, iuris Francorum, adiuncto verbo, hæredibus, appellatur mixtum.*

148 *Inuentarij cõfectio in feudo mixto, operatur feudi retentionem ex propria persona.*

149 *Feudorũ tria genera, & illorũ successio.*

151 *Primogenito admisso, venit nepos, & ex eo primogenitus ex linea descendenti, & transuersali.*

152 *Pater non põt feudum ex pacto, & prouidentia dare secundogenito.*

153 *Feudum cum clausula, iuris Francorũ, adiuncta verbo, hæredibus, in Regno Neap. dicitur hæreditarium, & potest cum assensu dari secundogenito.*

154 *Feudũ totũ est legitima primogeniti.*

155 *Feudum inter fratres diuisum potest à primogenito auocari, si viuant iure Francorum.*

156 *Clausula, iuris Frãcorum, quatuor modis apponitur in inuestituris.*

157 *Clausula iuris Francorum, adiuncta verbo, filijs, formam feudi ex pacto strictissimam inducit.*

158 *Clausula, iuris Francorũ, adiuncta verbo, ex corpore, facit feudũ ex pacto.*

159 *Clausula, iuris Francorum, apposita feudo informi, non tollit qualitatem hæreditariam.*

160 *Clausula, iuris Frãcorum, adiecta cõcessioni, pro hæredibus, efficit feudum hæreditarium, sm̃ vnam opinionem.*

161 *Feuda in* Regno Sicilię *habẽt clausulã, iuris Frãcorũ, per modũ dispositionis,*

162 *Constit. vt de successionibus, dat formã succedendi, non definiendo, quod in tali feudo viuatur iure Francorum.*

163 *Verbum, hæredibus; in inuestitura, pro accipiente censetur adiectum.*

164 *Actus sequentes declarant præcedentem intentionem.*

165 Successio *feudi iuris Francorum, primogeniti legitimam constituit.*

166 *Legitima, iure naturali filijs debetur.*

167 *Filius prohibetur, retenta legitima, hæreditatem patris repudiare.*

168 *Ius Frãcorum à Nortmãnis processit.*

169 Pater, *an possit primogenitura filium priuare.*

170 Filius, *ex ijsdem causis primogenitura priuari potest, quibus & legitima.*

171 Primogenitus, *cõmittendo feloniam, secundogenito viam aperit.*

172 Possessor *maioratus, an eo possit successorem priuare.*

173 *Feuda omnia habent in se pactum, & prouidentiam.*

174 *Et quomodo hoc intelligatur.*

175 *Clausula, iuris Francorum, operatur vt feudum sit ex pacto, si in eo desit verbum, hæredibus.*

176 *Gulielmi de* Perno *opinio. de clausula, iuris Francorum, cum verbo, hæredibus. & nu. 186.*

177 *Intellectus ad tradita per* Petr. *de Greg. de clausula, iuris Francorum.*

178 *Et q̃d in hoc retulerint cæteri* D D. *Siculi.*

179 *Obseruantia antiqua, & recens, in Regno* Sicilia, *circa successionẽ in feudis iuris Francorum, cũ verbo, hæredibus.*

180 *Obseruantia tempore actus gesti, attendenda est.*

181 *Iudicandum in dubio, pro possessore.*

182 *Sententiæ inferiorum Iudicum, nisi rationabiles sint, in supremis Tribunalibus allegari non debent.*

183 *Communis opinio in audiendo, quandoq; non attendenda.*

184 Opinio, *duabus confirmata sententijs, est amplectenda.*

185 *Consuetudo, duabus inducitur sñtijs.*

187 *Primus acquirẽs p libito disponere põt.*

188 *Hæres, tenetur habere ratum factum defuncti. & nu. 228.*

189 *Verbũ, hæres, in inuestitura, obligat successorẽ ad succedẽdũ iure hæreditario.*

190 *Feudum retinet quam ab initio sortitum est naturam.*

191 *Opinio Neapoli vsu recepta in successione feudi, pro te, & hæredibus. & n. 196.*

192 *Hæredis mentio, in feudo, prospicit hæredibus, & inde dictum hæreditarium.*

193 *Dictio, hæredibus, adiũcta verbo, filijs,*

stat

stat augmentatiuè.

194 *Copula non requirit copulatorum concursum, si qualitates non copulentur respectu vnius subiecti.*

195 *Verbum, hæredibus, intelligi debet secundum subiectam materiam.*

197 *Opinio magis frequens attendi debet in dubijs quæstionibus.*

198 *Verbum, hæredibus, apud Siculos, feudum efficit simplex hæreditarium.*

199 *Feudum, cum clausula,* tibi, & hæredibus ex corpore, *an sit hæreditarium.*

200 *Feudum, pro te, & hæredibus, vt viuunt iure Francorum, non requirit vt successor sit hæres vltimi morientis.*

201 *Feudum, pro te, & hæredibus, cum clausula* iuris Francorum, *sapit naturam feudi ex pacto, & prouidentia.*

202 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij tenetur habere ratum factum defuncti, quatenus est in hæreditate, & nu. 402. & 422.*

204 *Verbũ,* hæredibus, *in inuestitura pluries repetitum, facit feudum hæreditariũ.*

205 *Verbum,* in perpetuum, *adiunctum verbo,* hæredibus, *dat feudo largiorẽ formam, & nu. 207.*

206 *Fideicommissum cum dictione,* in perpetuum, *vocans filios, admittit eos in infinitum ad successionem.*

208 *Consuetudo succedendi in aliqua familia, an possit in feudis introduci.*

209 *Feudalis res, vel maioratus, per duplicem actum, & cursum quadraginta annorum, efficitur alienabilis.*

210 *Feudũ, an possit in dotem dari, & quid operetur eius datio.*

211 *Feudum ex pacto, & prouidẽtia, potest alienari ad vitam alienantis, & in proximè successurum refutari.*

213 *Clausula,* ad habendum, & vendendũ, *an operetur in feudo qualitatem hæreditariam.*

214 *Contractum agnoscens pro se, cogitur & contra se approbare.*

215 *Confirmatio, dispositionem inducit eorum, quæ confirmantur.*

216 *Clausula,* ad habendum, *idem operatur quod clausula,* quibus dederit.

217 *Clausula,* ad habendum, *facultatem prabet alienãdi feudum in sui domino*

218 *Alienatio feudi valida est, data in inuestitura disponendi facultate.*

219 *Clausula,* ad habendum, *in feudo mixto facit praualere qualitatem hæreditariam. & nu. 221.*

220 *Geminatio verborum, clariorem indicat disponentis voluntatem.*

222 *Clausulæ de stylo Cancellarij apponi solitæ, nullum ius tribuunt parti.*

223 Primogenitus *præteritus in feudo mixto, potest illud à possessore auocare.*

224 *Rex non præsumitur velle tertio præiudicare.*

225 *Alienatio feudi hæreditarij in extraneum, valet, cum Regio assensu.*

226 *Alienatum non dicitur, quod in agnatorum corpore conseruatur.*

227 *Pater, feudũ in quo viuitur iure Francorum, an secundogenito donare possit. & nu. 235.*

228 *Hæres tenetur approbare gesta à defuncto.*

229 *Quod nõ licet defuncto, nõ licet hæredi.*

230 *Alienatio nulliter à defuncto facta, non potest ab hærede reuocari.*

231 *Contractus super feudo hæreditario cũ assensu, nocet omnibus in inuestitura comprehensis.*

232 *Forma, pro hæredibus, in inuestitura, realis est, non personalis.*

233 *Inuentarium non prodest successori in feudo hæreditario ad feudi retentionem, omissa hæreditate.*

234 *Alienatio feudi in proximè successurum, valet sine assensu.*

236 *Filius, in feudo ex pacto, succedit primo acquirenti.*

237 *Princeps, ex publica causa, naturã feudi ex pacto in præiudicium successorũ mutare potest.*

238 *Feuda, in Regno, sunt hæreditaria.*

239 *Feudum alienari potest cum consensu primogeniti.*

240 *Postergatio sexus, & ætatis, in feudo, ob seruitia concesso, fieri potest.*

241 *Agnatus proximior validat feudalem dispositionem, si illi conueniat.*

242 *Feuda, in Regno Siciliæ, ex dispositione Cap. volentes, effecta sunt alienabilia.*

243 Cap. volentes, in Regno Siciliæ, omnia feuda præsumere facit hæreditaria.
244 Assensus non requiritur in alienatione feudi quomodolibet facta, stante dispositione Cap. volentes, & nu. 254.
245 Cap. volentes, locum habet, forma feudi non repugnante.
246 Feudum an possit in extraneum alienari, ex dispositione Cap. volentes.
247 Feudum de sui natura pertinens ad descendentes, non potest in extraneum alienari vigore Cap. volentes.
248 Nec, si spectet ad primogenitum, poterit secundogenito relinqui.
249 Feudorum natura an sit mutata per Cap. volentes, & num. 251.
250 Cap. volentes, non operatur in præiudicium agnatorum.
252 Feudum pro se, & hæredibus, ex dispositione Cap. volētes, potest etiā ad extraneos transire.
253 Agnatus proximior alienationē feudi ex pacto, mortuo alienante, reuocare potest.
255 Decretum Supremi Senatus super secundo articulo.
256 Primus feudi acquisitor non ligatur forma.
257 Feudum, alio titulo, quàm successionis, vel refutationis, acquisitum, dicitur nouum.
258 Refutatio in agnatum non proximiorem, non valet sine assensu. & num. 265.
259 Feudum efficitur nouum, si concedatur ei, qui non sit proxime successurus.
260 Feudum, post continuatam masculorū successionem, ad fœminas lege inuestituræ peruentum, efficitur nouum.
261 Soror dotata, quando succedat in feudo dotantis.
262 Feudum, potest, sine assensu, donari proxime successuro.
263 Feudum, potest considerari antiquū, & nouū, respectu diuersarū personarum.
264 Feudum nouum, potest a primo acquirente ad libitum alienari.
266 Feudum, an dicatur nouum, si ad filiū perueniat alio titulo, quàm successionis, vel refutationis.
267 Pater non succedit in feudo nouo.
268 Refutans, non dicitur alienare, sed iura sua restringere.
269 Refutatio, vt valeat, oportet probari facta in proximè successurum.
270 Ignorantia, an præsumatur.
271 Notarius, præsumitur in contractu propriè loqui.
272 Refutatio cum assensu, an præsumatur facta in proximiorem.
273 Refutatio assumit naturam contractus donationis.
274 Feudum, titulo oneroso ad agnatum peruentum, an efficiatur nouum. & num. 278.
275 Feudum post donationem ad donatarium denuò peruentum, dicitur nouum.
276 Noua acquisitio consideratur, ad indicandum feudum nouum.
277 Feudum à matre, titulo oneroso refutatum, efficitur nouum.
279 Feudum efficitur nouum, si eius forma fuerit mutata.
280 Feudum concessum iure antiqui feudi, mutatis aliquibus, efficitur nouum.
281 Subsequentia declarant mentem disponentis.
282 Liberalitas in necessitate non consideratur.
283 Clausula, ad habendum, & alienandum, efficit feudum nouum. & num. 285.
284 Clausula, ad habendū, & alienandum, rem feudalem in allodialem cōuertit.
286 Clausula, constituens procuratorem in rem propriam, dicitur dispositiua.
287 Clausula, ad habendum, posita in executiuis, an inducat feudū nouum.
288 Clausula, ad habendum, quando naturæ feudi præualeat.
289 Verba pluries geminata, trahuntur ad maiora expressis.
290 Clausula, ad habendum, in executiuis adiecta, mutat principalem dispositionem, si alias nihil operaretur.
291 Clausula, ad habendum, an mutet naturam feudi antiqui.
292 Feudi natura, in præiudicium agnatorum, nec à Rege mutari potest.

possessore facta.

335 *Reus malitiosè se defendendo potius toleratur, quàm actor calumniosè agendo.*

336 *Forma feudi non ligat primum acquirentem, in Regno Siciliæ.*

337 *Transactio sustinetur, si facta sit timore litis, quæ ex probabili causa emanare potuisset.*

338 *Alienationem feudi voluntariam lex abhorret.*

339 *Transactio, æqualem habet auctoritatem, ac sententia.*

340 *Vtilitas quæ in transactione consideratur.*

341 *Turpitudo propria allegari non potest.*

342 *Appellatione transactionis in genere, & latè sumpta, venit quicunque recessus à lite.*

343 *Transactionis defectus, triginta annorum spatio tollitur.*

344 *Bona fides præsumitur ex cursu triginta annorum, prout cætera substantialia contractus.*

345 *Obseruantia continuata, quasi contractum inducit.*

346 *Transactio, decennio firmatur.*

347 *In dubio, pro transactione pronunciandum.*

358 *Coniunctorum concordia à lege commendatur.*

349 *Feudi ex pacto alienatio, cum consensu primogeniti, an obsit sequentibus.*

350 *Assensus, non extenditur de casu ad casum.*

351 *Andreæ doctrina perpenditur, in Cap. 1. §. hoc quoque de success. feud.*

352 *Modus l quendi, quo Andreas vti solet in eius opere.*

353 *Alienatio feudi, in quo viuitur secundum ius Frãcorum, à quibus reuocari possit.*

354 *In feudo ex pacto, quot sunt personæ, tot censentur inuestituræ.*

355 *Consensus primogeniti, quid operetur in alienatione feudi ex pacto.*

356 *Agnatus, annali præscriptione excluditur, si infra annũ, mortuo alienante, non reuocauerit feudi alienationem.*

357 *L. bene à Zenone. C. de quadr. præscrip. locum habet in feudis ad exclusionem agnati, & nu. 388.*

358 *Consuetudo succedendi in feudo, præiudicat agnatis, si per decẽniũ fuerit admissa, & de veritate nu. 390.*

359 *Præscriptio triginta annorum locum habet in feudis, & quomodo nu. 389.*

360 *Inuestitura præbet titulum habilem ad præscribendum.*

361 *Bona fides præsumitur tàm ex titulo vero, quàm ex ficto.*

362 *Præscriptio triginta annorum, iure Regni procedit in feudis.*

363 *Consuetudo succedendi in feudo admissa ab agnatis, mutat successionem feudi, & quomodo hoc procedat nu. 390.*

364 *Possessio centenaria, siuè immemorialis obstat in feudis, & quo pacto num. 391.*

365 *Prohibitio præscriptionis, non includit centenariam, & immemorialem.*

366 *Possessio ciuilis, sufficit ad præscribendum.*

367 *Præscriptio admissa in feudo, nocet successoribus, facta alienatione de consensu proximè successuri.*

368 *Præscriptio completa contra maiores, obstat successoribus, non dùm purificato eorum iure.*

369 *Item quando prædecessores non ignorabant cursum præscriptionis.*

370 *Aut si fuerit transactum super alienatione.*

371 *Vel si non dùm natus erat, qui reuocare volebat.*

372 *Descendens ab alienante, non reuocat alienationem feudi ex pacto.*

373 *Alienatio feudi hereditarij, non potest à successore impugnari.*

374 *Præscriptio datur contra negligentem agere.*

375 *Præscriptio non currit aduersus non valentem agere.*

376 *Feudum datur, vt in eo admittantur vocati ordine successiuo.*

377 *Donatio à successore donantis, reuocari potest ex causa ingratitudinis, si donans ad agendum se præparauerat.*

378 *Tacere is dicitur, qui sciuit, & nihil dixit.*

SE-



SECVNDA DECISIO, sex Artic. contenta.

ARGVMENTVM.

I. Artic.

Vendicanti feudum ex pacto, & prouidentia, incumbit onus probandi, descendentiam à primo acquirente, eamq. de primogenito in primogenitum, legitimitatem, & gradum, verba enunciatiua in instrumento donationis an probent consanguinitatem, & quid si prolata fuerint, in partium precibus, & Principis rescripto. à nu. 1. ad nu. 131.

II. Artic.

Feudum concessum Titio, & Heredibus ex corpore cum clausula: *ita vt viuatur iure Francorum*, sit nè hæreditarium; ex pacto & prouidentia, an mixtum, quid in Regno Siciliæ, & alijs? latè, & dilucidè discussum. Agitur præcipuè ad saturitatem de intellectu Cap. Regis Alphonsi, quod incipit *Volentes*, an locum habeat in feudo cum clausula prædicta? à nu. 132. ad nu. 255.

III. Artic.

Feudum an efficiatur nouum, si perueniat ad agnatum remotiorem? quid si titulo oneroso? & an ob adiectionem, vel detractionem alicuius clausulæ in inuestitura, & præsertim propter clausulam *ad habendum, vendendum, & alienandum*? de vi, & effectu illius clausulæ latè actum à num. 256. ad nu. 310.

IIII. Artic.

Transactio an valeat de feudo ex pacto, & prouidentia, quod remanet penès possessorem? an Regis assensu firmetur? & si vti talis corruat, an gestum substineatur in vim cessionis, & renunciationis accedente consensu primogeniti? Hinc expenditur, & enucleatur Andreas in cap. 1. §. hoc quoque nu. 8. de success. feud. à nu. 310. ad nu. 356.

V. Artic.

Qua præscriptione possit se tueri possessor feudi ex pacto aduersus vendicantem? latè digestum, præcipuè de centenaria, & an eiusdem iuris sint possessor ab alienante descendens, & cæteri Agnati, quoad hoc? Vtrumuè successor in feudo huiusmodi valeat illud retinere, & hæreditatem repudiare? examinata præcipuè doctrina Hartman. Pistoris de feud. tom. 2. q. 8. num. 76. à nu. 356 ad nu. 398.

VI. Artic.

Possessor feudi ex pacto an tutè excipiat, quod vendicans receperit à dispo nente aliud feudum vice illius, quòd tantundem valeat? accuratè elaboratum, à nu. 398. ad fin.

Dùm


Vm in supremo Italię Senatu Regentis, & Consiliarij Potentissimi Regis nostri Philippi Tertij munere fungerer, inter alias controuersias notatu dignas, quæ in eo fuerunt decisæ, illa fuit, de qua multis retrò annis in Mag. Cur. Regni Siciliæ fuerat disceptatū; renouata demùm in anno 1606. nomine D. Dianę de Pactis, & D. Melchioræ eius filię, & quàm per obitum dictarum Dominarum prosequutus fuerat Dominus D. Anton. de Quintana Duegnas Marchio Florestæ, & Supremi Italiæ Senatus Decanus, nomine D. Marianæ eius filiæ tanquam eius Pater, & legitimus administrator, cōtra D. Antonium Statellam super relaxatione feudi Placę, cuius Ego Commissarius fui tàm inprima, quàm in secunda instantia, quia nō aderat Regens pro Regno Siciliæ in Consilio, nisi ipse Dominus Marchio, & in secūda instantia fuerat declaratus suspectus D. Regens Corsetus, in qua cùm de pluribus articulis, ijsque memoria dignis actum fuerit, quid pro vtraque parte scriptum sit, quiduè supremus Senatus in illis senserit, posteritati tradere decreui, vt omni ex parte legalis disciplinæ professoribus, opem feram, & auxilium prestem, & licet quātum potui elaborauerim ad breuitatem reducere, quæ scripta ab Aduocatis partium fuerunt, nō tamē id grauitas causæ permisit, nè rationes, & doctrinæ ab ipsis adductę obliuioni traderentur, neuè partes suis iuribus defraudarentur, eò magis, quia quilibet ex articulis amplam continet materiam, & pro vna decisione est habendus.

Casus quidem quæstionis is erat.

CVm Ioannes, aliàs Ioannutius de Pactis feudum Florestæ, & Baroniam de la Placa possideret, duosque filios inter alios ex duabus vxoribus procreasset: feudum Placæ, quod habebat, cū clausula, iuris Francorum, Antonello secundogenito, sed primo ex secundo matrimonio donauit, & feudum Florestę Peregrino primogenito ex primo matrimonio reliquit in testamentum, cuius quidem dispositionis, cùm Patre mortuo Peregrinellus fuisset conquestus, lis fuit per transactionem terminata, eaquè demùm suscitata à Peregrinello tertio Barone Florestæ, (qui iudicium reiuendicationis feudi contra Blasium de Pactis possessorem intentauit, & prosequutus est, fuit conclusum in causa in anno 1522. quæ cæperat in anno 1519. à quo vsque ad annū 1606. nō fuit amplius de ipsa tractatū: Eo igitur tēpore iudicio suscitato per D. Dianam, & D. Melchiorā eius filiam à Ioannutio descendentes, mortuis deinde D. Diana Matre, & D. Melchiora filia litem sententia terminari curauit in Regno Siciliæ D. Mariana filia dictæ D. Melchioræ donec fuit auocata ad Supremum Italiæ Senatum, ex causis de quibus in decisione præcedenti fuit in hac causa de pluribus articulis disceptatum.

Primus Articulus fuit, an D. Melchiora, & nunc eius filia D. Mariana probauerint requisita ad vendicandum feudum Placæ? nempè, ipsas esse descendētes à primo acquirente legitimitatem, proximitatem, ac primogenituram, tā ascendentium, quàm ipsarum?

Secundus Articulus fuit: an feudum Placæ de quo agitur, habeat naturam feudi ex pacto, & prouidentia, an verò feudi hęreditarij, ad hoc, vt reiuendicatio locum habeat?

Tertius fuit: an dato, quod sit feudū habens naturam feudi ex pacto, potuerit tanquam feudum nouum ob mutationem clausularum, donari secūdogenito, stante etiam Regiæ Maiestatis assensu?

Quartus, an obstet Actrici, trāsactio facta inter Peregrinum, & Antonellum super pretensione predicta, Regio assensu vallata, & taciturnitate descendentium confirmata?

Quintus, an præscriptio obstet D. Marianæ

rianę petenti feudum istud Placæ, cùm nè dùm triginta, sed centum ferè anni sint decursi à die motę litis, & alij 220. à die donationis, & nonaginta nouem à die transactionis initæ inter Peregrinũ, & Antonellum filios Ioannutij, & anni sexaginta sex à die captæ possessionis per Ioannem Matthęum filium Antonelli, donatarij Ioannutij eius Patris?

Sextus, an obest D. Actrici, illam habuisse feudum Florestæ cum ea conditione; nè peteret feudum Placæ, aliàs haberetur legatum pro non facto.

Quoad primum Articulum, nulli dubium est, quin D. Marianæ Actrici feudũ vendicare volẽti in quo viuitur iure Francorum, & per cõsequens ex pacto, & prouidentia, incumbat onus probãdi se esse descendentem à primo acquirẽte, ac ius primogeniturę sibi competere tamquam primogenitæ à primogenitis descendenti, cùm sit fundamentum suæ intentionis, sine quò totum corrueret ædificium, nàm qualitas per quam ipsa debet admicti, & audiri, probari per ipsam debet l. ait prætor §. docere ff. de vi bonor. raptor. Rolan. à Valle cons. 32. nu. 11. 12. & 13. quamobrem pro parte D. Marianę dicebatur, de triplici descẽdentia in hac controuersia esse agendum. Primo, à Ioanne de Rainerio, primo acquirente, vsquè ad Margaritam, quæ feudum Placæ donauit Ioannutio de Pactis. Secundo, à Ioannutio vsquè ad Peregrinellum, qui mouit litem. Tertio, à Peregrinello vsq; ad ipsam D. Marianam nunc agentem, & prosequentem iudicium reiuendicationis à Peregrinello tertio huius nominis, intentatum.

Quoad primam, descendentiam adducebatur prima inuestitura facta per Regem Federicum in personam Ioannis de Rainerio in anno 1299. vt in processu fol. 81. à quo Ioãne fuit genitus Bartolucius, qui successit in feudo prædicto tanquam primogenitus, quo sine filijs decedente feudum peruenit ad Macaldam eius sororem natu maiorem, & à Macalda in Ioannem de Ansinolis eius filium primogenitum, & à Ioanne in Margaritam maiorem natu, prout hæc omnia ex inuestituris pręsentatis in processu fol. 82. & sequentibus, apparere dicebatur, & ex articulis præsentatis per Peregrinellum fol. 9. & 10.

Quo verò ad secundam partem descendentiæ à Margarita vsquè ad Peregrinum tertium, probabat eius intẽtionem ex donatione facta per Margaritam Ioannutio de Pactis huius feudi Placæ in anno 1396. die 11. Aprilis in qua asserit, Ioannutium esse suum fratrem consobrinum, ac pronepotem descendentem à Ioa. de Rainerio, q̃ pluribus vicibus enunciauit in dicta donatione f. 86. & 87. & præsertim ibi. *Cùm humanæ naturæ propriũ sit, & ab ea procedat, vt benefactoribus benefiat, et illis maximè, quos carnis vnio, & fraternalis amor tenet astrictos, considerans pręsertim, quia dictus Ioãnes de Pactis frater suus est pronepos, per lineam descendentem dicti Ioannis de Rainerio cõmunis eorum proaui, quemadmodum ipsa Margarita est proneptis*, quam donationem confirmarunt Reges Martinus, & Maria in anno 1396. ad petitionem Iannutij, vt legitur fol. 90.;

Hanc siquidem consanguinitatem, & gradum parentelæ fundabat nè dùm ex confessione Margaritæ, & Ioannutij in dicto contractu donationis, sed ex verbis donationis factæ per Ioannutiũ Antonello eius filio in ãno 1407. à quo pars aduersa descendit vbi Margarita consobrina ipsius Ioannutij asserit, vt legitur fol. 94. ibi. *Nec non Margaritæ Mulieris relictæ quondam Ioannutij Balloni consobrinæ eiusdem Ioannis.*

Item ex declaratione facta per Antonellum, à quo pars descendit, & Peregrinum filios Ioannutij communis stipitis D. Marianę Actricis, & D. Antonij, prout apparet ex transactione inter ipsos inita in anno 1420. fol. 167. in qua pluries enunciatur, Ioannutium fuisse fratrem consobrinum prędictæ Margaritæ.

Rursus, quia idem fuit dictum in ratifi-

tificatione facta per Ioannem filium Peregrinelli in beneficium Antonelli transactionis inhitę inter prędictos Peregrinum,& Antonellum præsente prædicto Antonello anno 1431.fol.173.

Adducebatur prætereа, hoc idem fuisse assertum, & enarratum per Margaritam,& Ioannutium,dùm petierunt præstari assensum per Reges Martinum & Mariam in anno 1396.die 2.Octob. vt fol.9.lit.C.

Sed nè deficeret, Regis auctoritas adducebatur declaratio Regum Martini, & Mariæ, qui asserunt Ioannutium de Pactis esse pronepotem Ioannis de Rainerio, & consobrinum Margaritæ, apparet ex verbis Priuilegij fol 79.litt. A.ibi: præsens in nostra Curia Ioannutius de Pactis de Messana pronepos quondam Magnif. Ioannis de Rainerio,& infra,per quondam Margaritam ipsius Ioannis de Pactis consobrinam.

Id etiam fuisse enarratum per Regē Ferdinandum in anno 1413.apparere dicebatur ex Priuilegio in processu pręsentato fol.78.à ter. vbi Ioannutium pronepotem Ioannis de Rainerio asserit, sic enim se habēt verba Regis: *Antonius de Pactis ciuis Messanensis filius legitimus, & naturalis Ioannis de Pactis pronepotis quondam Mag. Ioannis de Rainerio.*

Prætereà dicebatur ēt id confirmari ex verbis priuilegij Regis Alphonsi,nā cùm Antonellus petijsset à Rege Alphonso Aragonio confirmationem assensus prefati Regis Ferdinandi,in quo fuerat assertum Ioannutium pronepotem Ioannis de Rainerio. quem prædictus Alphonsus Rex confirmauit in anno 1417 fol. 98. à terg. & aliàs in anno 1427.fol.eod.Rex sic ait: *Coram Maiestate nostra fidelis noster Antonius de Pactis Ciuis Messanēsis filius legitimus, & naturalis Ioannutij de Pactis pronepotis quon.Mag.Ioannis de Rainerio*, & infra: *dicto Ioannutio fratri suo factam per Margaritam ipsius Ioannutij de Pactis consobrinam.*

Qui quidem assensus,& inuestituræ fuerūt confirmatæ ad petitionem Ioannis Matthęi filij Antonelli per Archiepiscopum Panormitanum Viceregem, & inuestitura concessa eidem Ioanni Matthæo in anno 1453.legitur fol.101. á ter. in qua fuerūt ēt inserta ad literam omnia supradicta priuilegia. Ex quibus Ioannutij, Antonij,& Matthęi petitionibus, &assertionibus,nec non Rcgū cōfirmationibus geminatis, & triplicatis dicebatur fundari satis apertè, præfatum Ioannutium pronepotem fuisse Ioannis de Rainerio, & consanguineum Margaritæ, iuxta ipsius in donatione facta assertionem.

Et tandem dicebatur,nullam tempore Blasij conuenti, de hac re fuisse dubitationem, cùm posita descendentia prædicta Blasius in eius depositione nihil aduersus positiones dixerit, in quibus fundatur,Ioannutium esse pronepotem Ioannis de Rainerio, sed tantum negauit, Peregrinellum tertium actorem non esse descendentem à Ioannutio de Pactis,ex quo sumitur argumentum,quod non solùm non negauit,Ioānutium esse pronepotem Ioannis de Rainerio,& per consequens veram esse assertionem Margaritæ, sed expressè confirmauit, vt legitur in processu fol. 28.à ter.

Ex quibus probatum dicebatur, D. Marianam descendere à Ioāne de Rainerio de primogenito in primogenitū per intermediam personam Ioannutij de Pactis ipsius Ioānis pronepotis,stantibus declaratione Margaritæ in donatione facta per ipsam Ioannutio prædicto,quæ fuit à Rege confirmata,&alijs declarationibus,& assertionibus prædictorum Ioannutij,& Antonelli,Peregrini,Ioannis,& Nicolai Antonij, nec non Regum Martini, & Mariæ, Ferdinandi, & Alphonsi.

Facto igitur fundamento prædicto descendentiæ Ioannutij, dicebatur à Ioanne,fuisse genitum Peregrinellum primogenitum Ioannutij, quod demonstrabat testamētū Ioannutij, transactio facta inter ipsum, & Antonellum eius

C fra-

fratrem secūdogenitum, ex alio tamen Matrimonio fol. 167. & inuestitura Florestæ in personam Peregrini, vt patet fol. 479. & ex Peregrino fuisse ortum Ioannem eius primogenitum fundabatur ex testamento Peregrini fo. 119. ex inuestitura Florestæ fol. 480. ex ratificatione transactionis fol. 167. & ex testibus examinatis fol. 17.

Ex isto Ioanne ortos esse alium Peregrinum primogenitum, & Antonellum, Franciscum, & Fr. Thomam Ordinis Prædicatorum eius fratres, & alias filias, habetur ex testamento Ioannis fol. 103. per codicillos fol. 119. & per testes fol. 17.

Hunc autem Peregrinum secundum genuisse alium Ioannem aliàs Ioannellum de Pactis, habetur ex donatione facta eidem Ioannello à dicto Peregrino de iuribus, & actionibus feudi Placæ, per testes fol. 17. per donationem factam Peregrinello eius filio fol. 67. & per aliam donationem fol. 69. & per actum emancipationis in personam Peregrinelli eius filij fol. 63.

Ex prædicto Ioannello ortum fuisse Peregrinellum, huius iudicij actorem, & Constantiellam eius sororem, dicebatur, cōstare per donationem factam per Ioannellum Peregrinello eius filio de iuribus super feudo Placę f. 67. per aliam donationem factā per eūdem Ioannellum eidem Peregrinello fol. 69 Item per aliam donationem causa mortis fol. 71. per testes fol. 17. per inuentarium factum post mortem Ioannelli per Peregrinellum fol. 73. & per testamentum eiusdem Peregrinelli fol. 193. in quo instituit hæredem vniuersalem Constatiellam eius sororem.

Huic Peregrinello successisse Constantiam eius sororem, ex prædicto Peregrinelli testamento constare dicebatur; quæ cùm sinè liberis decederet Hieronymum de Pactis eius consanguineum hæredem instituit super iuribus feudi Placę fo. 197. & hęc quoad secundam descendentiam.

Probatam igitur esse dicebatur, D. Marianæ descendenriām vsquè ad Constantiam inclusiuè; sed quia pro parte D. Antonij Statellę pręsentis possessoris, opponebatur, Hieronymum nō fuisse descendentem à Ioannutio, deueniendum erat ad huius rei declarationem; quò pertinet tertius articulus descendentiæ. Dicebatur ergò Hieronymum fuisse descendentem à Ioannutio de Pactis; ad quod probandum adducebatur primo eiusdem Constantiæ testamentum, quæ licet Hieronymum affinem appellet; nihilominus tale verbum de consanguinitate, accipiendum esse iuris communis authoritate probari dicebatur, de quo tamen inferius.

Secūdo adducebatur, Hieronymum fuisse filium Antonelli fratris Peregrini secundi. Ad quod probandum adducitur pręallegatum testamentum Ioannis, in quo instituit Peregrinum primogenitum, Antonellum, Franciscum, & Fr. Thomam Ord. Pędicatorum, vt fol. 103. & 109. Et quod Antonellus fuerit frater Peregrini, adducitur depositio eiusdem Antonelli in hoc iudicio, tàm ad instātiam Peregrinelli actoris, quàm etiam Blasij conuenti, vt f. 17. 42. & 43. vbi se fratrem Peregrinelli asserit.

Et quod Antonellus fuerit frater Peregrini primogeniti, & Fr. Thomæ, apparet ex depositione eiusdem Fr. Thomæ, qui examinatus in iudicio Florestæ ad instantiam Peregrinelli contra Fiscum, dicit se esse filium Ioannis, & fratrem Antonelli, & Peregrini fol. 470. Adducebatur præterea trāsactio inhita inter Peregrinum, & Antonellum filium Ioannis cum vxore Francisci fratris demortui, ex qua constat Antonellum, & Peregrinum fuisse fratres, vt fol. 257. in processu paruo, & quod iste Fr. Thomas sit frater Antonelli adducitur testamentum Hieronymi, de quo agitur, fol. 208. in quo ipse Hieronymus vocat prædictum Fratrem Thomam eius patruum, & relinquit sex vncias pro vita, & militia, quatum duas habe-

bat

bat antè, & quatuor illi promisit Hieronymus, & quod iste frater Thomas habuerit illas duas vncias pro vita,& militia, sic vt eius frater Antonellus apparebat ex quibusdam literis Viceregis Siciliæ, quibus præcepit vt soluantur duæ vnciæ fratri Thomæ,& aliç duæ Antonello, vt habetur ex processu paruo fol.270.& fol.314 sicuti etiam Peregrinus, & Constantia vocant Hieronymum eius patruum, qui Peregrinus mouit litem, vt ex depositionibus testium examinatorum ad instantiam quorundam de Marullo, contra Nicolaum Antonium de Pactis filium Hieronymi,& nepotem Antonelli fol.303. Quod verò Hieronymus iste fuerit filius Antonelli fratris Peregrini. Adducitur primò testamentum Hieronymi vbi vocat se filium quon. Antonelli, & nepotem fratris Thomæ, cui (vt est dictum) reliquit quatuor vncias pro vita militia, sicut etiam reliquit Pantaleoni vestes lugubres, & 100. vncias, vocando eum suum fratrem fol. 203. Secundò, adducebatur instrumentum cessionis factæ per Lauram de Pactis, in quo assensit venditioni factæ per Antonellum eius fratrem quorundam bonorum existentium in Ciuitate Pactarum,vt fol.194. Et quod ista territoria fuerint Ioannis fratris communis, constat ex testamento Ioannis fol. 103.& quod Hieronymus fuerit filius ipsius Antonelli, & nepos Lauræ, constat ex scriptura donationis factæ per dictam Lauram eodem die, & coram eodem Notario, quæ donat Hieronymo Pantaleoni, Ioannello, & Petrutiæ suis nepotibus iura,quæ habebat super quibusdam bonis,vt legitur fol.195. & quod Pantaleo sit filius Antonelli sicut Hieronymus,constat ex testamenro Hieronymi,in quo vocat illum fratrem,& reliquit 15.vnc.sicut Petrutiæ eius sorori 25.& quod Laura sit filia Ioannis,constat ex testamento præfati Ioannis fol. 105. in quo plures habere filios apparet, licet non nominet ipsos ex codicillis fol.109.& ex depositione ipsius in causa Florestæ, contra Fiscum fol.474. Comprobatur præterea, Hieronymum esse filium istius Antonelli ex duabus alijs scripturis Monialium Monasterij S.Spiritus,quod ingressæ fuerant Bernardina,& Euphemia de Pactis sorores Antonelli, in quarum altera cedunt iura, quæ habēt super quibusdam Terris in beneficium Antonelli, & dant facultatem vendendi, asserentes esse filias Ioannis de Pactis, & sorores Antonelli, vt fol.298. & ex altera eadem die fol. 300.à ter. in qua Monasterium ex persona Monialium donat Hieronymo, Pātaleoni, Ioannello,& Petrutiæ fratribus, & sororibus iura competentia super bonis Ioannis, & Ioannæ de Pactis earum patri,& matri.

Adducitur etiam depositio eiusdem Antonelli patris Hieronymi, qui examinatus in hac causa Placæ, ad instantiam Blasij conuenti, asserit esse cōsanguineum Blasij in secundo gradu f.43. & 44.

Item depositio eiusdem Blasij de Pactis conuenti, qui ad instantiam Nicolai Antonij filij Hieronymi, examinatus contra Vniuersitatem Terræ Vriæ, interrogatus ad instantiam dictæ Vniuersitatis si erat consanguineus dicti Nicolai,dixit se esse consanguineum dicti Nicolai Antonij in quarto, vel quinto gradu fol. 41. quod ita esse dicebatur. Nàm Peregrinus prædictus, & Antonellus fuere fratres, & sic in primo gradu. Ioannes Matthæus filius Antonelli, & Ioannes filius Peregrini fratres consobrini,& sic in secundo gradu; Blasius filius Ioannis Matthæi, & Peregrinus filius Ioānis in tertio gradu, in quo etiam erat Antonellus; Hieronymus filius Antonelli erat in quarto gradu cum Blasio, & in quinto, cum Nicolao, quibus omnibus medijs satis claram fuisse probatam consanguinitatem,proximitatem, & primogenituram Hieronymi affirmabat D. Mariana; Ex hoc enim Hieronymo ortum fuisse Nicolaum Antonium,qui erat in quinto gradu cūm Blasio per eius testamē-

tum fol.183. & per quendam actum in calce ipsius testamenti fo.512.à ter. & per actum Florestæ fol.513. per testes productos ad instantiam illorum de Marullo, contra ipsum Nicolaum fol.302. Item per cedulam Curatiæ in personam Pantaleonis de Pactis patrui Nicolai Antonij expeditã ad instantiã Fisci in iudicio Florestæ f.456.& aliam fol.458. Illum verò Nicolaum habuisse filios Hieronymum de Pactis, Dianam, & alios, constabat ex testamento f.229. & per inuentarium fol.233. & inuestituram Florestæ obtentam per procuratorem Margaritę vxoris dicti Nicolai Antonij, & tutricis dictorum filiorum fol. 239. quo Hieronymo absque filijs mortuo, Dianam superstitem maiorem natu de Floresta inuestitam fuisse, constat fo.241. ex qua Diana ortam fuisse Melchioram primogenitam vxorem D. Antonij de Quintanaduegnas Marchionis Florestę, apparere dicebatur ex Capitulis matrimonialibus, in quibus Diana interuenit fol. 244. & per inuestituram obtentam feudi Florestæ fol.246. & tandem ex dicta D. Melchiora ortam fuisse D.Marianam nunc superstitem, constare per cedulam transfusionis iudicij Placæ in personam filiarum D.Melchioræ fol.276. & per inuentarium ob mortem D. Melchioræ fol. 286. & per testes receptos super morte D.Melchioræ, & successione D. Marianæ fol.938.vsque ad 949.

His scripturis, hisq; testium depositionibus probari, nẽ dum filiationem, & consanguinitatem, sed & primogenituram, ac legitimationem dicebatur.

At pro parte D. Antonij Statellæ Marchionis Spaccafurni, duo principaliter impugnabantur circa istam descendentiam D.Marianæ actricis. Primum quidem, Ioannutium non fuisse descendentem ex Ioanne de Rainerio, nec consanguineum Margharitæ. Secundum, Hieronymum non fuisse descendentem ex dicto Ioannutio de Pactis, neque consanguineum Constantiæ. Dicebatur insuper, non fuisse probatam descendentiam ex legitimo matrimonio, quam esse qualitatem necessariam affirmabant ad fundandum legitimam personam in iudicio reiuendicationis feudi, vt latiùs dicemus infra num.86 Vndè cum hęc omnia non

2 probauerit D.Mariana, nõ † erit admittenda in hoc iudicio, vt præfati sumus suprà nu.1. & tradit Decius cons.531. num.1. Roland.cons.3.num.4. Nàm regulariter tenetur ꝓbare omnes qualitates requisitas antequã admittatur, vt Fely.in cap, cũ super de re iud. Hippolit.in rubr. de probat.num.43. Paris. cons. 52. num. 5. volum. 4. tradit D. Ibandus de Bardasi in comment. ad for. Arag. titulo de manifest. pers. for. fin. fol.404.

Imò addebatur, plures adesse coniecturas, ex quibus Ioannutium de Pactis illegitimum fuisse constabat. quod suo loco erit dicendum; sed nunc de descendentia tàm Ioannutij, quàm Hieronymi erit agendum.

Et quantùm ad personam Ioannutij de Pactis, dicebatur pro parte D.Antonij, nullis medijs esse probatum Ioannutium esse descendentem à Ioanne de Rainerio, nisi per declarationem Margaritæ de Asinolis in donatione, quam fecit Ioannutio, à qua oẽs aliæ dependent, tàm ipsius Ioannutij cum Antonello, in donatione illi facta, quàm ipsius Antonelli in trãsactione inita cum Peregrino fratre, nec non Ioannis, & Nicolai Antonij, sicuti etiam ab illa dependent declarationes Regum Martini, & Mariæ, Ferdinandi, & Alphonsi; & sic nihil prodesse Actrici istas declarationes; nàm sola assertio, siuè cõfessio Margaritæ asserẽtis in donatione, Ioannutium esse fratrem suũ consobrinum, & pronepotem Ioannis de Rainerio nõ

3 probat, cùm receptissimum sit † consanguinitatem sola partium assertione in instrumentis, siue scripturis non probari. Imperatores enim Diocletianus, & Maximianus in l. nõ epistolis, & in l.nõ nudis C. de probatio. docuerunt qualiter probari debeat cõsanguinitas, cu-

ius

ius rescripti verba, hæc sunt: *Non epistolis necessitudo consanguinitatis, sed natalibus, vel adoptionis solemnitate cõiungitur.* & in l non nudis sic loquūtur. *Non nudis assertionibus, nec mentita pro fessione, licet vtrique consentiãt; sed matrimonio legitimè concepto, vel adoptione solemni filij ciuili iure patri constituun-*
4 *tur*. † Consanguinitas enim non debet probari in genere, sed in specie, vt tradit Summus Pontifex in cap. tua nos de consanguin. & affin. ibi: *Sic per ordinem distinguere gradus nominibus proprijs,* & in cap. licet de testib. ibi: *Personas expressis nominibus, vel demõstratione, vel circumlocutione sufficienti desi gnat, & ab vtroque latere singulos gradus clara computatione distinguant*: & post multos, quos allegat tradit Peregr. de fideicom. art. 43. nu. 63. DD. omnes in l. non hoc, C. vnde legit. vbi Ias. & Dec. num. 5. & idem Dec. in cap. in
5 præsentia de prob. nu. 16. nàm cũ† consanguinitas à natura formetur, nec possit oriri ex solo consensu contrahẽtium, vt per Bald. in d. l. non epistolis col. pen. vers. necessitudo C. de prob. quem refert, & sequitur Mascar. concl. 441. nu. 25. lib. 1. & Raud. resol. 36. nu. 2. sequitur, vt verba enunciatiua consanguinitatis, probata inter certas personas nõ probent cõsanguinitatem enunciatam, quia ad probationem consanguinitatis requiruntur alia media, vt post Dec. Purpur. Ias. & alios dicit Raud. resol. 36 nu. 2. vers. 2. cas. & nu. 11. circa med. ex quibus sequitur, q cùm ista consanguinitas, siue descendentia non sit probata specificè, nulla possit haberi ratio de supradicta Margaritæ declaratione, ita Crauett. de antiq. tempor. par. 1. §. ampliatur nu. 26. quod etiam voluere Oldrad. conf. 162. colum. 2. Cardin. Tusc. concl. 81. lit. V. & concl. 652. nu. 8. lit. C. Aemili. Verall. decis. 328. num. 4. & 5. par. 2. diuer. post Crau. dicens, probationem aliter factam non concludere de necessitate, Beccius conf. 37. num. 22. vers. nec dicatur, Crau. conf. 29. nu. 3. & conf. 157. num. 10. & 12. Cæs. Manent.
6 conf. 11. nu. 1. Nàm sicut † non possunt inducere partes in contractu, quod interuenerint ea, quibus non possunt renunciare, prout esset solemnitas extrin seca, quæ non potuit tempore cõtractus interuenire, vt declarant Bart. & DD. in l. sciendum de verb. oblig. ita nec potuit Margarita facere Antonellum suũ consobrinum per suam declarationem quemadmodum non potuit ipsa illum excludere à cõsanguinitate ex eodem
7 medio, quia † sicut se habet oppositum in opposito, ita propositum in proposito, vt in l. fi. §. 1. ff. de leg. 3. q eò magis procedebat, quia verba illa enunciariua erant incidenter prolata, vt ait Peregr. ar. 43. nu. 74.

Sed pro parte D. Marianę dicebatur ex facti serie superius enarrata ad omnia opposita responsum apparere; nàm ex illa clarissimè probatũ asserebat descendentiam á Ioanne de Rainerio; cõsanguinitatem specificè per certũ gradum, legitimitatem, atque primogenituram, itaut alia probatione minimè indigeret, sed vt clariùs de iustitia ipsius liqueret oppositis pro parte D. Antonij respondebatur. Et primo, non esse vernm assumptum partis dùm asserit consanguinitatem, descendentiam, & gradum Ioãnutij, cum alijs descendentibus à Ioanne de Rainerio per solam assertionem Margaritæ probari. Cùm (vt dictum est in facti serie) prædicta omnia alijs sint probata medijs, & argumentis; sed quatenus prædicta nõ essent probata specificè, diceba-
8 tur adhuc solam istam confessionem inducere quasi possessionem fraternitatis, secundum Cyn. in alleg. l. non epistolis in fi. C. de prob. vbi Angel. dixit, talem probationem concludere, donec contrarium probetur, quod alij approbant relati à D. Consiliar. Fabio de Ann. conf. 88. nu. 12. vbi num. 13. dixit hoc non solùm procedere in fraternitate, sed in qualibet consanguinitate, vel parentela, & num. 15. dicit post Pacian. de prob. lib. 2. c. 12. num. 13. ex hac quasi possessione intentari posse

C 3 peti-

petitorium,& num.16.addit in decisorijs sufficere eum alijs adminiculis, & quod ex denominatione inducatur quasi possessio,dicit idem D.Consiliar. num.18.hic autem dicebatur nō solùm adesse nominationem Margaritæ; sed etiam Ioānutij testimonium,à quo pars aduersa originem trahit, sicut & ipsa D.Mariana, quod quidem si verum nō esset,nequè ipsa pars feudum Placæ obtinere posset, quia infecta primitiua, etiam infecta dicitur deriuatiua, argu. l.si viua matre C. de bon mater. Confirmatur Margaritæ declaratio, confessione Antonelli donatarij feudi Placæ, qui in donatione sibi facta à Ioannutio in qua se asserit pronepotem Francisci de Rainucio, non solùm non contradixit,sed libenter acceptauit, ex quo est,
9 vt † illorum confessio noceat successoribus, vt tradunt Caph. cons.90.nu.5, Surd.cons.5.num.39.lib.1.Cùm igitur Margaritæ confessio sit confirmata declaratione eiusdem Ioannutij,& Antonelli in præfatis instrumētis donationū, & transactionis, illis omninò standū est donec contrarium probetur,l.optimam C.de contrah.stipul.l.ex hac scriptura, vbi Bart.ff.de donat.l.emptor §.si.ff.de re iud.l.quidem ff.de prob.vbi glos.fin. inquit: *Cùm ipse sit in quasi possessione filiationis.*

Et quoad l.non epistolis,& l.non nudis C.de prob. ex quibus pars deducit non probari consanguinitatem litteris, neque instrumētis. Respondetur ex eisdem Imperatoris verbis haberi responsum: cùm in l.non epistolis non dicatur consanguinitatem non probari posse instrumentis,neque epistolis,sed cōsanguinitatem non induci epistolis;quemadmodum in l.non nudis dicitur:*Non nudis asseuerationibus filij iure ciuili patres constituuntur*, quasi vellet dicere, non necessariò deduci consanguinitatē ex instrumentis,itaut non possit admitti probatio in cōtrarium,quia tunc benè sequitur partis assumptum,cōsanguinitatem à natura, & sanguine deduci, non à partium confessione, quod explicauit Bald. in dict. l. non epistolis num. 1. inquiens, *Per litteras assertorias sororietatis non inducitur vera sororietas,sed probatur,nisi probetur contrarium.* & paulò post: *Aut tu quaeris quoad esse, & non inducitur sororietas, nequè communio, aut tu quaeris quātum ad præsumptionem, & præsumitur sororietas nisi probetur contrarium*,& paulò infra nu.5. ait: *Tertio casu quando epistola cōtinet parentelæ,vel libertatis enūciationem, & tunc aut loquitur quoad vim productiuam,& nō producit vt hic, quia vis productiua requirit alium organum,quàm epistolam,aut quoad vim probationis,& tunc,aut verba sunt assertoria, aut narratoria emissa principaliter propter aliud*,& quæ sequūtur.Neq;
10 hoc est mirum, si enim † consanguinitas probari potest testibus,vt in cap.licet el 2.de testib.& in cap.tua nos de consangui.& affin.cur ergò instrumentis, in quibus partes consanguinitatem confitentur probari non poterit? Cùm
11 † eandem vim habeant instrumenta,& testium depositiones, vt voluit Imperator Constantinus in l. in exercendis litibus C.de fid.instrum.& sic iura prędicta ad casum istum applicari nō possunt, in quo probari cōsanguinitas alio modo non potest,quàm per instrumēta.
12 Sed quod † plenè probetur consanguinitas per instrumēta,etiam per verba enunciatiua præsertim in antiquis, affirmarunt Feli.in cap.fenes,& in cap. tertio loco de prob.Curt.Sen.cons.76. & in specie Alex.cons.90.lib.6.Ias.cōs. 114.lib.j.& hanc esse communem opinionem respondit Card.Alban. à parte allegatus cons.83.nu.3.vsque ad n.17. inclusiuè, quod operetur in præiudiciū tertij huiusmodi instrumenti probatio.

Secundo dicebatur pro parte D. An
13 tonij,†probationem istam consanguinitatis ad hoc vt probet,fieri debere incipiendo à communi stipite, aut à fratribus

bus, vt in d.l. tua nos de consangui. & affin.Natt.consf.388. Mascar.concl.69. nu.1.& concl.410.nu.21.22.& 23. eò magis in feudi successione, quæ suum stipitem respicit, tradit Aluar. in c.1.§. is verò de grad. success. in feud. cuius conclusionis fundamentum est,quia ad cognoscendum gradum,& cōsanguinitatem debet inspici principium, & specialis probatio fieri, aliàs enim nō probaret,vt Paul.ait in l.Iurisconsul.§.sunt & ex lateribus ff.de gradib.affin. quod in hoc casu procedere dicebatur, in quo Margarita appellat fratrem suum consobrinū, nec exprimitur cuius sit filius, nec vndè consanguinitas ista procedat,vt tradit Rol.à Vall.cōs.32.n.20

14 lib. 3. Item quia † cùm consanguitas non cadat in aliquem sensum corporis ex eo requiritur efficacior causa,& probabilitas ad eam eliciēdam,vt ex Dec. cons.524.nu.2. docet Mascar.conclus. 410.num.21.

Sed huic argumento respondebat D. Mariana dicens ex facti serie iàm supra enarrata, & verbis donationis Margaritæ habere satis specificam, & indiuidualem probationem. Nàm Margarita nō solùm expressit gradum, & consanguinitatem, dùm Ioannutium appellat fratrem consobrinum,sed perquirendo caput , & principium parentelæ,& feudi acquisitorem dicit Ioānutium esse pronepotem Ioannis de Rainerio, prout ipsa Margarita est pronepotis, quo tempore notissima esse poterat descendentia ipsius Ioannutij, de qua non clàm, sed palàm actum fuerat coram Regibus, & Iudicibus Straticotialibus, & pluribus alijs Patritijs Ciuitatis Messanę,vt inferius dicetur.

Tertio,pro D.Antonio dicebatur nō sufficere declarationē factam per Mar-

15 garitam; quia quemadmodum † quilibet gradus cōsanguinitatis debet probari per tres,vel ad minus per duos testes,vt ex cap.licet ex quadam,& cap. licet Vniuersitatis de testib.& post Decium,& Gozad.respondit Alban. cons. 83.nu.18.ita etiam vbi fit probatio cōsanguinitatis per instrumentū,quod est vnum speciale, glos.in l.series verb.instrumentum de testib. & Felyn. in cap. per tuas col.fi.vers.tertio nota de prob. & sic non sufficeret vnum instrumentū, sed requiruntur plura, quæ enuncient consanguinitatem singulorum graduū, & personarum vsquè ad communem patrem,vel germanos fratres, iuxta dispositionem d. cap. tua nos de cosang. & affin. & cap.licet ex quadam de test. & ea quæ post Alex.cons.90.nu.1.& 2. vol.6.Crauet.de antiq.temp. par.1. §. ampliatur nu.19.tradit Alban.cons.83 nu.14.& 15. & in specie post alios tradit Menoch.cōs.732.nu.25.his verbis. *Cùm verò agitur de probanda genealogia antiqua maius est dubium;nàm multi affirmant eā probari posse instrumentis,in quibus verbis enunciatiuis mentio fiat personarum descendentium vna ab altera,ita sanè Alex.d.cons.90.n.1.& 2. lib.6.Ias.cons.114. num.5. lib.1. Soccin. cons.47.nu.17.lib.4.Dec.cons.53. nu.8. Socc.Iun.cons.138. nu.3. lib.2. Alban. cons. 83. num.3. & 4. & Crauett.in tract.de antiq.tempor.in 1.par. princ.in princ.in artic. incip. ampliatur nunc nu. 12.& 13. Verùm hoc in casu requiruntur plura instrumenta antiqua enunciātia descendentias , & sanguinis coniunctionem in singulis etiam gradibus , & personis enumeratis,&c.*

Huius conclusionis rationem tradit Dec.cons.333.num.1. quia in materia

16 successionis † computantur gradus secundum ius ciuile , secundum quod fit computatio ad similitudinem scalarū, & opus est ascendere ad stipitem, & postea descendere ad eum,de cuius gradu agitur,vt habetur in l.Iuriscons. §.gradu ff.de grad.affi. sic igitur in casu isto, cùm huiusmodi Iannutij consanguinitas cum Margarita, ex solo instrumēto donationis per ipsam factæ probetur; cùm cætera instrumenta non aliundè quā ex Margaritæ declaratione robur accipiant, sequitur vno tantum instrumento probatam esse,quod nihil referre affirmabant.

Sed

Sed pro D.Mariana dicebatur longè à facti veritate aberrare eos, qui D. Antonij iura tuentur, nàm ex facti narratione constat; non vno, sed pluribus instrumentis, & inter partes ipsas initis, de quarum interesse agebatur, consanguinitatem prędictam esse probatam, vndè resultat esse satisfactum proposite per D. Antonium cõclusioni, quæ licet vera sit, non tamen facti veritate iuuatur, etiam secũdum ipsius assertionem.

17 Dicendum est ergò, quod † vbi adsunt plura instrumenta de antiquo, tunc verba enũciatiua in illis prolata plenè probant, etiam in pręiudicium tertij, prout tradunt latè Aret. & Fely. in cap. cum causa de prob. & ibi communiter Scribentes, Alexa. conf. 12. ante fi. lib. 4. & conf. 90. vers. ex alijs responsum lib. 6. Ias. conf. 114. lib. 1. & conf. 65. lib. 3. & communiter Scrib. in l. cùm aliquis C. de iur. deliber. idq; pluribus rationibus firmat Aym. Crauet. de antiq. tempor. par. 1. de verb. enunciat. in §. ampliatur nu. 14. vers. secundo limitatur, vbi dicit: *si enim verba enunciatiua vnius instrumenti in antiquis probant semiplenè contra tertium, ergò geminata debent plenè probare.* Et licet inibi dicat conclusionem istam procedere, quando haberẽt originem ex diuersis personis, secus si ab eisdem, nàm si habent originem ab eisdem personis non possunt habere vim famæ, cùm videatur esse vnicum testimonium; hoc tamen non deficit in casu isto, in quo vt supra dictum est, adsunt plura instrumenta, quæ à diuersis personis originem habent, & diuersis temporibus, & in diuersis actibus.

Quarto dicebatur pro D. Antonio,
18 † verba enunciatiua inter partes prolata non probare contra tertium, l. 1. C. arbitr. tutel. quod non solum de recenti, sed etiam in antiquis procedit, Hippol. Riminal. conf. 339. n. 48. Gram. decis. 103. nu. 234. vsq: ad nu. 243. quo casu nec etiam verbis Principis standũ erit, vt post alios tradit Mascar. de prob. concl. 141.

19 Item dicebatur, † verba enunciatiua nec probare, quando fuerunt enunciata propter aliud incidenter, & ex interuallo, huius conclusionis author est Bal. in l. ad probationem la 2. col. 2. C. de prob. quam sequuntur Canonistæ in l. illud de præscrip. vbi Fely. nu. 12. cõclusionem exornant DD. in l. ex his C. dè testam. milit. Alex. conf. 136. nu. 9. lib. j. Decia. conf. 120. nu. 19. vol. 3. Ioa. Franciscus de Ponte conf. 95. nu. 15. & 16. Nicol. Genua de verb. enuncia. lib. j. q. 8. nu. 115. & lib. 3. q. 8. nu. 4. Crauet. de antiq. tempor. par. 1. §. propositum nu. 54. Hippol. Rimin. conf. 53. num. 18 conf. 84. nu. 21. & conf. 113. n. 26. Cùm igitur assertio Margaritæ non ad finem declarandi consanguinitatem, neque tanquam hypothesis, & fundamentum donationis, sed incidẽter fuerit ordinata, nullum ex verbis ipsius fundamentũ in beneficium D. Marianæ deduci poterit.

Huic oppositioni respondebat D. Ma-
20 riana, † non esse simpliciter veram conclusionem prædictam, quod in præiudicium tertij non operentur verba enunciatiua, quia contrarium tenuerũt plures ex nostris, Abb. enim conf. 83. num. 15. & Alex. conf. 90. num. 5. lib. 6. Berret. conf. 39. nu. 6. Cęphal. conf. 90. nu. 24. lib. j. Fab. de Ann. conf. 88. nu. 9. lib. j. Natt. conf. 235. n. 2. 3. & 4. Simon de Petr. de interpr. vltim. volunt. lib. 5. interpr. 2. dub. 4. nu. 227. & 228. Card. Tusc. in concl. 347. lit. F. nu. 69 fo. 910. Peregr. de fideicom. ar. 43. n. 82. 83. 84 & seq. Mascard. de prob. concl. 411. nu. 20. 21. & concl. 512. nu. 6. Sed ad casum istum adaptari minimè posse. Nam assertio Margaritæ non operatur in præiudicium alicuius, qui propter ipsius declarationem repelleretur à successione feudi Placæ, licet enim Ioannutius ex illa senserit vtilitatem, non tamen hodie habemus in iudicio personam aliquam, quæ ex illa damnũ senserit. Si enim Margarita declarauit Ioannutium esse eius fratrem consobrinum, & à Ioanne de Rainerio descen-

den-

dentem, certum est, nullam ex hac sensisse iacturam Antonellum Ioannurij filium, vndè concludendum est, aut nullum adesse præiudiciũ tertij, aut si adest præiudicium aliquod, id non tertij, sed confitentis esse, ipse nàmq; Antonellus à quo D. Antonius descendit in donatione sibi facta à Ioannutio, & transactione cũ Peregrinello declarauit, Ioãnutium esse fratrem consobrinum Margaritæ, & pronepotem Ioannis de Raineriò; nàm si talis non fuisset Ioãnutius pater eius feudum prædictum acquirere nequaquam potuisset; vndè sequitur

21 conclusio, † verba in instrumento prolata præsentibus partibus semper facere fidem contra eas, vt ex Petr. de Anchar. in clem. 1. de prob. tradit Affl. decis. 83. nu. 4. vbi ait, & ideo hæc confessio facta ad vnũ effectum, in instrumẽto nocet ad alium effectum inter easdem partes, & sic vt est dictum, potest successoribus præiudicare, eò magis, quia instrumentum donationis, & alia fuerunt per Blasium præsentata, & sic videtur fateri totum id, quod in illis cõtinetur, cap. cùm olim de censib. Bal. in l. cùm precum C. de liber. cauf. Boer. dec. 252 nu. 3. in fi. Parif. conf. 125. nu. 2. vol. 1. & cõns. 79. nu. 3. vol. 3. Rola. conf. 2. num. 118. vol. j. Becc. conf. 3. nu. 38.

22 Et quod † in antiquissimis verba enũciatiua faciant plenam, & absolutam probationem, tradit Alex. d. consil. 90. num. 10. vol. 6. Parif. cõnf. 27. nu. 252. volum. 1. Curt. Sen. conf. 77. Natt. conf. 235. num. 2. 3. & 4. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 1. caf. 89. num. 84. & post multos quos allegat Fab. de Annà

23 conf. 88. nu 26. & quod † in antiquis, quæ sunt difficilis probationis, admictãtur etiam præsumptiones, dicit idem D. de Ann. loc. cit. nu. 34.

24 Quod autem simus in antiquis, probatur, quia † tempus antiquum dicitur annorum quinquaginta; cùm temporibus nostris breuior sit vita hominis, Alex. d. cõf. 90. vol. 6. Iaf. cõf. 114. n. 18. lib. j. Alban. conf. 83. nu. 3. Par. conf. 27. n. 151. verf. quia licet lib. j. Ann. cõf. 88 num. 32. Berret. conf. 39. nu. 7. Mascar. concl. 512. num. 6. Peregr. de fideicom. d. ar. 43. num. 83. quod apparere dicebatur in casu isto, nàm donatio facta p Margaritam fuit in anno 1396. & sic cùm agendum esset de parẽtela à Margarita supra, essent computandi plusquam sexaginta anni, & sic non solùm sumus in tempore antiquo, sed antiquissimo, quo casu etiam verba enũciatiua probant, vt dictum est supra.

25 Et quod † standum sit verbis assertiuis, siuè in testamento, siuè in contractibus prolatis, donec cõtrarium probetur, quando sunt emissa propter se, non propter alium, dicebatur probari in l. optimam C. de cõtrah. stipul. l. ex hac scriptura vbi Bart. ff. de don. l. emptor §. fi. ff. de re iud. l. quidam ff. de prob. vbi glos. fi. inquit: *Cùm ipse sit in quasi possessione filiationis*, prout in isto casu esse dicebatur; nàm verba prolata per Margaritam in donatione, non ad aliud fuerunt prolata, cùm fuerint fundamentũ ex causa substantialis & principalis donationis, vt colligitur expressè ex illis verbis: *Cùm humana natura proprium sit, & ab ea procedat, vt benefactoribus benefiat, & illis maximè quos carnis vnio, & fraternalis amor tenet astrictos*, & postea: *Considerans præsertim, quia dictus Ioannutius de Pactis frater suus est pronepos per lineam descendentem dicti Ioannis de Rainerio communis eorum proaui; quemadmodum ipsa Margarita est proneptis*. & postea subdit: *donauit prædicto Ioanni de Pactis suo carissimo fratri consobrino*. Ex quibus verbis satis apertè habetur, causam donationis, imò & causam finalem ipsius fuisse sanguinis coniunctionem; nàm

26 † finalis causa præsumitur quæcumquè à naturali ratione emanat, vt in terminis dixit Iac. de S. Georg. in l. vlt. C. de edicto Diu. Adr. toll. imò etiam si non exprimatur in dispositione, finalis tamen dicitur, vt notatur l. cùm oratio ff. de bon. damn. & cùm causa donandi pietatem contineat, ipsa pietas habetur pro causa finali, l. si ego ff. de iur. dot. l. cùm

l.cum his §.in eâ ff.de cond.indeb. Tiraq.tract.cessante causa,limit.1.nu.24.
27 & 39.Quod etiam demonstrat † nedū geminata, sed pluries calculata ratio consanguinitatis,quæ duplicata, triplicata, & toties reperita filiationem probat, Paul.de Castr. in d.l. non epistolis num.3.vers.idem videtur C.de probat. & cons.151. viso puncto in facto nu.1. lib.j. Aemilian.cons.94.nu.9.& xj. Paleott.de noth.& spur. fil. c.23.n.2.vers. adderem ego, ex doctrina Bart. in l.cū simus C.de agric. & censit.lib. xj. Menoch. de arbitr. lib.2.centur.j. cas. 89. num.82.vers.declaratur tertio, præsertim cùm ex tàm multiplici rationum,& qualitatum concursu constet, nominationem hanc non perfunctoriè, nec ludendi causa; sed seriò esse factam, vt ponderauit idem Menoc.de præsumpt. lib.6. præs 53. num.4. vers. declaratur secundò, nec enim est necessè, vt causa imponat verum debitum, sufficit enim quod imponat ex necessitate impulsiuam liberalitatem, l.Titio centum ff. de condit. & demonstr. Tiraq. loco citato num.36.

Dicebatur vlterius,verba prædicta non solùm dici posse enunciatiua, sed etiam assertiua,& dispositiua; quia in
28 hac materia † verba sunt triplicis generis,enunciatiua, assertiua, & dispositiua,Crau.de antiq. tempor.par.1.in §.ampliatur num.28.& nos diximus ad l.si ff.de constit. Princip. cap.1. par.1. num.13.& quod illa verba: *Erga nobilem virum Ioannem de Pactis carissimum fratrem suum consobrinum*, & alia, *frater suus cōsobrinus*,& illa, *Ioannis de Rainerio cōmunis eorum proaui:* sint verba assertiua,& stent de per se principaliter satis manifestum esse dicebatur, cum illis mediantibus donatio à Margarita fiat, sic vt dispositiua sunt consideranda, vt tradit in specie Becc. d.cons 39.num.2. qui loquitur de probatione genealogiæ,Ias.cons.102.lib.4. Paris.cons.6.nu.13.& seq lib.2.Mascar. de prob.concl.127.nu.92.lib.2.
29 Imò † illa verba esse posita per modum causæ, vt apparet ex dicta donatione ibi:*Considerans &c.*cum alijs quę leguntur supra num. 1. quæ verba non solùm exprimunt simpliecem causam, sed omninò necessariam,& vrgentem quæ à naturali manat, & pro affectu cōiunctionis sanguinis, quo casu verba dicuntur emissa principaliter propter se,& esse dispositiua, l.emptor §. ancillam,vbi not.Bart.ff.de reiuend. idem Bart.in l. cùm Tabernam §. item quæsijt num. 1. ff. de pignor. & in l.ex hac scriptura num.5.ff de don. Angel.cons. 368.nu.1.latè Mascar.de prob. 2.par. concl.21.num.44. & tunc inducunt ēt confessionem Bal.cons.263.verb.instrumentum num.3.cum seq.lib.j.& in l.si voluntate num.j.C.de fideicom.libert. Cæsar de Barz.decis.2.num.21. & verba dispositiua esse dicuntur, quia super eis fundatur intentio concedētis,Alex. cons.15.num.4. vers. & dicitur in talibus verbis lib.5.Aret.cons.31.Aymon de antiquit.tempor.de verb. enunciat. Papę in §.propositum nostrum nu. 16. fol.2.

His stantibus non obstare dicebatur, quæ in contrarium adducebantur ad ostendendum consanguinitatem, non fuisse causam finalem donationis, quia non fuit probatum,Ioannutium fuisse proximè successurum Margaritæ, nàm vt superius dictum est, hoc satis probatum dicitur ex ista triplicata confessione Margaritæ;& cùm pro parte aduersa non fuerit probatum contrarium, neque aliquod motiuum appareat, q Iudicem mouere possit,sequitur,vt cōsanguinitas firma remaneat, & illum fuisse proximé successurum; cùm Regi (de cuius interesse agebatur)expositus fuerit gradus consanguinitatis,nec appareat alium consanguineum conquestum, cūq; ageretur de feudo ex pacto, & prouidentia,quod non potest alienari in præiudicium agnatorum vigore Capituli volentes.

Addebatur etiam ad cōfirmationem declarationis factæ per Margaritam, quia quantumcumque verba sint simplici-

30 pliciter enunciatiua † quotiescumquè res enarrata, vel enunciata, necessaria est ad validitatem actus, qui geritur; per talia verba semper probata intelligitur res enunciata, ad text. in d. l. optimam C. de contr. & committen. stipul. Alex. cons. 21. num. 4. vers. pro hoc volum. j. Aymon cons. 29 nu. 3. vers. respondeo vol. j. At quod fuerit necessaria qualitas proximitatis ad validitatem actus,
31 patet ex hoc, quia † refutatio fieri non potest nisi in proximè successurum, vt latè per Loffred. cons. 3. Vndè necessarium erat, quòd in actu illo dinumeraretur gradus, sicut fuit factum; nàm vocat illum, fratrem cōsobrinum, quæ est peculiaris nominatio, competens consanguineis, & non extraneis, & dùm
32 † addit, quod est pronepos Ioannis de Rainerio, probat attinentiam, descendentiam, & consanguinitatem, Præpos. in cap. per tuas num. 19. qui fil. sint legit. Felin. in dict. cap. per tuas num. 16. de prob. Ias. cons. 114. colum. penul. lib. 1. qui loquitur in feudalibus, & cons. 102. vers. 2. ad idem lib. 4. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. cas. 89 num. 78. & de præsumpt. lib. 6 præs. 53. n. 39. vers. declaratur primo, facit Surd. cons. 1. nu. 50. Berret. cons. 39. num. 9. & 10. & ratio est, quia in isto casu nè dùm adest nominatio, verùm & tractatus per illam donationem, qui actus plenè probant cōsanguinitatem, Alex. cons. 181. num. 8 lib. 7. Mandell. cons. 83. num. 21 Burs. cons. 98. num. 3. Salyc. & alij apud Berrett. cons. 39. vers. pulchrè, vbi de magis communi Ann. dict. consil. 88. num. 17. & sufficit tàm in decisorijs, quàm in petitorijs, ita Mandell. dict. consil. 83. num. 23. Ann. dict. cons. 88. nu. 40.

Nec etiam refragatur, quod in toto processu non fiat mentio alterius filij Macaldæ, nisi Ioannis tantum, & cùm nemo præsumatur procreasse plures filios illi onus incumbat probandi, qui vult allegare pluralitatem filiorū. Nàm respondetur primo, quòd eo ipsò quod est probatum Ioannutium fuisse pronepotem, prout ex supradictis in facto apparet, satis clarum est etiam probatum esse antecedens: nō enim poterat absq; medijs Patris, & Aui, esse pronepos Ioannis de Rainerio; & cùm pro parte conuēti nulla detur instātia, quòd vnicus fuerit filius Ioānis de Asinolis, neq; in priuilegio, aut libello erat necesse deducere alios filios; sequitur, vt dato pronepote, dicendū sit, Macaldam alios habuisse filios, & sic illa confessio, siuè declaratio Margaritæ plenè probat, saltim donec contrarium probetur; quam impugnare non est ausus Blasius, quia contra se ipsum esset loquutus, destruēdo fundamentum per quod ad ipsum peruenerat possessio terræ Placæ; & licet ipse negauerit, certo modo, non tamen videtur apertè negasse, sed obscurè, dùm ait: *Negatur expressè successio ipsius Magn. Actoris, quandoquidē non descendit ex dicto Mag. Ioannutio, neque à stipite per eum deducto*, vt habetur in processu fol. 28. quam negationem obscuram, & calumniosam, dicebat D. Mariana: cùm in alijs exceptionibus per ipsum præsentatis die 14. Octobris 1519. & 28. Octobris eiusdem anni, nihil dixerit, vt in processu fo. 45. sed post elapsos terminos probatorios die 21. Iulij 1522. vt fol. 55. exhibuerit exceptiones, & causa fuerit cōclusa die 23. Iulij, tempore quo Peregrinellus nihil potuisset opponere, qui mortuus fuit quinto mense post conclusionem causæ. nec per illam apparet negatum Ioannutium non fuisse fratrem consobrinum Margaritæ, negat enim solum actorem descendere à Ioannutio; vndè per hanc responsionem videbantur reiecta omnia, quę nunc opponuntur aduersus D. Marianam.

33 Quinto, dicebat D. Antonius † enunciationem etiam in antiquis nihil operari, quando est contraria veritati, l. cū tale §. fi. ff. de condit. & demonstr. vbi Bald. & Imol. not. glo. in clem. j. verb. fecisse de prob. quam inibi approbant Zabarell. & in cap. si Papa de priuil. in 6. Abb. Imol. & Fely. in l. nonnulli §. sūt,

&

& alia de rescrip. Iaf.in l.j.num.27. C. quand.non petent.part.Zuccard.conf. 4.num.1.2.Cæf.Manen.conf.5 num.2. & feq. eius quidem conclufionis ea eft
34 ratio, quia † affertio non nocet afferenti, & minus alijs, quando ius, & natura refiftunt, vt dicit glo. in l.vnica verf. foluere C. de confeff. & probatur in l.confeffioni ff. de interrog.action. ex quo tex.docuit ibi Bar.quod in his quę non dependent à poteftate confitentis, non nocet,neq; prodeft confeffio,prout etiam probatur in l.qui feruum, & in
35 l.inde Neratius ff. ad leg.Aquil.†confeffio enim debet continere factum poffibile fecundum naturam, & fecundum ius,aliàs non probat, vt tradit Roman. conf.520. num.10. quem fequuti funt Aretin. conf. 13. Berous conf. 121. num. 11. Grammat. decif. 81.num.6.& Surd.conf.5. nu.43. dicit minus nocere habenti ius, & caufam ab eo,ita in fpecie voluit Surd. conf.5. n.43.lib.j.& fatis benè in pũcto Aemil. conf.94. num.23. vbi exprefsè dicunt, quòd vbi veritas aliter fe habet,tali cafu non eft curandum de affertione facta in contractu per contrahẽtes, quia
36 † errore geftorũ veritas rei non vitiatur,vt inquit Iureconf.in l.illicitas §.veritas ff.de offic.Præfid. Quod autem illa declaratio Margaritæ,per quam dicit effe Ioannutium fuum confobrinum fuerit erronea,& veritati contraria,pluribus argumentis probari dicebatur.Et primò, ex libello antiquo huius caufæ, & inueftituris præfentatis,ac ex genealogia,& arbore ex illorũ feriè formata; nàm in libello antiquo afferitur Ioannem de Rainerio habuiffe quatuor filios,fcilicet Bartholomęum,Romanam, Macaldam,& Stephaniam,& quod fola Macalda genuit filium Ioannem de Afinolis, ex quo orti fuere Petrus, qui obijt in ætate infantili, Margarita, & Maña, nequè fit mentio de alio Colonello, vel quod Manna habuerit filios, quod etiam ex inueftituris præfentatis colligitur, & dùm ex aduerfo altera pars fundare intendat in Arbore Anfaldum de Pactis patrem Ioannutij habuiffe in vxorem Mannam fororem Margaritæ, de hoc in proceffu non conftat, & licet conftaret habuiffe vxorem nomine Mannam,non per hoc fequitur fuiffe hanc Mannam fororem
37 Margaritæ,quia licet † ex identitate nominis aliquãdo inferatur ad identitatem perfonæ,vt fcripferunt Bart.in l.fi rem ff.de rei vend.& in l. fi feruum §.vlt. ff. de legat.2. Iaf.in l.eum qui §. in popularibus ff.de iur.iur. tamen hoc non eft fimpliciter verum, fed fi cum identitate nominis concurrunt infimul duo alia figna, veluti, fi dicatur Petri Martini de Perufio,vt declarat Bart.in l.demonftratio falfa in princ.nu.14. ff. de cond.& demonft.vbi etiam Ruyn.in fi.& refpondit Alex. conf. 151. num.5. lib.5. vel quando exprimitur nomen proprium cum aliqua qualitate, quæ conuincat identitatem perfonæ, velut quando teftator legaret Clarutiæ habitanti in tali Parochia, quia fi compareret mulier nomine Clarutia, illi donetur legatum; fundat enim intentionem in duobus:Primò,quod vocetur Clarutia.Secundò,quod fit de tali Parochia, vt declarat Iaf.in l.2. num.7. C.de bonorum poffef.fecundum tab.Socc.Sen. conf.89 col.3,verf.fed hic lib.j.Dec.in cap. in præfentia 3. notab. de probat. Crauet.conf.367.num.2. & conf.169. num.3. Menoch.conf.202. nu 202. & conf.714.num.19.& 20. Vndè ftantibus iftis, ac negatione Blafij in primo libello, fequitur vt nullo modo dici poffit veram fuiffe affertionem Margaritæ in beneficium Ioannutij de Pactis, quæ nullo nifi confeffionis ipfius fundamento fulcitur, & fic dùm Actrix vult fundare genealogiam,& defcendentiam fuorum antecefforũ, affirmatiuè debet etiam recipere contra fe probationem negatiuam,quæ infertur ex infpectione fcripturarum,l.Titię textores,vbi Bart. ac latè Alex.& Iaf.de legat.j.Bart.in
38 l.fi.C.de reb.cred. vbi afferit † ex infpectione matriculæ probari aliquem non fuiffe fcholarem, ficuti ex libro colle-

ctarum

ctarum non fuisse solutas collectas per aliquem, & ex testamenti productione non fuisse factum legatum, vt hæc, & alia ad rem tradit Surd. cons. 255. nu. 14. cons. 525. nu. 17. & decis. 300. num. 110. & decis. 336. nu. 17. Alciat. reg. 3. præsumpt. 16. Menoc. cons. 149. nu. 26. & in proprijs terminis Ias. cons. 114. nu. 5. vers. nec ad hoc obstat, & infra.

Neque huic assertioni obstare dicebatur, quod pro parte actricis allegabatur, Macaldam nempè Ioannis de Rainerio filiam habuisse, vel habere potuisse alios filios, quia si verum hoc fuisset in donatione Margaritæ fuisset expressum, vt punctualiter scripsit Bal. in cap. proposuisti de prob. cuius doctrinam approbarunt Alex. Soccin. Iun. & alij, quos citat Petra de fideicom. q. 11. nu. 331. & Menoc. d. cons 1171. nu. 19. vbi sic ait, *primum argumentũ non concludere, cùm non cõstet, à quibus descendat ipse Dñs Capitaneus, nec apparet, quod dictus Octauianus, & Cæsar fuerint ex agnatione dicti D. Capitan. cum in eius genealogia scripti non legantur*; resistente etiã præsumptione, quod non præsumitur aliquẽ decessisse pluribus relictis filijs, 39 & ideo † alleganti pluralitatem filiorum imcumbit onus probandi, vt consuluit Ruin. cons. 109. nu. 37. lib. 1. vbi tenet, quod si apparet aliquem habuisse vnũ filium, & actor contendat habuisse plures, tunc qui dicit vnum tantum filium habuisse fundat de iure intentionẽ suã, & transfert onus probandi in eum, qui dicit contrarium, de quo est glos. ordinaria in l. eum, qui certarum §. in popularibus ff. de iureiur. Mascard. de prob. concl. 1174. per totam lib. 3. & Menoc. cons. 80. num. 43. & de præsump. lib. 6. præsumpt. 55. nu. 2. vbi latè, & quando pluralitas est fundamentum intentionis alicuius, ille tenetur probare, qui se fundat in illa, tradit Ioseph. Ludouic. concl. 14. vers. infertur 47. Corne. cons. 144. nu. 15. lib. 4. Crauet. cons. 198. nu. 43. lib. 3. cùm ergò Ioannes de Pactis fuerit nominatus pronepos Ioannis de Rainerio, absque expressione nominis matris illius, oritur ex hoc non leuis præsumptio, quod vel non fuerit pronepos dicti Ioannis, vel non fuerit ex legitimo matrimonio procreatus, vt considerat Raudens. resolut. 36. num. 2. quæ qualitas in feudali successione perquã necessaria est, vt infra dicetur; ideoque ante omnia discutiendum esse dicebatur, quæ nã fuerit mater ipsius, postquã constabat, non esse pronepotem Ioannis de Rainerio, ex parte Ansaldi de Pactis, sed ex matre, & in hoc partes concordant, de qua cùm nec nunc, nec tunc fuerit facta mentio, imò ex deductis in arbore, & libello constat, nòn fuisse procreatos alios filios, quàm nominatos, dicebatur in specie concludendum nullam esse habendã rationem de Margaritæ confessione; cætera argumenta infra adducentur.

Sed huic ponderationi respondebatur pro parte D. Marianæ: quod licet vera sit conclusio partis, quod enunciatio in antiquis non operatur, quãdo repugnat veritati, non tamen vera sunt media, quibus hoc probare intendit. Nã præter illa, quæ superiùs allegata sunt ad validandam assertionem Margaritæ addebatur aliud argumẽtum, per quod omnis excludebatur dubitandi occasio. Donatio enim Margaritæ facta fuit coram Iudicibus Straticotialibus, vt in processu magno fol. 66 à ter. ibi, *coram nobis infrascriptis Iudicibus nobilis Ciuitatis Messanæ, & ipsorum subscriptionibus instrumẽtum roboratum vt* fol. 90.
40 & ista nominatio siue † confessio de filiatione, consanguinitate, & sororietate facta in iudicio filiationem plenè probat ad tex. in l. 1. C. de confessis, & post Cyn. in l. non epistolis C. de probat. tenuit Bart. in l. 1. §. quod Senatusconsulto nu. 3. ff. de liber. agnos. Abb. in c. per tuas nu. 8. de probat. cum alijs adductis per Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. cas. 89. num. 70. vers. illud est primum, imò idem procedere in verbis enunciatiuis etiam quoad tertium Menoch. post alios de præsumpt. præs. 133. nu. 7.

Fuit etiam prædictæ Margaritæ de-

 claratio

claratio confirmatã iuramento præstito
41 in donatione prædicta,quo casu†verba enunciatiua probant, vt tradit Afflict. decis.83.nu.3.& ibi Vrsill.nu.3.Gram. vot.16.nu.5.Cæsar de Barz.decis.2.in causa de qua nu.22.

Addebatur etiam,quia hęc nominatio fuit facta præsente Ioannutio, quæ
42 †præsentia operatur reciprocam nominationem,& verum tractatum, vt dixit Aret.in d.cap. per tuas de probat: vbi Dec.num.7.vers.3 limitatur,imò etiam si facta esset incidenter probaret, vt ex Dec.Ruin.Paleot.& alijs tenuit Menoc. de arbit.Iud.l b.2.cent.1.cas.89 nu.83 & in tract de præsump præs. 53 nu.41. & Mascar.cõcl.790.nu.j. Ad cuius cõfirmationẽ adducantur,quæ superius in principio dicta sunt de cõfessione Ioannutij, dùm petijt à Rege confirmari donationem factã Antonello,& assensibus præstitis dictis Ioannutio,& Antonello, vt est dictũ in principio huius decisionis nu 1.fo.25. ex quibus dicebatur verum esse, prædictas confessiones præiudicare parti, tanquam habenti ius, & causam à dicto Antonello, vt ex Dec. cons.594.nu.4. Gozadinus cons.12.nu. 16.& 21,Cæphal.qui loquitur in puncto cons.90.nu.52.Cæsar de Barz.decis.2. num.11.12,16.77. Ias.cons.136 lib.4. Surd. cons.5.n 37.lib.1. quo casu huius
43 modi † confessio precibus facta plenè probat l.cùm precũ C. de liberal.caus. & exornat Mascat. de prob.concl.368.

Fuit enim facta donatio prædicta in præsentia plurimorũ nobiliũ Ciuitatis Messanæ,qui scire poterant,& debebãt veritatem facti,& sic cum omnibus sollẽnitatibus,circumstantijs,& requisitis.

Et quantum ad primum argumentũ per quod fundare nititur D. Antonius erroneam fuisse declarationem Margaritæ, declarando, Ioannutium esse eius fratrem consobrinum,& pronepotem q.Ioa: de Rainerio,fundando se in libello Peregrinelli, de quo sup.loc.cit. Respondebatur,partẽ aduersam,aut velle acceptare,quod Peregrinellus asserit in totum, & tunc tenetur ẽt acceptare,Ioannutiũ esse pronepotem Io. de Raineriio,aut negat,quia Blasiũ negasse affirmat,& eo casu non põt iuuari confessione Peregrinelli in sui beneficium,ex dictis per Bald.in l.cùm precum C.de lib.
44 caus. vbi dicit†confessionem oblatam ex libello, cui aduersarius contradixit minimè obesse libellãti cuius ea est ratio, quia in confessione dicitur quasi contrahi,& talis quasi contractus nõ cadit inter dissentientes, & idem Bald. in l.si magnam C,qui accus.poss.&in l.1.C.de confess.ait, ex libello negato neminem se fundare,quod latiùs explicauit Fely. in c.examinata vers.& notandum n.3. de iudic,Secũdo dicebatur,Peregrinellum in septẽ primis articulis nõ se astrinxisse ad probandum in eo contenta,sed remisisse probationem ad priuilegia cũ illa clausula.*Quorũ tenentes*,q̃ cõsueta est in Reg,Siciliæ;ex quo sequitur iuris
45 conclusio teatenus probare cõfessionẽ relatiuam,quatenus cõtinetur in priuilegijs relatis,& non amplius, vt tradũt communiter Scribẽtes in l.asse toto ff. de hæred.instit. Dec. in auth. si quis in aliquo nu. 34,vers. sed aduertẽdum C. de edend. vbi Alciat.nu.22.vers. adde voluit, confessionem factam per hęc verba, *(prout in tali instrumento)* nullã esse,quia dictio*(prout)*nihil affirmatum arguit, sed omne in alterius dispositionem remissum:& quod confessio relatiua non probet,nisi quatenus est in relato,post multos tradit Masc,de prob.lib. 1. verb.cõfessio negatiua cõcl 385.per tot.Card.Tusc.in verb.cõfessio to.2.lit. C.fo.370.Dicebatur tertio,Peregrinellũ in libello non expressisse verba, quæ assumũtur abAduocatis partis aduersę, & pręcipuè ex Armeng.art.1.sect.2.nu. 119.vers.ex libello, q; licet sola Macalda genuit filium Ioannem,verba .n. libelli hæc sunt: *Itẽ quod mortuo dicto quond. Bartolucio,& alijs filijs dicti quon. Mag. Ioãnis, nullis alijs relictis filijs superstitibus successit in dicto feudo dicta D.Macalda*,& paulò infra,*fuit facta donatio de dicto feudo,seu Casale Placæ Ioannello filio suo legitimo*, & licet ex dictis verbis

colli-

colligi possit solam Macaldam genuisse filios, sunt tamen attendenda verba antecedẽtis articuli, in quo dicitur, quod ex dicto Ioanne de Rainerio, & eius vxore fuerunt procreati, & nati Bartolutius, Macalda, & Stephania eorum filij legitimi, & naturales; qui Bartolutius, & sic tres tantum filij nominantur, cũ verum sit, & constet ex dicto Ioanne fuisse procreatos quatuor filios, scilicet Bartolutium, Macaldam, Stephaniam, & Romanam, vt apparet ex priuilegio in actis præsentato fol. 82. á terg. vndè sequitur, vt non sit verum assumptum probari ex dicto libello, solam Macaldam procreasse filios, quia potuit esse, quod ex alia ex sororibus Macaldæ nati essent filij, & quatenus hoc non esset, quia ex verbis priuilegij prædicti habetur, Macaldam superuixisse mortuis Bartolutio, Romana, & Stephania, potuit tamen esse, quod Ioannutius esset filius Macaldæ sororis Margaritæ, licet huic intellectui repugnaret, quod non esset consobrinus prædictæ Margaritæ, nec pronepos, prout ista est pronepotis prædicti Ioannis; sed in re tám antiqua non est ita scrupulosè procedendũ cum toties appelletur pronepos, vt dictum est supra.

Dicebatur prçterea non esse verum, quod pro parte aduersa præsupponitur Macaldam procreasse vnicum tantum filium, nullibi enim legitur hoc verbũ. (vnicum.)

Secundum argumentum, quo pro parte D. Antonij probatur, assertionem Margaritç fuisse erroneã est, quia si ipse Io. de Pactis fuisset pronepos Io. de Rainerio per lineã descendentẽ legitimã, & naturalem, & successor in Baronia, non fuisset opus petere confirmationem à Rege donationis factæ per Margaritã, vt videre est in processu fol. 90. in ann. 1396. quia illa donatio diceretur refu-
46 tatio facta proximè successuro† quæ de iure tenet absque Regis confirmatione, iuxta dispositionẽ tex. in c. 1. §. & si clientulus de alien. feud. pater. vbi Scrib. Petr. de Greg. de concess. feudi p. 5. q. 4. cũ alijs, quos adducit D. Reg. de Pont. de potest. Prore. tit. 8. de refut. feu. c. 1.
47 nu. 4. †ẽt si fuisset facta cũ reseruatione vsusfructus, quę fieri pôt in Regno Siciliç, vt habetur in Cap. Reg. Federici incipiẽte eorũ fraudibus, & Bolog. cons. 6.

Huic argumẽto respondebat D. Mariana, non esse veram consequentiam, quã pars deducit; petijt assensũ à Rege ergò nõ erat proximè successurus, quia licet vera sit conclusio nõ esse opus assensu, quãdo fit donatio in proximè successurum, vt habetur per And. in c. 1. de alien. feudi pater. nu. 4. non tñ sequitur est impetratus assensus, ergò nõ est proximè successurus, quia vt ait Camer. in casu simili in cap. imper. fol. 18. lit. S. *tametsi vassallus, & creditor velint impetrare assensum, vt cautius agant, non propterea ex hoc sequatur, vt sine illo nõ*
48 *valeat*† abũdans enim cautela nõ nocet l. testamẽtũ C. de testa. And. in c. 1. n. 9. qui success. ten. & quoties actus fit magis sollẽniter, non per hoc potest argui de inualiditate ipsius, prçter alia multa, quç ad rem considerari possunt, quç necessaria non sunt, cùm satis clarũ sit ex deductis, Ioannutium fuisse proximè successurum, neque habere alium, qui eum præcederet in gradu, vt sæpius dictum est, quia si non fuisset proximè successurus, necessarium fuisset id Regi exprimere, vt actus valeret, aliàs enim assensus fuisset nullus, tanquã subreptitiè impetratus, vt tradit D. Frec. de subfeu. lib. 2. q. 26. nu. 4. si enim Ioannutius nõ fuisset proximior, & alius præcessisset eũ in gradu, necessarium fuisset hoc exprimere Regi, aliàs enim mortua Margarita ille agnatus proximior vendicasset feudum, cùm in ipsius præiudicium illa alienatio nulla fuisset, ad trad. in c. 1. an agnatus, quod cùm non acciderit clarè habetur natum nõ fuisse, qui illum præcederet gradu, & sic Ioannutium fuisse proximiorem, aliàs enim Rex non concessisset inuestituram.

Tertium argumentum ad ostendendum, non fuisse veram declarationem Margaritç, ex eo desumitur, quia si Ioannutius

nutius fuisset descendens à Ioanne de
Rainetio,& indubitatus successor in Ba
ronia Placæ,nõ suscepisset onus soluẽdi
post mortẽ Margaritæ eius debita ascẽ
dentia ad summam vnciarum centum,
quia Margaritæ donatio inutilis fuisset
ex quo sibi reseruauerat vsumfructum,
49 eius vita durãte,cùm†successor in feu-
do ex pacto,& prouidentia non tenea-
tur soluere debita prædecessoris, nisi
fuerint intrinseca feudi onera, vt post
alios tradit Moli.de primog.Hisp.lib.1.
c.10.Fab.de Ann.cons.4.And.Gail.lib.
2.obser.154. nec ipse Ioannes de Pactis
acceptasset donationem sibi inutilẽ,&
infructuosam,arg.tex.in l.si seruo fidei
commissa ff. de hered. instituend. ibi;
*qui enim ẽt inuito defuncto poterat liber
tatem extorquere, is liber esse iussus non
magnum videtur beneficium à defuncto
consequi: immò nihil cõmodi sensisse, sed
debitam libertatem accepisse* cum multis
cumulatis à Peral.in l.3. §. qui fideicõ-
missam nu.36.cum plurib.seq.ff de hæ-
red.instituend.Ant.Gom.ad l.40.Tauri
nu.80.Imò in feudo primogenituræ illã
exclusisset,vt argumẽtatur Pet.de Gre.
in responso super hac causa nu.15.cùm
50 †masculus in remotiori gradu excludat
fœminam, cap. vnic.de eo, qui sibi, ex
hæredibus suis masculis:ibi,quia nõ pa-
tet locus fœminæ in feudi successione,
donec masculus superest c.1. §. filia de
success.feud.c.1 Episc.vel Abbat.Bart.
in l.cum auus nu.4.vbi Socc.nu.80.de
condit.& demonstr.Natt.cons.476.nu.
38.vol.4.& alij multi per Molin.de pri-
mogen.Hisp.lib.3.c.8.n.9.& per Mant.
de tacit.& ambig.conuen.lib.23.ti.33.
nu.14.vbi latè,quia prærogatiua sexus
est potẽtior prerogatiua primogenituræ
in feudo moris Francorũ,vt tradit Affl.
in constit.vt de successionibus ex dispo-
sitione const.in aliquibus,Pet.de Greg.
de concess. feudi par.4. q. 6. Cumia in
cap.si aliquem verb.maior natu n.209.

Sed his respondebat D.Mariana fa-
ctum esse verum, non tñ id, quod ex eo
deducitur,nàm licet tale onus impositũ
fuisset soluendi debita Margaritæ, &
legata, quæ tamen nõ excederent sum-
mam vnciarum centum; poterat etiam
accidere, (& facilè quidem) vt ante
mortem ipsius nulla adessent debita,&
sic euanesceret conditio,vel etiam pos-
sent esse multò minoris quantitatis.

Vlterius dicebatur, non fuisse simpli-
cem donationem, siue promissionem de
soluẽdo,sed correspectiuam. Margarita
enim promisit feudum relinquere libe-
rum,& expeditum ab omni alio debito,
quæstione,molestia,& obligatione,quo-
libet alio onere census, Commissariæ
marinariæ,& cuiuslibet alterius seruitij,
& hoc potuisset importare plusquam
vncias centum,nàm licet feudum sit ex
pacto,& prouidentia,& per consequens
non possit cogi successor in feudo ad
soluẽdum debita voluntaria prædeces-
soris,tenetur tamen ad soluendum ea,
quæ sunt intrinseca,& realia onera feu
51 di: prout est seruitium militare † quod
esse onus reale dixit Pet. de Greg.de
concess.feud.par.8.q.3. possessorem tñ
teneri ad onera realia dixit idem Petr.
de Greg.in tract.de dot. de parag.q.3.
nu.8.& alia,quæ respiciunt cõseruatio-
nem ipsius feudi,vndè argumentum ex
hoc desumptum nullũ faciebat obstacu
lũ,quia hęc verisimilitudo non destruit
veritatẽ cõsanguinitatis, & proximita-
tis,de cuius validitate supra est actum.

Neq;est verum,quod dicitur,Ioannu
tiũ potuisse excludere Margaritam in
feudo primogenituræ:quia licet vera sit
conclusio,de qua per DD.in argumẽto
contrario citatos,& per Affl & alios ad
const. vt de successionibus, ꝙ masculus
ẽt minor natu fœminæ maioris ætatis
præferatur:illa tñ intelligenda est in ijs,
qui sunt eiusdem gradus,& lineæ,frater
n.minor prefertur sorori,non sic esset si
ex feudatario superstes fuisset filia,& ex
fratre ipsius filius masculus: nàm ab-
sque dubio fœmina in feudo, in quo
admittuntur fœminę esset præferenda,
vndè licet secundum dispositionem
capit. priuri de eo, qui sibi, & hæredi-
bus suis masculis nepos masculus ex-
cludat filiam feudatarij, id procedit,
secun-

secundum pactum in inuestitura appositum.& vbi fœmina est exclusa,mascu-
52 lis extantibus etiam remotioribus,† secùs verò vbi ex lege est admissa,vt in Regno Siciliç vigore Constitutionis vt de successionibus,quod dixit Andr. ad c.1.de eo qui sibi, & hæredib. suis masculis num.2.vbi sic ait: *Videtur aliud dici,quia iure isto fœmina non succedit, nisi ex pacto, & tunc non extantibus liberis, vt patet in secundo dicto huius capitis,quod statim sequitur. At per Constitutionem Regni, filia succedit patri,si si non habet masculum excluso domino feudi,& consanguineis patris, sicut dicit Const.in aliquibus;vndè,& si primogenitus viuens iure Francorum decedat filia tñ relicta, secūdogenitus frater exclusus per patrem filia, excludetur per filiam.*

Quartum Argumentum,quod ostendit erroneam declarationem Margaritæ, desumitur ex eo, quod dicta dona-
53 tio fuit facta Ioannutio de Pactis† cum clausula, *ad habendum,& alienandum;* quæ facit feudum alienabile,& transitorium ad hæredes extraneos,Bero.cons. 67. lib.j. Laderch.cons.1.per tot. Menoch.cons.1033. num.34.& 35. Surd. cons.475.num.30.lib.1.quia repugnat primæ formæ concessionis factę Ioanni de Rainerio,quæ erat cum clausula iuris Francorum,& si dictus Ioannes de Pactis fuisset pronepos per lineam legitimam, & successor comprehensus in prima inuestitura,non potuisset alienare,quia repugnabat forma, ex hoc non oritur modica suspitio illegitimitatis.

Sed respondetur huic Argumento, ex ijs,quę infra dicentur respectu clausulæ ad habendum, & alienandum, an scilicet ex ista clausula sit inductum feudum nouum in articulo principali huius causæ.

Quintum Argumentum etiam colligebatur ex eo, quod Peregrinus transegit cum Antonello, vt videre est fol. 167.in anno 1420. nàm si Peregrinus habuisset actionem ex persona Ioannutij descendentis à Ioanne de Rainerio non vtiquè transigisset cum Antonello,aduersus quem litem mouit post 24. annos à donatione facta per Margari-
54 tam,non † enim præsumitur voluisse propriam sobolem generationi fratris postponere,l.cùm acutissimi C.de fideicommiss.l.cùm Auus ff.de condit.& demonstr. quam coniecturam ponderauit Franciscus Antonius Villanus in resp. feud.post Cannet.nu.8.

Sed hoc argumentum non obstare dicebatur, imò illud retorquendo; Respondebat D.Mariana,si arguitur contra Peregrinū, quod si habuisset actionem non vtiquè transigisset; cur non etiam arguitur contra Antonellum? qui si habuisset ius retinendi feudum, non transegisset: Peregrinellus etenim litem mouit,quę si molestiam Antonello non intulisset, non vtique transegisset, vltra quod considerandus erit status Antonelli,tunc temporis; quandoquidem erat familiaris Regis, vt constat ex Priuilegio fol. 78. ibi: *Quia fidelis Caualleritius noster Antonius de Pactis de Messana.* Vndè magis est præsumendum contra Antonellū,quàm contra Peregrinellum, qui cùm fuisset Regius Minister, potiùs præsumitur ex parte ipsius impressio,quàm ex parte Peregrini,ad text.in l. si per impressionem C.quod met.caus.

Sextum Argumentum ex eo colligitur, quod Margarita donationem fecit feudi Placæ Ioanni Ballono in anno 1417.cùm antea in anno 1396.donasset Ioannutio; ex quo arguitur quod si ipse fuisset successor immediatus in feudo,vtiquè ipsa non reuocasset donationem factam Ioannutio; neque ipse idē Ioannutius transegisset cum Ioanne Ballono, & promisisset soluere vncias 200. dicto Ioanni de Pactis,vt ex transactione inter Antonellum,& Ioannem de Ballono, qui litigarunt inter se per quatuor annos.

Huic obiectioni respondebat D.Mariana, ignorari causam expressam cur Margarita donauerit feudum Ioanni Ballono,sicut & tacitam;sed non esse sufficiens argumentum, vt per hoc indu-

ducatur præsumptio contra donationẽ factam Ioannutio. Et quantum ad trãsactionem factam cum Ioanne de Ballono dicitur, maximum esse commodũ finiẽdarum litium, vulg. iuribus, ex quo ad 200. vnc. iam supra ostensum est, ad 100. vnc. fuisse obligatum ex dispositione Margaritæ, & cũ per annos quatuor litigasset, potius expedire visũ fuit soluere illas 100. vnc. quàm litẽ prosequi.

Septimum Argumentum colligitur ex tarditate mouendi litem, nàm ab ann. 1407. quo Ioannes donationem fecit Antonello vsquè ad annum 1519. quo tempore fuit lis mota à Peregrinello numerantur anni centum, & duodecim; & à transactione inter Antonellum, & Peregrinellum, elapsi sunt an-
55 ni 99. ex quo† fit, vt prẹsumatur dolo factum, ad hoc, vt obliuioni essent tradita quẹ iustitiã D. Antonij poterãt patefacere, quam coniecturam posuit Raud. resol. 36. nu. 6. vbi addit, quod si agnatus diù tacuit, dicitur exosus litium seminator, vt non debeat audiri.

Sed huic oppositioni respondebatur: non esse sufficiens argumentum, sed potius credendum, quod si descendentes a Ioannutio potuissent mouere litem, hoc fecissent, neq; ad facti veritatẽ, hæc negligentia non potest imputari Peregrinello, qui mouit litem, neque Ioanni eius filio, quia ambo transegerant cum Antonello, neque Peregrino secundo; nam hic donationem fecit Ioanni eius filio de iuribus feudi Placæ; neque Ioanni, qui similiter donationem fecit Peregrino de iuribus Placæ, & sic omnes præter Ioannem filium Peregrini primi, aut mouerunt litem, aut illam mouendi animum habuerũt; sed veritas fuit, quia non potuerunt litem prosequi propter eorum paupertatem, & potentiam aduersatij, quod probatur ex processu a fol. 37. ad fol. 53.

Octauum argumentum percipiebatur, ex quo Reg. Fiscus in processu reiuenditionis Florestæ, compilato contra Peregrinellũ de Pactis, non potuit probare Ioannutium de Pactis fuisse filium legitimũ & naturalem Ansaldi de Pactis, licet fuerit articulatum in illo processu, ex quo deducitur optimum argumentum, quod si Regius Fiscus non potuit eo tempore; dicendum est vtiquè non fuisse descendentem à dicto Ioanne de Rainerio.

Pro parte D. Marianæ dicebatur primo, non constare ex actis Fiscum non potuisse probare Ioannutium fuisse filium Ansaldi de Pactis, quia Fiscus nõ se abstrinxit ad probandum talem legitimitatem, & filiationem per testes, sed per priuilegia, quæ præsentauit, vt in processu fol. 479. à terg. Secundo, id potuisse accidere, vel ex negligentia Procuratorum fisci, vel ob temporis longinquitatem, cùm transacti essent plusquã centum octuaginta quatuor anni, & sic non potest ex hoc desumi argumẽtum.

Nonum Argumentũ colligebant ex diuersitate cognominis, nõ .n. vocatur de familia de Rainerio nec de Asinolis,
56 ex quo oritur, quod† ex diuersitate cognominis, quẹ ex se ipsa inducit diuersitatem familiæ præsumitur contrarium argumentum, l. si idem C. de Codicill. prout identitas cognominis arguit idẽtitatem familiæ Rub. consil. 56. nu. 16. Cephal. consil. 90. nu. 16.

His respondebat D. Mariana, non procedere hoc argumentum in casibus in quibus admittuntur ad successionẽ, alij qui nõ sunt de familia; nàm in successione feudi non habetur ratio familiæ, prout in maioratibus, & fideicõmissis, & sic nulla ratio habẽda erit de allegatis in dicto argumento, & hæc quoad verba enunciatiua Margaritæ, sed quia ad conualidationẽ verborũ Margaritæ.

Sed quia addebantur pro parte D. Marianæ verba Regum Martini, & aliorum Regum, de quibus supra est dictum, erit videndum quid respectu ipsorum partes dixerunt.

Quoad verba enunciatiua Regum Martini, & Mariæ, Ferdinãdi, & Alphõsi qui Ioannutium de Pactis fratrem consobrinum Margaritæ asserebant, vt legitur fol. 78. à terg. & 79. in quibus ma-

magnam vim faciebat D. Mariana, dicebat D Antonius Statella ex illis nullum ius parti aduersæ esse acquisitum quia in inuestitura Regis Martini adest
57 clausula, *sicut fertur*, † quæ facit, vt perindè consideretur talis narratiua, ac si facta non fuisset, auth. si quando C. de const. pecun. cum ibi notatis, Cassiod. dec. 4. nu. 9. tit. de probat. & dec. 6. nu. 2. de iure patron. Cæsar de Graff. decis. 2. nu. 7. Hieronym. Gonzalez ad regul. 8. Cancell. rubr. de mensib. & alternat. glos. 32. nu. 12. & 13. & quoties Princeps in rescripto dicit, ita sibi fuisse narratum, aut expositum, quamuis plura enunciauerit in dispositione, nō dicitur tamen fundare suam dispositionem super enunciatis, sed super enarratis, & supplicatis, Zuccar. consil. 4. num. 2. ad quod facit; quod tradit Soccin. Sen. cōsil. 266. nu. 27. vers. confirmatur, vbi dixit non esse attendendas assertiones rescripti, nisi quando Papa loquitur tan-
58 quam benè informatus, & nu. 29. † solū quando Papa principaliter intendit aliquid insinuare, vel narrare, clem. si summus Pontifex in fin. de sentent. excommun. Lapus alleg. 7. vbi Mandos. in additionibus ad eum plures adducit, & alios Mascard. d. conclus. 1228. nu. 90. Facchin. consil. 57. nu. 20. lib. 1. & quāuis Soccin. & alij loquantur de Papa, idem erit intelligendum in Rege, & alio quolibet supremo Principe, secundum receptiorem sententiam, quā post multos firmat Mascard. d. conclus. 1228. nu. 23. Menoch. consil. 1. nu. 8. Gram. cons. 100. nu. 66. & decis. 103. nu. 228. & sequent. idq; declarat multis modis Alex. Trentacinq. resolut. 2. nu. 19. lib. 1. tit. de verb. significat quicquid dixerit Nicolaus Genua de verb. enunciat. num. 1. & 2. quæst. 4.

Nec prodesse parti dicebatur, quod vbi agitur de descendentia Ioannis, nō est repetita clausula (*sicut fertur*) quæ fuerat posita in descendentia Margaritæ, quia ex illa clausula (sicut fertur) datur intelligi omnem narratiuam rescripti fuisse desumptam ex supplicatio-
59 ne partium, presertim † quia rescriptum semper debet intelligi secundum supplicationem l. 1. C. de diuers. rescript. Natta consil. 98. nu. 27. & consil. 276. nu. 6. Menoch. consil. 33. nu. 14. Surd. consil. 105. nu. 32. Mantic. de tacit. & ambiguis conuent. lib. 23. tit. 19. nu. 41. Grammat. d. decis. 103. num. 134. vbi quod si narratur à Principe factum quod ipse non gessit, & scire non potest nisi per auditum ab alijs, non creditur, quia illud intelligere fuit ad sui informationem, & ideo ad nihilum resoluitur in præiudicium partis, & num. 244.
60 ait † Principem semper censeri loqui ex assertione, & secundum preces partiū, licet dixerit, intelleximus, quia illud debet interpetrari, idest à vobis supplicatum l. talis scriptura §. fin. de legat. primo, & quando verba rescripti fundantur in relatione alterius, nunquam creditur. Abb. in c. dudū de priuileg. Alex. consil. 112. vol. 7. Mandos. ad Lap. alegat. 7. Bolog. cons. 3. nu. 14.

His respondendo pro parte D. Marianæ, dicebatur primo, verba illa (*vt asseritur, vt fertur*) contenta in priuilegijs datis sub die 25. Aprilis, & 3. Octobris ann. 1396. & 15. Ianuarij 1413. non esse posita. vbi de Iannutio loquitur, sed vbi agitur de Margarita, & per consequens cùm aliud in facto appareat, cessare doctrinas in contrarium allegatas, & insurgere illas, quæ pro D. Mariana sunt adductæ, & presumptionē quod Ioānutius exhibuerit scripturas in Regia Cancellaria, ex quibus constiterit de eius parentela, & descendētia; Vnde est, quod cùm aduersus Margaritæ cōsanguinitatem, nihil sit, quod obstare possit; cùm nec à parte aliquid obijciatur, idem sit dicendum de Ioannutio, cui non est verisimile Fiscum permisisse tradi possessionē feudi, si eo tēpore non probasset eius consanguinitatem.

Et quoad Clement. si Summus Pontifex de sentent. excomunicat. in sexto dicebatur, non ad rem allegari, quia ibi Summus Pōtifex aliud agere intendebat;

bat,quàm vel excommunicatum absol-
uere,vel dignitatem conferre illi,quem
illius titulo decorauerat. nec hodie agi
de nullitate donationis,sed de validita-
te declarationis consanguinitatis factæ
per Margaritam, & sic cōprobata tàm
auctoritate Regum, qui illam ratam ha
buerunt, quàm etiam testimonio eius-
dem Antonelli, à quo pars aduersa ori-
61 ginem trahit,& sic†stante possessione
siuè quasi filiationis,onus probandi cō-
trarium in aduersarium fuisse translatū
ad tex. in d.l.quædam iuncta glos.ff.de
probat.

Dicebatur vlterius quatenus illa
verba fuissent apposita, & Rex videre-
tur loqui ex informatione partis hoc
solum prędesse D. Marianæ,quia Ioan-
nutius, & Antonellus petentes à Rege
confirmationem donationum eis facta-
rum exposuerunt parentelam Ioannu-
62 tij, & sic † præiudicarunt successoribus
prout superius dictum est ex Iason.con-
sil.136.nu.4.Surd.consil.440.num.53.
lib.3.& Cephal.d.consil.90.nu.82.quę
priuilegia fuerunt per Blasium præsen-
tata, & per consequens hæc Ioannutij
& Antonelli confessio, & per Blasium
facta præsentatio, successoribus nocet,
illi enim tamquam proximiores alijs
ascendentibus,erant benè informati de
tali parentela ad text. in l.quidam ff.de
probat. & tradita per Felyn. in c. per
tuas col.4.de probat.Ruin. consil.191.
nu.10.lib.5.Riminal.Iun. consil.53.nu.
10. lib.1. & Annam consil.88.nu.32.
lib.1.

Vltra ea, quæ pro parte D. Antonij
dicta sunt,circa enunciationes Regum
addebatur, assertiones Regum circa
consanguinitatem Ioannutij cum Mar-
garita fuisse emanatas super facto om-
63 ninò extraneo,& alieno,†quo casu non
creditur Principi aliquod asserenti, vt
post Oldrad. & Calderin. tradit Rota
decis.190.Afflict.decis.305.nu.15.Ma
scard conclus.1228.nu.52.& nos dixi-
mus ad l.fin.ff de constitut.Princip.p.1.
cap.1.nu.13. maximè si non fuit gestum
coram se, vel factum minimè sit noto-
rium,Menoch.d.consil.100.nu.22.Ma-
scard.vbi supra nu.77. & 78.

Et hoc est, quod dixit Rota decis.22.
64 de probat.In antiquis,quod†ad hoc vt
inducatur aliqua probatio ex enuncia-
tione super facto alieno debet esse talis
enunciatio, ex qua appareat, Papam
super illa fundasse intentionem suam
Riminal.Sen. consil.529.nu.51. in fin.
& 52.nu.3. Crauet. de antiquit. temp.
1.part.§.propositum nu.15.& 16.quod
colligit Afflict.d.dec.305.nu.15.quan-
do motu proprio illud factum coram se
gestum asseuerat, vt tradit Aquil. in l.
Gallus §. & quid si tantum num. 107.
vers.quid enim si aquæ de liber.& post-
hum.& Bimius consil.98. nu.108. vol.
1.quos refert Genua in d.tract. de ver.
enunc.d.lib.2.quęst.4.nu.31. & 32. &
Magon.decis.57.nu.51.& 52.intelligit
65 †quando per modum causæ præcisæ, &
finalis fuit aliquid assertum, quem se-
quitur Genua loc.cit. lib.3.q.7.nu.46.

Item dicebatur pro D. Antonio,quā
66 do † verba enunciatiua sunt prolata
propter aliud,satis speciale esse, vt pro-
bent quoad validitatem actus qui geri-
tur,ita Cæphal.consil.113.nu.9. lib.2.
ac latissimè post alios Peregr.de fideic.
art.43.nu.75.Bertaz.cons.crimin.196.
nu.10.lib.1.Intrigl.de feud. cent.1. q.
24.nu.17.D. Io.del Castillo lib.1.cap.
26.nu.80.Alex Trentacinq. variar.re-
solut.lib.1.tit. de verb. signific.resol.2.
nu.92.

Si enim hæc consanguinitas fuit cau
67 sa impulsiua†illa deficiente deficit do-
natio c.cùm cessante de appellat. Tira-
quell.tract. cessante causa 1.p. nu.11.
& 12.& sequent.Quemadmodum defi-
cerent assensus, & Regiæ confirmatio-
68 nes†nam quando vnum disponitur, &
aliud præsupponitur, non habet locum
dispositum, nisi verificetur præsupposi-
tum Glos.in l.mancipia verb.aduocan-
dum de seru. fugit. Felyn. in c. sedes
vers. intellige tripliciter, & in c. non-
nulli de rescriptis. Cùm igitur Regi
fuerit expositum, Ioannem de Pactis
fuisse pronepotem Ioannis de Raine-
rio,

rio, & consobrinum Margaritæ, si hoc esset falsum corrueret etiam assensus; nàm aliud iissset concedere Ioanni de Pactis feudum Placæ, vt nouum, aliud verò vt feudum antiquum; Si enim voluisset concedere feudum Placæ, vt nouum, relatio aliter erat facienda Regi de cuius etiam interesse agebatur, quia licet feudum sit hæreditarium, & in for
69 ma larga † si tamen alienetur per feudatarium, iuxta dispositionem Cap. volẽtes, si deficiat Regius Assensus extincta linea alienantis auocaretur ab eo, in quem fuit facta alienatio, vt tradit Cannet. in. d. cap. volentes §. iam igitur fol. 187. & §. at non est hæc otiosa nu. 9. fol. 207. si vt antiquum dabat, nõ erat necessarius assensus, vt dictum supra num. 46.

Quod autem illa consanguinitas, & descendentia Ioannis non fuerit enunciata propter se, nec per modum causæ finalis in inuestitura Ioannis, & minus in alijs, id colligi dicebatur ex verbis donationis Margaritæ, in qua fundatur dicta inuestitura, & in qua sic dicitur. *Attendentes puram affectionem, dilectionem, & amorem, quas, & quæ gessit, & gerit erga nobilem virum Ioannem de Pactis de Messana carissimum fratrem suum consobrinum, nec minus grata, & accepta seruitia, beneficia; merita, & honores, quæ renunciata prius ab eadem Margarita exceptioni doli, & eorũ seruitiorum, beneficiorum, meritorum, & bonorum non habitorum, vel receptorum dictus suus consobrinus Ioannes*, sibi hactenus deuotè contulit, cõfertq; *ad præsens, & quæ conferre poterit dante Domino in futurum, nec permittens dicta magnifica præmissa omnia, quæ remuneratione maxima digna sunt in remunerata transire, sed cupiens eidem Ioanni cõsobrino suo, tanquã benemerito, & humanæ retributionis est digno beneficio respondere, cùm humanæ naturæ propriũ sit, & ab ea procedat, vt benefactoribus benefiat, & illis maximè, quos carnis vnio, & fraternalis amor tenet astrictus, cõsideratione præsertim, quia dictus Ioannes de Pactis frater suus consobrinus est pronepos per lineam descendentẽ dictiq; magnifici Ioannis de Rainerio physici communis eorum aui quemadmodum ipsa Margarita est proneptis.*

Et hoc eo magis augumentum recipiebat, quia Margarita fuit vsa dictio-
70 ne, maximè, Illa enim † causa, quæ exprimitur per dictionem, maximè, & præsertim, quæ idem significant, vt dicit Alberic. in suo diction. verb. maximè, videtur ex abundanti posita, cuius defectus nullum infert damnum, & sic non est habenda ratio dictæ enunciationis, ad text. in l. fin. de his, quæ in testam. delent. iuxta glos. in verbo constituuntur irrita, & text. in cap. quoniam frequenter §. porrò vers. si verò aliter, vt lite non contestata, & in l. qui se Patris C. vnde liberi, Tiraq. de pœn. temp. in
71 princ. nu. 63. tamen † in hoc non procedit, quando illa causa erronea, aut falsa fuit expressa per dictionem, *maximè*, ex doctrina Panorm. in cap. ex parte de concessione præb. quem sequuti sunt communiter Scribentes, testante id Tiraquell. loco cit. nu. 54.

Et stante, quod in dicta donatione
72 † fuit facta mentio meritorum Ioannutij, quæ simul concurrunt cum consanguinitate, non plus illa, quàm ista causa videtur considerata, vt Felyn. animaduertit, loquendo de dictione, *præsertim* in c. 1. nu. 2. col. 2. in fin. de re iudic. quem sequitur Surd. consil. 361. nu. 16. vnde sequebatur, non fuisse probatam consanguinitatem ex prædictis verbis ex eo, quod fuerit causa finalis donationis. Nec obstare dicebatur doctr. Paul. Castren in consil. 346. num. 2. versic. 2. videtur obstare volum. 1. quem allegat Surd. d. consil. 361. nu. 14. vbi dicit, donationem factam à Patre propter merita, & propter sanguinis affectionem, præsumi factã potius ex sanguinis coniunctione, quàm ex causa meritorum, nam respondebatur, casum Castrensis, à nostro differre, ibi enim aderat filiatio, & certissima sanguinis affectio, in hoc autem adest ficta consanguinitas, vel

vel saltim incerta, & remotissima, à diuersis autem fieri non debet illatio, l. Papinianus exuli de minor.

Ex quibus dicebatur incidenter, & accessoriè actum fuisse de illa descendentia,& consanguinitate,neque fuisse consideratam, tanquam finem præcisũ donandi,& inuestiendi, quia nunquam fuit probatum,Ioannem fuisse proximè successurum, & sic non fuisse causam finalem sanguinis proximitatem, nàm

73 † causa finalis dicitur, quæ ad illum actum impellit, & quæ ita mouit intentionem agentis, vt illa cessante non esset omninò facturus, vel nõ eo modo,& sic potius per modum vberioris demõstrationis, & pompæ fuisse adiectam eam nominationem,quàm per modum causæ finalis,vt supra est dictum,& tradit D.Marc.Mantua Genitoris mei Præceptor consil.148.nu.10.Alex.Trentacinq. variar. resolut. lib.1.tit. de verb. signific.resolut.2.nu.50.

Ad quod etiam adducebatur auctoritas Ioannis Baptistæ Vincemala cons. 1.nu.564.inter feudalia varior.vbi vo-

74 luit†quod si enunciatio inuestituræ refertur ad factum, nunquam erit de illa curandum, nec aliquod fundamentum faciendum in illa enunciatione; nàm in casu illius Consilij Imperator vocauerat in inuestitura Ioannem Paleologum Marchionem Montisferrati, qui de facto ita faciebat se nominare, vndè non censetur tribuisse illi aliquod ius ad Marchiam, cùm plerumq; appellemus id quod à partibus asseritur,& se nominari faciunt, licet de iure illud non cõpetat ad tex. in l.exempto §. is qui vina, vbi glos. ff. de actionib. empt. & allegat Bald.in l.qui ad ciuilia colu. 3. C.de appell.& Ang. consil.36.

At his respondebatur pro parte D. Marianæ,factum se aliter habere, nàm vt in fundamentis pro ipsa dictum est, verba illa Regum Martini,Ferdinandi, & Alphonsi, non fuerunt emanata su-

75 per facto extraneo,†sed super facto, in quo Rex fundabat suum assẽsum, & est quod voluit Afflict. d.decis.305. num. 15.& dixerunt Domini de Rota d.dec. 22.de præben.in antiquis,qui voluerũt quod ad hoc,vt enunciatio probet, requiritur, vt appareat,Papam super illa fundasse intentionem suam, & cùm iã supra probatum fuerit hoc fuisse principale fundamentum Regis,sequitur,vt onus sit partis, contrarium probare,

76 nàm†excipiens tenetur probare suam exceptionem directè ad text. in l. 1. ff. de exceptionib. & l. in exceptionib. ff. de probat. etiam si id quod excipitur consistat in negatiua, vt post Innocentium, & alios tradit Gabriel.lib.1.com. opin.tit.de probat.conclus.6.num.5. & præsertim quando habet contra se præsumptionem, prout in casu isto, in quo non solùm præsumptionem contra se habet, prout elegãter tradit Surd.dec. 104.nu.5.& per totam decisionem, sed etiam probationem, ex multis ortam documentis, vt superius demonstratum est, & sic non obstare in contrarium adducta. Nàm ad id, quod dicitur, quando verba enunciatiua sunt probata propter aliud,satis esse, quod probẽt quoad validitatem actus,quia si vera non esset causa consanguinitatis actus non valeret, & assensus fuisset subreptitius ex assertione falsæ causæ, & sic quemadmodum respectu Margaritæ proximitas sanguinis fuit causa impulsiua,vt est demonstratum ex verbis donationis, ita etiam fuit in Rege confirmante.

Neque obstare dicebatur, causam proximitatis fuisse expressam,cum illa dictione, *maximè*, quæ dicitur posita ex abũdanti,quia ex facti seriè apparet pietatis, atque sanguinis causam præcedere ibi, *puram affectionem, & amorem, quem gerit erga nobilem virum Ioannem de Pactis carissimum fratrem suum consobrinum*, & postea subsequitur causa seruitiorum, ibi: *Nec minus grata,& accepta seruitia*:præcedit enim dilectio,& & amor erga fratrem,& postea sequitur causa seruitiorum, immò illa verba, quæ enuncian merita, & seruitia esse posita magis d[illegible] lo Nota-

rum

riorum, quàm quod verè præcesserint seruitia,& merita, quod apparet ex instrumento donationis factæ per Ioannutium Antonello fol.93. vbi eadem verba describuntur ibi *considerans, & attendens puram dilectionem,& amorē, quam,& quem gessit,& gerit erga nobilem Antonium de Pactis carissimum filium suum legitimum,& naturalem*, & postea subdit:*Nec minus satis grata, & accepta seruitia,beneficia,merita, & honores*,si ergò in donatione facta filio,in qua nulli dubium est, amorem præcedere seruitia;eadem verba apponuntur quid in donatione facta à consanguineo?Vnde facilè deduci potest,aut hoc esse de stilo Notariorum, aut causam consanguinitatis potius fuisse in consideratione, quàm causam meritorum, quo casu non inducunt probationem, vt infra nu.77.

Neq; obstat responsio ad cons.Paul. Castr. 346. vol. 1. cùm iam fuerit demonstratum satis certam consanguinitatem esse, si vocatur consobrinus, si ad maiorem claritatem dicitur esse pronepos Ioannis de Rainerio.

Ex quo etiam habetur responsum ad consilium primum Ioannis Baptistæ Vincemala. Nam Donna Mariana non intendit probare,quod ex illa vocatione Regis fuerit effectus Nepos,sed vltra assertionem Margaritæ habere assertionem Regis, qui cùm ageretur de re sua admisit illam declarationem Margaritæ,cuius dicto standū est, vt probatur ex adductis pro D. Mariana nu.60.

Et tandem quoad verba enunciatiua Regum pro parte D. Antonij dice-
77 batur † verba Principis enunciatiua nō operari in præiudicium tertij, vt tradit Innocent.in c.dudum nu.2.de priuileg. & nos diximus ad l.fin.de constit.Princip.c.1. p.1.nu.18. ideoquè non esse faciendam tantam vim in verbis inuestituræ, vt ex illis firmanda sit res tanti præiudicij, nam vt scripsit Brun.consil. 127.col.32.fol.22.& cons.156.col. fin. vers.nec obstat,si dicatur omnia verba, quæ dicuntur in inuestituris non sunt tanquam Euangelium attendenda,sed de stilo Cancellariæ sic conficiuntur, quæ sæpe plura erronea continent, & minus vera, prout in ista causa consi-
78 deranda esse dicebatur,cùm†per lapsū Cancellarij, vel Notarij accidere potuerit, vt illa verba sint apposita, non autem ex voluntate Principis, quod considerat Bart.in l.1.quæst.6.ff.de iure Codicill,Bald.in l.quoties C.de hæred.instituendis,Imola in l.vlt.ff.quemadmodum testamenta aperiantur,Butr. in c.quintauallis,vbi Abb. nu.32. & in cap. cum contingat nu. 24. de iureiuran.Tiraquel.in l.si vnquam in princip. nu.522. C.de reuocand donat.

At pro parte D. Marianæ dicebatur veram esse conclusionem partis, quæ docet,verba Principis non operari in præiudicium tertij, sed vt in alijs casibus dictum est, deficere parti factum. Nam præter ea,quæ dicta sunt de notitia, & cognitione, quam Reges habebant, tàm Ioannutij, quàm Antonelli, quæ facit cessare omnia,quę in contrarium dicta sunt,non demonstrare partē quis sit iste tertius, de cuius pręiudicio agebatur;& Aduocatū partis assumpsisse optimas regulas, & conclusiones,sed non demonstrare minorem propositionem argumenti, vt concludere possit contra D. Marianam, si enim consideramus,personam Margaritæ,Ioannutij, & Antonelli filij, nulli istorum fuit illatum præiudicium, cùm ipsi fuerint, qui exposuerunt Regi consanguinitatem, vt patet ex assensibus, & inuestituris præstitis super contractibus Margaritæ Ioānutij,& Antonelli. si agimus de præiudicio successorū Antonelli,ipse Antonellus est, q. fecit per suam declarationem præiudicium,& cùm supra nu.9.fit fundatū potuisse pręiudicare successoribus, sequitur, vt nulli sit illatum præiudicium Margaritæ, non quæ donauit post eius mortem Ioannutio,non qui ex donatione acquisiuit feudum Placæ, Antonello non, qui à Ioannutio eius Patre obtinuit,qui si non fuisset consobrinus Margaritæ,non vtique obtinuisset

set feudum Ioanni de Vallono, qui nullum ius habebat, & renunciauit liti, alij agnati non comparent, ergò nulli fuit illatum præiudicium, & sic patere dicebatur ex his in sua firmitate permanere verba enunciatiua Regum.

SECVNDO PRINCIPALITER dicebatur pro parte D. Antonij, non posse obtinere D. Marianam, quia nõ probauit gradũ, qui probari debebat omninò per actricem pro fundamento suę intentionis, & pręsertim cũ simus in linea collaterali, etiam dato, quod essent consãguinei, & constaret esse descendentes à
79 Ioanne de Rainerio, quia cùm† successio in feudis non excedit septimum gradum, vt tradit Affl. post Iacob. de Beluis. in c. 1. num. 5. & 13. de gradib. successione in feud. Cannet. in cap. si aliquem vers. defuncto nu. 4. sequitur, vt
80 omninò † probari debeat ista proximitas gradus in indiuiduo, ideſt quo gradu distet ab eo, de cuius successione agitur, vt cognosci possit, an sit in gradu successibili, vt docet Roland. consil. 31. nu. 19. lib. 3. Alben. consil. 355. nu. 3. & 30. Fuluius Pacian. de probation. lib. 2. cap. 12. nu. 26.

Et licet Molin. post alios de primog.
81 hisp. lib. 3. cap. 9. nu. 21. dicat† sufficere aliquem probare se esse cognatum in gradu successibili, non autem esse propinquiorem, hoc sanè intelligendum est, quando certus consanguinitatis gradus est probatus, non autem si generice, ita Couarr. variar. resolut. lib. 2. c. 6. nu. 6. in fin. Peregr. de fideicom. art. 43. nu. 63. Raudens. resolut. 36. nu. 13. affirmantes, quod vbi non cadit probatio consanguinitatis super quarto gradu, proximitas debet probari, latè Mascard. conclus. 246. verb. proximior n. 9.
82 Item† non procedit prædicta sententia Molin. & aliorum, quando vocatur ad successionem ex dispositione legis, vel hominis magis propinquus, quia tunc nõ sufficit probare proximitatem in genere, sed debet probari in specie Peregrin. vbi supra nu. 62. cùm igitur in Regno Siciliæ vocatur ad successionem proximior, vt habetur in cap. si aliquem, quod formam dedit successioni, & hoc sit statutum regulare, vt dicit Cannet. in d. cap. vers. sed tractandum nu. 18. & 19. non videtur adimpleta forma legis, nisi probetur proximitas in specie, vt post multos declarat Cum. ad d. c. si aliquem, in ver. gradu nu. 82. & Ioannes Angel. Pisanell. in suo resp. feud. post Cannet. nu. 13. idque magis procedere dicebatur, cùm simus in feudo particulari, prout est feudum Placæ, vt tradit Maria. Socc. cons. 76. n. 51. & 82. in 1. vol. Gramm. respon. 9. num. 46. vol. 1. & plures post Rosental. c. 7. conclus. 59. lit. P.

Neque obstare, quod dicitur, agi nũc de successione feudi ex pacto, & antiquo, in quo succeditur primo, & non vltimo, & sic ascendenti, & non tran-
83 sversali, & respectu ascendentium† admittuntur descendentes in infinitum etiam si successio semel fuerit translata ad Collateralem, vt tradit Rosent. cap. 7. conclus. 56. num. 3. & 4. nàm dicebat Aduocatus D. Antonij de duplici collateralium successione in iure feudorũ agi, quarum altera est in feudo nouo, altera verò respectu feudi antiqui, vt ex Rosent. d. conclus. 56. num. 1. & seq.
84 si enim agimus† de feudi noui successione, tunc Collateralis non admittitur, quia non habet agnatos, quod ius est speciale in Regno Siciliæ ex cap. si aliquem, cuius dispositio procedit in feudo antiquo, & inter Collaterales, qui descendunt à communi Parente, & à primo acquisitore, vt dicunt Siculi, & præsertim Cannet. in d. c. si aliquem verbo defuncto fol. 231. vbi voluit, dispositionem tex. in c. 1. §. hoc notandũ, qui feudum dar. poss. procedere in feu-
85 do antiquo, & nu. 13. dicit † non esse verum, quod quando agitur de succedendo Collateralibus succeditur primo, quoad proximitatem attẽdendam, sed vltimo c. 1. in fin. vbi Andreas, & alij de nat. success. feud. & dicit non esse de hoc disputandum, cùm clarissimè loquantur constit. & cap. Regni, & tradunt

dunt DD. communiter per Rosent. adduct. d. conclus. 56. litt. F. & sic respectu feudi antiqui, licet succedatur primo acquirenti, quia non capit ab isto vltimo moriente, sed à primo acquirente, tamen attenditur gradus, quia non excedit septimum gradum, vt per Camer. loco citato.

His respondebatur pro parte D. Marianæ, partem aduersam in facto errare, quia gradus ex confessione Margaritæ satis est probatus, quia expressé vocauit Ioannutium fratrem suum cōsobrinum, vocauit præterea illum pronepotem Ioannis de Rainerio, prout ipsa est proneptis, vnde fit, vt probatus sit gradus; Nàm sūt in tertio gradu de iure Canonico, & in sexto de iure Ciuili, & quando pars aduersa respondit doctrinæ Molinæ, dicens, tunc habere locum, quādo gradus est probatus, iàm in facto est verificatum quod ipse dicit, quia gradus est probatus, & per consequens nullam esse differentiam inter hunc casum, & illum.

TERTIO DICEBATVR principaliter pro parte D. Antonij, quatenus fuisset probata filiatio, siuè descendentia à Ioāne de Rainerio, & similiter gradus, ex alio capite non posse obtinere actricē, quia scilicet nō probauit, Ioannutiū de legitimo Matrimonio descendere;
86 quæ quidem † qualitas probari omninò debebat, tanquam necessaria, & substātialis ad vendicandum feudum istud, quod fundatur ex doctr. Bart. in l. filium eum definimus, ff. de ijs, qui sunt sui, vel alien. iuris, & in l. Titiæ ff. solu. matrim. voluit Bald. in conf. 180. nu. 3. vol. 3. & in conf. 448. 3. dub. lib. 1. Iaf. conf. 106. col. 2. lib. 1. Ant. de Butr. in cap. peruenit, vbi Abb. in fin. qui filij sint legit. Præposit. in cap. lator nu. 9. eod. tit. Alciat. reg. 2. præs. 2. Cæphal. conf. 82. nu. 8. & conf. 593. num. 13. Roland. conf. 3. nu. 45. Natta conf. 421. num. 9. & conf. 477. nu. 31. Sfort. Odd. conf. 89. Bursat. conf. 63. & Mascard. concl. 799. n. 4. & alij multi allegati per Peregr. de fideic. art. 43. nu. 70. & per Gratiān. decis. 89. num. 12. qui omnes ea potissimum mo-
87 uentur ratione, quia † matrimonium est quid facti, & ideo non præsumitur, vt dixit Bart. conf. 42. visa Inquisitione lib. 1.

Nec solùm in Ioannutio probari de-
88 bebat, sed † in omni gradu, & persona à dicto Ioannutio, vsquè ad Ioannem de Rainerio, primum acquirentem, Decian. respons. 24. nu. 53. 54. & 55. cuius decisionis rationem affert Raudens. resolut. 36. nu. 13. quia cùm in feudo antiquo generatio primi acquirentis in plures lineas fuerit diuisa, oportet supponere pernecessè, quod aliqua linea remaneat infecta, & sic necessariò debet fieri huiusmodi probatio, quòd præ-
89 sertim in feudis seruari debet † in quibus naturales non succedunt, cap. 1. §. naturales si de feud. fuerit controuers. vbi Scriben. Thom. de Marin. de gen. & qualit. feud. tit. 3. de feu. ex pac. & prouid. Intrigliol. centur. 1. de feud. quæst. 9. nu. 259. quod etiam in maternis feudis procedere, communiter Scribentes tradunt Rosent. cap. 1. conclus. 19. nu. 2. Cæsar de Barz. d. decis. 3. nu. 10. & seq.
90 qui amplius affirmat † nominationem factam super legitimitate in testamento per patrem nō sufficere. per hoc enim concederetur facultas patri legitimandi filium, quod soli Principi est concessum. Ad quod etiam faciunt, quæ tradit Raud. d. resolut. 36. nu. 24. Requiritur ergò ex prædictis omnibus specifica legitimitatis probatio, qua non facta partem obtinere non posse dicebatur, & ad decis. Rotæ 220. part. 2. respondeba-
91 tur ex Raud. d. resol. 36. nu. 13. † aliud esse dicendum in fideicommisso, aliud verò in feudo; nàm in fideicommisso non versatur præiudicium Domini directi, si admittatur naturalis, secùs verò in feudo, in quo agitur de præiudicio Domini.

Nec minùs obstare, quod Illustrissimus Card. Paleoth. & Dom. Præsidens Menoch. tradidere, ille in tractatu de nothis, & spur. c. 26. nu. 3. iste in tract. de præsump. lib. 6. præsump. 54. nu. 20.

qui affirmarunt post alios non esse necessariam huiusmodi probationem le-
92 gitimitatis, cùm † in dubio legitimus quis præsumatur, quas contrarietates distinctionis fœdere conciliare conatus fuit Peregr.de fideic. art.43.nu.71. vt opinio Paleoth. Menoch. & aliorum procedat in re antiqua, aliorum verò in re de recenti. Nàm habere locum dicebatur, quando de consanguinitate cõstat per veram, & naturalem probationem, secùs verò quando agimus de illa probanda ex probatione præsumptiua, prout erat ista probatio legitimitatis Ioannis, quæ ex argumentis, & coniecturis deducebatur, repugnante regula,
93 quod † ex vna præsumptione non potest alia oriri, nequè ex vna fictione alia, vt latè Bolognet. in consi.suo vltimo nu.92.ex ratione tex.in l.1.C.de dot. promiss. & ex doctr. Bart.in l.si is, qui pro emptore ff. de vsucap. quod tradit in specie Hippolit. Riminal.cons. 23.nu.224.cons.578.nu.53. nunquam enim datur fictio fictionis, vt tradit Decian.respons.49 num.47.vol.2.respons. 77.nu.12.eodem volumine, & resp.10. nu.46.vol.3.

Nequè obstare dicebatur, quod Menoch. post alios tradit d.præsumpt.54. lib.6.n.31. eam .s.opinionem de legitimitate, ex eo etiam confirmari, quando reperitur in possessione legitimitatis, q̃
94 † licet pluribus modis probari possit, vnus tamen est, si in testamento antiquo inter alios confecto asseratur, aliquem esse legitimum, nàm hæc conclusio procedit, quando in instrumento fuit assertum, aliquem esse legitimum, non tamen sufficit eum nominare filiũ, ad eum inducendum in quasi possessione legitimitatis, & text.in cap.lator, qui fil.sint legit. ꝑcedere in eo, cuius Pater erat in quasi possessione legitimitatis, & ideò non debuit probare legitimitatem sui Patris, vt declarat glo.in d.cap. lator verb. *probare legitimè*, vbi Innocent. & ponderat Natta cons. 421.
95 nu.2. quod secùs est † quando non reperitur in possessione legitimitatis, & agit tanquam filius, & legitimus, tunc enim tenetur probare filiationem, & legitimitatem, vt considerat Grat. respons.63.nu.9.col.2. & respõdet Ruin. cons. 63. num.2. & hoc modo declarat Gratian. dicta decis. 89. firmans conclusionem negatiuam, & excipiendo casum, quando filius possideret bona tanquàm filius, & ita conciliat opiniones Mascard.d.conclus.799.nu.7.vers. quid sentiendum in tantis, ad quod etiam facit declaratio Dominor.de Rota decis.1163.lib.3. & post alios tradit Simon de Petr.de interpr.vltim.volun. lib.5.fol.549.nu.251. & Raud.d.resolut.36.nu.7. qui sub hac distinctione has contrarietates conciliat, dicens. *Aut adsunt coniectura pro legitimitate, et tunc admictatur probatio præsumptiua ipsius, quæ resultat ex probatione consanguinitatis. Aut præsumptiones cessant, vel adest aliqua controuersia illegitimitatis, et nullatenus admictatur huiusmodi præsumptiua probatio.* Secundũ quam distinctionem dicebatur excludi probationem præsumptiuam, quod Ioannutius de Pactis fuerit legitimus ex legitima prole descendens, nàm illa, quæ deducitur, ex quo Ioannes successit in Baronia Florestæ, non est sufficiẽs
96 cùm baronia † sit feudum in forma larga, quod poterat ad quoscunque extraneos hęredes trãsire, etiam illegitimos, vt tradit Affli.in d.cap.1. §. naturales nu.7.vers.in glos.vnica, vbi Balzar.nu. 9. quibus addantur Cassan.ad consuet. Burgundię rub.3.§.9.nu.16.& Rosent. cap.7. conclus. 19. litt. B. in fine, & quia possunt stare simul, quod Ioannes fuerit legitimus, non tamen fuerit legitimus aliquis ex eius ascẽdentibus,
97 quia † infecta primitiua, est infecta deriuatiua, vt probat Decian. dict.respon. 24.num.55.volum j Iacob.de Franch. de feud. quęst. 45. Balzar. d. cap. 1. §. naturales num.15. Schrad. de feud. part.7. cap.5.num.20. Peregrin. de fideicom. artic.18. num.26. Castill. lib. 3 controuer.iur. cap.15. cùm ergo hic adsint plures cõiecturę, quę illegitimitatem

tatem arguere possint, de quibus supra meminimus cùm de consanguinitate, & filiatione agimus, sequitur, vt nullo modo dici possit esse probatam hanc qualitatem, imò contrarium præsumendum esse.

Neque dicebatur obstare non esse oppositum de hac illegitimitate tempore litis motæ per Blasium, tunc conuentum, quia re vera fuit oppositum cùm fuerit negatum omne positũ, &c. Item, nec esse necessarium opponi de eo, quod est onus actoris, & fundamentùm eius intentionis, quo non probato
98 reus debet absolui, cùm † ius successionis feudi consistat in legitimis, ita Roland. consil. 32. nu. 19. vol. 3. Decian. d.
99 resp. 24. nu. 53. & Constitutiones † pro contraria parte adductæ loquantur in terminis cap. tuam de ordine cognitionum, & cap. lator qui fil. sint legit. quando reus petit remitti articulum illegitimitatis ad Iudicem Ecclesiasticum, de quo per Valasc. latè consult. 159. & D. de Franch. decis. 512. & 551. quæ sepius malitiosè fieri consueuerunt ad dilatandum lites, secús quando opponitur actori illegitimitas peremptoriè ad excludendum actionem, absque variatione iurisdictionis, quo casu cessat ratio, in qua dictæ Constitutiones fundantur.

Sed huic tertio principali articulo exclusionis Donnæ Marianæ, ex quo nõ probauit, Ioannutium, & alios ascendentes esse de legitimo Matrimonio natos: Respondebatur pro parte ipsius, ex supradictis satis probatum esse, Ioannutium fuisse de legitimo matrimonio natũ, ipsumq; fuisse pronepotem Ioannis de Raincrio, quia cùm non potuerit esse ipsius pronepos, nisi ex Macalda, aut Manna, quę cùm fuerint honestissimæ mulieres, non est credendum ex damnato coitu ipsum ortum esse, cùm
100 † in dubio benignior, & fauorabilior præsumptio sumenda sit, cap. estote de reg. iur. in 6 & quod honestius est præsumi debet, Abb. in cap. intelleximus
101 de adulter. & † potiùs præsumitur possibile honestum, quàm possibile inhonestum, vt tradit Bald. in l. filium nu. 1. de ijs, qui sunt sui, vel alien. iur. arg. text. in ead. l. filium, & eorum, quæ inibi DD. tradunt.

Dicebatur vlteriùs, disputabilem esse
102 quæstionem † vtrum necessarium sit probare legitimitatem, an verò sufficiat probare filiationem tantum, & eo ipso præsumi de legitimo Matrimonio natum, de qua egit Peregrinus de fideicomm. art. 43. num. 70. & Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 54. num. 20. & licet adsint pro vtraque parte Doctores disputantes, benignior tamen est interpretatio, vt sufficiat probare filiationem, quod præsertim in factis antiquis docet idem Peregr. loco citato nu. 71. versic. & horum Patrum sententiam; præsertim quando quis est in quasi possessione legitimitatis, quo casu receptiorem, ac veriorem dicebatur esse sententiam, vt docet Iacob. Menoc. de præsump. lib. 6. præsump. 54. nu. 31.
103 qui † inter modos, quibus inducitur quasi possessio legitimitatis, ponit, quando adest tractatus legitimitatis, & licet loquatur in tractatu filij, idem videtur dicendum in tractatu consanguinei, maximè vbi materia, de qua agitur, illegitimitati resisteret.

Et tandem dicebatur, prout latiùs supra ponderatum est, Regem ipsum, qui Ioannutium inuestiuit, plenam de hoc notitiam habuisse, & hanc querelam illegitimitatis Ioannutij inaduertenter opponi, cùm à Ioannutio pars aduersa, & originem trahat, & feudum habuerit: Ex quibus cùm Ioannutius reperiatur inuestitus de feudo Placæ, & sic in possessione, vel quasi legitimitatis, & aptitudinis ad feudum possidendum, neque hoc fuerit oppositum legitimo tempore, non esse hodie in dubium reuocandum, an fuerit legitimus, sed parti incumbere onus id probandi.

Neque obstare præsumptiones, quibus nixa est contrarium prboare pars aduersa, nàm illis supra est responsum:

Ad id verò, quod dicebat D. Antonius, necessarium esse probare legitimitatem, etiam respectu aliorum descendeneium supra Ioannutium, idem respondebatur, quod respectu Ioannutij, quia cùm omnes fuerint à Regibus inuestiti de feudo isto Placæ absque alia dispensatione omnes præsumuntur habiles, neque illa præsumptio, quod ex pluralitate linearum præsumatur aliqua linea infecta, de quo Raud. resol. 36. n. 13. militat, quia præsumptioni resistit veritas, cùm fuerint omnes Barones Floresta, quod vtique Fiscus nunquam consensisset, si de illegitimitate aliqua præsumptio extitisset, & certum est, illam præsumptionem esse nimis remotam.

Et ad id, quod dicebatur, doctrinam Menoch. & Paleotti. habere locum, quando agitur de probatione vera non præsumpta, quia ex vna præsumptione non potest oriri alia. Respondebatur, illam responsionem procedere
104 † quando, quod intenditur probari, id præsumptione probatur, ꝙ isto casu cessare dicebatur, nàm, vt diximus inuestiturę probant saltim quasi possessionē legitimitatis, & hoc modo etiam respondebatur ad responsionem factam ad doctrinam Menoch. d. præsumpt. 54. num. 31. & ad tex. in cap. lator, qui filij sint legitimi, quod ideò non teneatur probare legitimitatem, quia reperiebatur in quasi possessione legitimitatis, nàm hæc conclusio facit pro D. Mariana, quæ, & respectu Ioannutij, & aliorum descendentium est in quasi possessione legitimitatis, quia est in possessione feudi, quod possidere illegitimi prohibentur, ad tex. in cap. 1. §. naturales, si de feud. fuerit controuers. & sic omnes doctrinæ pro contraria parte allegatæ fauent D. Marianæ.

Dicebatur etiam, non esse admittendam responsionem, quæ adducitur à parte aduersus replicata pro parte D. Marianæ, quæ voluit inducere probationem ex inuestitura feudi Florestę, dùm contendit non admitti in feudo, quod est in forma larga, in quo succedere possunt etiam illegitimi. Nàm D. Mariana nunquam se fundauit in hoc, ex quo Ioannutius nunquam fuit Baro Floresta, sed tantum habebat annui redditus perceptionem, potius enim se fundauit in eo, quod Ioannutius obtinuit feudum Placæ, nulla facta mentione, quod esset naturalis, & per consequens fuit reputatus habilis ad feudū retinendum, tàm à Margarita, quàm à Regibus illis, qui donationem confirmarunt.

Nec obstare doctrin. Affl. in cap. 1. §. naturales verſ. ex glos. vnica num. 7. si de feud. fuer. controuerſ. quia ibi
105 tantum loquitur † quod filius naturalis succedit matri in feudo materno.

Sic etiam neque esse admictendam responsionem ipsius, dùm dicit, fuisse oppositum de illegitimitate eo ipso, quod fuit negatum omne positum, & quia erat onus D. Marianæ, nàm Blasius non negauit hoc expressè, neque tacitè, quia sibimet nocuisset, neque eius intentio hæc fuit, sed negauit esse
106 descendentem à Ioannutio, & † cùm fuerit tàm notum, & clarum hoc Blasio, & omnibus, non fuit opus hoc probare, ex reg. tex. in l. continuus de verb. oblig. & hæc hactenus quoad descendentiam à Ioannutio respectu personę illius.

Descendentia Hieronymi.

Qvo uerò ad descendentiam à Hieronymo de Pactis, quem non fuisse descendentem à Ioannutio dicebat D. Antonius, quia Constantia soror Peregrinelli, quę illum instituit in eius testamento illum affinem vocauit, cuius testamenti confectioni pręsens ipse Hieronymus fuerat, nec contradixit, nàm licet vera sit conclusio
107 † non obstare pręsentiam in preiudicialibus, nec inducere consensum

l. si.

cõsensum, l. filiusfamilias §. inuitus ff. de procurat. l. procurator ff. rem ratam hab. Glo. & alij in cap. is qui tacet de reg iur. in 6. hoc tamen non procedit, quando vltra præsentiam interuenit alius actus positiuus, consistens in facto, prout hic interuenit, institutio, scilicet hæredis, quia tunc inducitur consensus, clem. 1. de procurat. Abb. in cap. cùm virum in 3. notab. de regul. iur. in 6. Iason in l. quæ dotis num. 91. ff solut. matrim. Tiraquell. tract. consang. §. 1. glos. 1. nu. 156. & plurib. sequent. Surd. cons. 290. nu. 26. & decis. 22. num. 11. præsertim si potuit actum illum impedire, contradicendo, idem Surd. consil. 164 nu. 9. & 45. & decis. 302. num. 2.

Et ad maiorem cõfirmationem prædictorum adducebatur, prædictã Constãtiam non ignorasse differentiam inter affinitatem, & consanguinitatem, siquidem in eodẽ testamento hæc verba leguntur fo. 200. à ter. ibi: *Relinquo iure institutionis, & recognitionis naturę, omnibus, & singulis meis consanguineis affinibus, in quocunque gradu affinitatis existentibus &c.* Item alibi vocauit Augustinam amitam suam, & sic sciebat gradus distinctionem, quod ponderat Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. c. 13. nu. 17. quod natura discretiua locutionis est separare, & excludere, vt dicit Baldus cons. 495. nu. 12. vol. 5. & post Röland. Phanut. & Menoch. tradit Surd. cons. 416. nu. 1. & facit text. in l. quod si nepotes de testam. tutel. nàm alio nomine nepotes, alio filios appellamus, l. si idem de Codicill. & quia est contra communem vsum loquẽdi, quod consanguinei vocentur affines, imò affines solent quandoquè consanguinei appellari, tanquam nomen maioris claritatis, & honoris, vt est frequens om-

108 nium gentium mos. † ex quo sumitur argumentum, & coniectura veritatis, vt probat Euerard. in topic. leg. loco ab vsu consuetud.

Hanc præsumptionem plures aliæ coniecturæ concomitabantur. Prima, quia si Hieronymus fuisset hæres proximior cæteris agnatis, neque Cõstantia imposuisset onus soluendi vnc. 465. & alia legata, nec ipse Hieronymus acceptasset illud. Secunda, quia obtinuit inuestituram Florestæ, quam non habuit, & verisimile est, quod illam procurasset. Tertia, quia non neglexisset prosequi litem antiquam super Placa, vt erat diligens Paterfamilias, & bonorum auidus; & hæc omnia præter litem grauem, quam passi fuerũt sui hæredes ab impugnantibus testamentum Constantiæ, tanquam falsum, illud multum defendendo, quod vtiquè non fecisset si fuisset consanguineus.

Neque id posse coadiuuari, dicebatur ex scripturis nouiter præsentatis post conclusum in causa, vt in processu fol. 276. & testium depositionibus in

109 alio processu receptis f. 302. quia † testes fuerunt examinati parte non citata, & sic nullum præiudicium afferre possunt reo conuento, l. Iudices, & ibi Bald. in 5. notab. C. de fid. instum. notat idem Bald. in l. si quando nu. 4. C. de testib. cap. in nomine Domini, de testib. vbi latè post alios, & Alex. cons. 82. lib. 2. Soccin. Sen. cons. 98. nu. 4. lib. 3. Ruin. cons. 150. nu. 4. lib. 5. Paris. cons. 107. nu. 54. lib. 1. & cons. 2. num. 166. vol. 4. Farinac. decis. 89. nu. 1. & quia testium

110 attestationes, & aliæ scripturę † quæ declarant consanguinitatem Hieronymi fuerunt pręsentatæ post conclusum in causa, nullo dato termino ad probandũ etiam instãter petito, & per Supremum Italiæ Senatum denegato, ex quo est, vt nulla habenda sit de illis ratio ex doct. Bartol. in extrauag. ad reprimendum verb. de plano, cuius verba sunt: *si aliquis habet terminum ad producendũ aliquid coram Iudice, hoc de plano fieri poterit* ꝑ *d. l. miles §. sexaginta, secus si habet terminũ ad probandũ, quia per hoc solũ, quod exhiberet corã Iudice, nõ fieret probatio, nisi parti detur copia, & terminus ad opponendum, & sic ꝙ productum est approbabit, vel reprobabit, vt ex hoc ei im poneretur fides, vel non, ut C. de fid. instru. l. si.* Quare similes scripturę dicũtur

præsentatæ personę, nequè Iudex potest secundum illas iudicare, sed debent in actis produci, & registrari, quod fieri non potest, nisi parte citata, & dato dicto termino ad impugnandum, ita Roman.cons. 519. nu. 3. & plures adducit Ludouic.Gomez in reg. de ann poss, §. prædictis vers. quinimò, Soccin. Iun. cons. 134. nu. 5. vers 2. vol. 1. Ad quod facit, quod tradit Marant. in suo spec.
111 part. 6. actu 8. nu. 20. quod† Iudex similes scripturas præsentatas extra processum potest videre tantum ad sui instructionem, & non in vim probationis, quod etiam voluit Carau. ad rit. M.C. 238. Caualcan. decis. 21. nu. 40. & 29. part. 1. vbi concludit, citationem partis, & terminum ad impugnandum desiderari, ad hoc, vt scriptura extra terminũ præsentata fidem faciat, ad quod allegat Cum. super rit. Siciliæ c. 15. n. 102. & sequent. quicquid ipse dicat loco cit. nu. 70. & 71. c. 39. iudicem posse illis fidem adhibere, allegando Bart. in l. 1. C. vt quæ desunt Aduoc. & Maran. d. actu 8. num. 20. qui id ibi non affirmant, sed contrarium in locis ante allegatis.

Et tandem dicebatur, nullam fore habendam rationem testium examinatorum in iudicio antiquo ad instantiam Peregrinelli cõtra Blasium, quia deposuerunt parte nõ citata, alij verò extra terminũ, & sic nec illi, nec isti fidẽ faciũt.

Repelluntur etiam dicta aliquorum testium, tunc examinatorum, & præcipuè Scipionis Romani, qui dùm asserit annum agere ætatis suæ 79. deponit de gestis ante annos octuaginta quatuor, & sic ante eius natiuitatem, quod repu-
112 gnat naturæ, & ideò nulla fides adhibenda erit, Mascard. concl. 104 num. 4. Gratian. discep. forens. tom. 2. cap. 374. nu. 12. sic etiam D. Diana de Balsamo ætatis annorum 70. deponit de his, quę
113 vidit in infantili ætate† quo casu testimonium eius reprobatur, l. excipiuntur ff. ad Syllanian. vbi Igneus nu. 36. Bart. per illum tex. in l. 3. §. lex Iulia, vbi Alberic. nu. 26. Florian. nu 5. ff. de testib. plures cõgerit Hector Aemil. de testib. vers. testis adultus num. 13. fol. 81. 1. p. Farinac. de testib. tit. de opposit. contra pers. test. q. 58. nu. 61. & 62. & alij testes
114 deponunt† de iis, quæ viderunt in ætate pupillari, quo casu nullam adhibendam esse fidem, tradit Florian. in l. seruitutes la grande in princ. nu. 19 ff. de seruit. Crauet. de antiq. tempor. 4. p. §. solutus nu. 20. Cassan. ad consuet. Burg. rub. 1. §. 2. vers. aduerte nu. 8 & rubr. 13. §. 2. ad finem.

Nec obstare dicebatur, scripturam pręsentatam fol. 294. in qua Laura de Pactis nominatur filia Ioannis, & aliam fol. 298. in qua nominantur Bernardina, & Euphemia de Pactis Moniales Sãcti Spiritus Ciuitatis Messanæ, & in prædictis scripturis etiam fit mentio Hieronymi, & Pantaleonis de Pactis nepotũ prędictarum Monialium, & Laurę, quia ex ipsis nõ colligitur identitas personæ Ioannis eorũ Patris, cùm ex testamento eiusdem Ioãnis, in quo fit mẽtio filiarũ, nulla fiat de prædictis Monialibus mẽtio; nec prodesse quod meminerit Hieronymi, & aliorum, quia nec per id probatur identitas personæ Hieronymi, sic etiam opponebatur contra dictam scripturam Monialium, Notarium nullã ex Monialibus vidisse, quod nedum est
115 contra stilum vniuersi orbis, sed† redditur nulla propter omissam formam, Bald. in l. errore C. de testam. Farin. de fals. & simul. q. 54. num. 111. & 112. Imò reddit talem scripturam de falsitate suspectam, Crauett. cons. 864. nu. 3. & 802. nu. 4. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 5. pręsumpt. 20. nu. 36. & 41. Masc. concl. 740. nu. 37. 38. ex quibus omnibus dicebatur, D. Marianam non esse admittendam, etiam ex quo non probauit descendentiam, connexitatem, & consanguinitatem à dicto Hieronymo, & inter ipsum, & Constantiam, & per consequens absoluendum esse conuentum à petitis per D. Marianam.

Ad huiusmodi oppositiones diluendas dicebat D. Mariana non esse habẽdam rationem, quod in suo testamento Constantia vocauerit Hieronymum suum

suum affinem. Nàm verbum istud, generale est.& aliquando pro sanguine coniuncto accipitur, ad cuius conclusionis probationem adducebatur text. expressus in l. fin. ff. vbi pupil. educ. deb. ibi: *aduocatis affinibus, atque amicis tu-*
116 *toris*, ex quo tex. habemus †verbum affinis, etiam sanguine coniunctos comprehendere, quod apertiùs habetur in l. ius familiarum C. de religiosis, & sumpt. funer. ibi: *ad affines, seù proximos cognatos*, qua vocabuli latitudine non solùm Imperatores, & Iureconsulti vsos esse dicebatur, sed etiam Canonistas; Nàm in Concilio Meldensi in eundem sensum vsurparunt Patres concilij, vt habetur in can. 1. 35. quæst. 3. & in can. Hæc salubriter, vbi glos. verb. affinitatis 35. quæst. 8. & ex cap. 1. de sponsalibus in 6. vbi id annotarunt Archidiaconus, Io. Andreas, & Geminian. quod etiam dixit Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 20. vbi sic ait, *tamen nonnunquam affines vocamus consanguinitate coniunctos:* vbi multis hoc probat, quem sequutus est Peregr. de fideicom. art. 22. nu. 40.

Ad id verò, quod dicebatur, Constãtiam sciuisse distinguere cõsanguineos ab affinibus. Respondebatur, hanc sciẽtiam non ex alio probari, quàm ex verbis testamenti, quæ latinè fuerunt prolata, quam linguam scite Constantiam, neque sexus, neque ætas admictebant, vndè cùm aliunde non sit probatum,
117 †potius est dicendum fuisse verba Notarij, quàm prædictæ Constantiæ, ipsiusquè Notarij ignorantię, hoc esse adscribendum, prout dixit Marcus Antonius Peregrinus loc. prox. citato sic inquens: *Quod est notandum, quia sæpè testatores, & Notarij imperiti in testamentis, & alijs actibus, affines accipiunt pro consanguineis.*

Quò verò ad opposita contra scripturas præsentatas, quæ Hieronymi cõsanguinitatem, aliorumquè descendentiam probant, quarum nullam habendam esse rationem contendebatur, ex quo erant præsentatæ post conclusũ in causa, parte non citata, & non dato termino ad impugnandum petito. Dicebatur pro clariori intelligentia, tria scripturarum genera fuisse præsentata. Primum. esse testamentum Antonelli Patris Hieronymi, nec non ipsius etiam Hieronymi testamentum, & alias scripturas, de quibus in huius decisionis principio est actum, quæ omnes conferunt ad probandum, Hieronymum fuisse consanguineum Constantię, & non affinem. Secundum verò genus, esse testes productos, & examinatos ad instãtiam quorundam de Marullo contra Nicolaum Antonium de Pactis, qui fuerunt examinati in anno 1555. Tertium verò genus, fuit quorundam testium receptorum absquè partis citatione.

Quoad primum genus scripturarum dicebatur, in duobus consistere difficultatem, alterum quod pars non fuerit citata, alterum vero, quod fuerint præsẽtatæ post conclusum in causa, non dato termino ad impugnandum petito, vndè sequitur, illas minimè probare intentionem D. Marianæ, sed hanc difficultatẽ non obstare dicebatur, quia scripturæ fuerunt notificatę parti aduersæ eadem die, qua fuerunt præsentatæ, quod actũ est die 19. Iulij 1609. quarum copiam pars habuit, prout apparet ex processus copia penès ipsum existente, & post præsentationem illarum siluit per an-
118 num, & mensem† ex quo videtur illas approbasse, prout tradit Alex. cons. 185. nu. 14. vers. subdo etiam vol. 6. qua facti assertione sic stante, prima cessat difficultas. & ex hoc dicebatur, non obstare, quæ in contrarium adducebantur, nam quoad doctrinam Romani cons. 156. nu. 3. respondebatur, scripturam de qua ibi agitur, non fuisse realiter præsentatam, nec parti notificatam: quemadmodum, & in cons. 519. appellat scripturã (licet fuerit coram Iudice exhibita) nõ tamen fuisse in processu positam, nec parti notificatam, vel saltim copiam illius exhibitam, vt colligitur ex eodem Romano, ibi nu. 2. & ideo non obstant

instrumenta, q̃ dicuntur fuisse producta,
119 quia† fuit verbalis productio, & parte non citata, & non sibi data copia cum termino ad opponendum, vt in eisdem terminis verbalis productionis, id docet Soccin. cons. 134. vol. 2. & declarat nu. 6. vers. quanto fortius, quo casu dicebatur, non esse mirũ, si huiusmodi scripturæ non probant, & hoc est, quod dixit Bald. in l. si quando in fin. C. de testib. & in l. fin. num. 3. vers. quæro C. qui admitti.

Et quamuis Romanus in allegat. cons. 156. voluerit auctoritate Baldi probare, productionem instrumentorũ, non dato termino ad opponendum, nõ esse validam; hoc tamen Bald. non dixit, quæ de re Intrigl. in comment. ad Bullam de censib. quæst. 57. nu. 5. illum reprehendit, sic inquiens: *Roman. cons. 156. nu. 3. qui allegat Bald. ita tenentem in l. si quando in fin. C. de testibus, & in l. fin. C. qui admitt. quem in libro meo non inueni hoc dicentem, sed benè, quod instrumenta, & alia probationes produci debent parte citata.*

Quo verò ad doctrinam Bart. in extrauag. ad reprimendum, de qua supra nu. 95. vbi ait, quod per solũ hoc, quod exhibeantur instrumenta coram Iudice, non fit probatio, nisi parti detur copia, & terminus ad opponendum dicebatur non esse extendendam vltra id quod continet, & quatenùs se extenderet, sinè lege loqueretur Bart. quia tex. in l. fin. C. de fide instrum. in qua se fũdat solùm dicit, instrumentum cuius fides fuit semel approbata, debere iterum produci, si aduersarius dicit se velle, & posse illud redarguere de falso, & si non producatur, pro falso habetur, nisi illud se perdidisse solemniter iuret, vel nisi sit lata sententia diffinitiua, & ita summat Bald.

Et quatenus intelligeretur de termino probatorio præciso, non tamen procedere dicebatur, quando de iure non debet dari talis terminus, attento statu litis, & qualitate rerum probanda-
120 rum, quia etiam si esset lex† deberet intelligi, extremis habilibus præsuppositis ad actum, vt docet Abb. cons. 50. nu. 4. Ruin. cons. 44. nu. 1. Asinius de execution. §. 2. quæst. 8. num. 1. quemadmodum in casu isto terminus dari nõ poterat, nec debebat. Non poterat de iure dari, ex quo causa erat conclusa, & si fuisset datus terminus causa fuisset disconclusa, ex quo plurimum damni sensisset D. Mariana, & de iure verum
121 est † quod si Iudex testes admitteret post conclusum in causa, illam disconcluderet, vt tenet Abb. in cap. quoniam contra de probat. col. 3. Butr. & Imol. in cap. auditis de procuratoribus, Rebuff. in l. quod iussit num. 42. de re iud. Affl. decis. 115. num. 22. Menoch. de arbitr. quæst. 35. nu. 14. & 15. & de præsumpt.
122 lib. 2. præsump. 63. nu. 4. quod† in Regno Siciliæ eò magis procedit, in quo post conclusum in causa non possunt præsentari articuli, & probationes, vt tradit Cumias post Io. Aloysium de Septim. ad Ritum Magnæ Curię 39. nu. 64. sed si pręsentarentur articuli, & pars consentiret, tunc ex consensu partium censerentur admissi, & causa disconcluderetur, dicit idem Cum. nu. 65. sed si instantia non esset perempta, quę durat per biẽnium, vt per Cum. in Rit. 40. num. 205. & conclusio esset facta, tunc reciperentur testes, quia instantia
123 non est perempta, sed† data reuocatione conclusionis per termini dationẽ, & data simul peremptione instantiæ, totus processus euanesceret, Caual. dec. 21. nu. 11. lib. 1. Rota Genuę decis. 167. Narta cons. 32. nu. 13. Roland. cons. 94. num. 6. Mastrill. decis. 70. lib. 1. nequè huic malo consuli potuisset, dando terminum ab extra, non rescissa conclusione, quod fortasse procederet in Regno Neapol. vbi ait D. Pręsidens de Franchis decis. 631. *sit conclusio in causa salua productione scripturarum*, nàm secus est in Regno Sicilię, vbi nunquam fuit consuetum hoc fieri. Quod etiam suaderi ęquitate dicebatur, nàm cùm actori pręsentanti has scripturas non detur terminus ad eas cõcomitandum

sic

sic etiam non debet dari reo terminus ad reprobandum.

Et quod non debebat dari terminus, suadebatur ex eo, quia cũ voluisset D. Antonius probare, Antonellum, & Hieronymum non fuisse cõsanguineos Cõstantiæ, hoc minimè fieri poterat per testes de visu, quia Antonellus natus fuit anno 1454. & Hieronymus ætate longeuus decessit anno 1523. & sic testes debuissent excedere multò plusquam centum annos, & doctrinę in contrariũ allegatæ intelligendæ sunt etiam admittendo, quod deberet concedi terminus

125 † quãdo probabile est per testes, quod probari intenditur, quodquè probatum releuaret, verumquè appareret, vt colligitur ex Vrsill. ad decis. Affl. 272. post. num. 4. cùm igitur, quod pars probare intendebat impossibile esset probari, ita si probatum non releuaret, non debebat admitti, quia potiùs ad calumniam, quàm ad veritatem probandam petebatur, iuxta doct. Bart. & Scriben. in l. si duo patroni §. idẽ Iulianus ff. de iureiur. Canonistæ in cap. cùm contingat de off. deleg. DD. in l. ad probationem C. de probat. Bald. in l. 7. §. quod obseruari nu. 54. C. de iuram. calum. & D. Præsidens de Franchis decis. 220. per totã.

Declaratur prȩterea non esse hodie locum huic disputationi, quia cùm de his actum esset, antequàm de ferenda sententia ageretur, Supremum Italiæ Cõsilium decreuit, vt præsentaret pars articulos, ad finem videndi, si probatio erat calumniosa, vel vera, quibus præsentatis, & visis decreuit, vt procederetur ad causę expeditionem, non obstante petito termino ad impugnandum, vt patet in processu paruo fol. . & cũ fuisset de hoc supplicatum, cõfirmauit decretum per ipsum Supremum Consilium latum; reseruauit tamen parti

126 probationem per scripturas, quia † in omnibus Curijs Regijs habetur ratio scripturarum præsẽtatarum, iuxta qualitatem ipsarum, quod tradit Carauit. rit. 238. num. 1. huius clausulæ mentionem faciens dicit: *Multotiès recipiuntur in processu cum clausula, quod de eis habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit, vt Cauens. dicit in ritu sequenti, & hoc video sæpius practicari, quàm quod recipiantur extra processum, & adhuc talis clausula parùm seruit, quia in omnibus Curijs Regijs habetur ratio omnium scripturarum præsentatarum, etiam post conclusionem, & recipiuntur vsque ad sententiam.* Ex quo sequi dicebatur, vel clausulam istam nihil prodesse, vel illam referri ad sufficientiam probationis, ex alijs capitibus, cui decreto paruit pars aduersa, vt patet ex memoriali præsen-

127 tato die 15. Iulij 1615. & † in Regno Siciliæ præsentari scripturas etiam post conclusum in causa receptum est, quo iure vtuntur nedum Siculi, sed etiam alij, vt tradit Panor. & Canonist. in c. cũ dilectus de fide instrumentorum, Dec. in cap. quoniam contra num. 35. de probat. & tenuerunt communiter DD. vt testatur Ripa in l. admonendi nu. 45. ff. de iureiur. & post eum Didac. Perez ad l. 6. tit. 11. lib. 3. ordin. & nos diximus ad Ritum M.C.V. 239. sub tit. de præsent. script. lib. 3. nostræ recollect. & de stilo Siciliȩ testatur Ioseph Cum. in ritu 39. num. 70 vbi ait: *Sexto fallit, nisi præsentetur instrumentũ publicũ, quia tunc licet non ingrediatur propter conclusionem in causa, tamẽ mittitur ab extra, & Iudex illis poterit adhibere fidem* allegat Bart. in l. 1. num. 7. C. vt quæ desunt aduocat. & Marãt. de ord. iudic. par. 6. art. 8. num. 28. de consuetudine Regni Neapolis testatur Carauit. ritu 238. num. 1. & Muscatell. in prax. Sac. Consil. par. 7. glosa scriptura num. 10. imò Iason in l. edita num. 13. in fin. C. de edend. ex Bald. in c. cum dilectus num. 4. vers. Sed pone, dȩ fide instru-

128 men. dicit † instrumẽta posse produci vsque ad sententiam, etiam si Iudex cȩpisset illam legere.

Dicebatur secundo, in contrarium adductas doctrinas non obstare, quia procedunt in instrumentis, quæ faciunt ad causam, super qua est conclusum, & erãt confecta ante illius conclusionem,

istum

istum vero casum esse ab huiusmodi oppositione liberum, quia agitur de scripturis confectis post conclusum in causa, vel quæ si antea fuerunt cõfectæ deseruiunt ad legitimandum personam, quæ subingressa est iudicium ob mortẽ illius, qui dùm esset in iudicio fuit cum eo conclusum in causa.

DICEBATVR QVARTO & vltimo, principaliter ex alio, excludendam esse D. Marianã, quia quatenus esset probatum, ipsam esse descendẽtem, ac legitimam, & in gradu successibili, nõ tamen probauerat ipsam esse descendenrem à primo gradu de primogenito in primogenitum à Peregrino primogenito Ioanutij, nec Ioannutium fuisse primoge-
129 nitum, quæ † qualitas primogenituræ necessaria est in feudo, in quo viuitur iure Francorum, vt tradit Andr. in cap. 1. §. hoc quoque nu. 8. de success. feud. & in cap. 1. de grad. success. in feud. §. is verò alias de success. fratr. quem tex. ad id inducit Cassan. cons. 164. col. 2. nu. 2. Alexand. cons. 4. num. 10. 14. lib. 4. Molin. lib. 3. cap. 6. num. 29. & sequitur Mier. de maior. 2. par. quæst. 7. num. 9. Couarr. lib. 3. var. resolut. cap. 5. num. 1. & 2. & lib. 3. cap. 8. num. 19. Menoch. cons. 1106. num. 300. cum alijs, & cons. 1006. num. 37. primogenitus enim exclusis alijs fratribus in hoc feudo suc-
130 cedit, & † ille dicitur primogenitus, qui reperitur primus inter fratres tempore mortis patris, licet alius fuerit primo natus, is tamen, vel decesserit in vita patris, vel commiserit felloniam, prout docet Andr. in cap. 1. §. præterea si vassallus num. 13. quæ sit prim. causa benef. amitt.

Huic oppositioni respondebat D. Mariana, iam ex facti serie apparere, & ex relatis super hoc articulo constare, primogenituræ descendẽtiam esse probatam, vt inibi est videndum, & hoc vsque ad Margaritam. Et quod Ioannutius non fuerit primogenitus dicebatur esse verum, sed fuisse agnatum proximiorem, quẽ nemo alius præcedebat in gradu, ad quem feudum spectabat, nàm licet in eo succedatur iure Francorum, hoc est, vt maior natu cęteris præferatur, hoc tamen non efficit, vt si moriatur primogenitus, feudum aperiatur Domino, sed illo mortuo vadit ad aliũ agnatum proximiorem, ille nãquè dicitur primogenitus, qui primus reperitur post mortem feudatarij, nàm vt inquit Andr. in d. cap. 1. §. præterea si vassallus num. 13. quæ sit prim. causa benefic. amittendi. Si viuente patre moritur primogenitus, vel felloniam cõmittat, ille dicitur primogenitus, qui reperitur primus inter fratres, tẽpore mortis patris, licet alius fuerit primo natus, is tñ vel decesserit, vel feloniam commiserit, nã primogenitura nũquam moritur, Moli. de primog. Hisp. lib. 1. c. 5. n. 20. & sic cũ nõ habeamus alium agnatum, qui præcesserit Ioannutium in gradu, ad illum legitimo iure successio spectabat. Quo verò à Ioannutio infra, iam esse demõstratum per inuestituras Florestæ de primogenito in primogenitum processisse successionem, & ita deuenisse in D. Marianam.

131 His omnibus rectè perpensis † fuit per Supremum Italiæ Senatum in articulo isto habitum pro vero, D. Marianã legitimasse eius personam, tùm respectu Ioannutij de Pactis, tùm etiam respectu Hieronymi, nam quoad Iannutium satis clarè fuerat probatum, fuisse pronepotẽ Ioannis de Rainerio, prout in donatione Margaritę, & alijs scripturis supra mentionatis legitur, & apparet ex assensibus, & inuestituris Regum Siciliæ. Item ex quo nullam aduersus istam præsumptionem datur sufficiens præsumptio, aut probatio, & quia sumus in re antiquissima, & coram Regibus, & Iudicibus gesta, quo tempore veritas detegi facilius poterat, & quia reperitur in possessione tùm consanguinitatis, tùm gradus primogenituræ, & legitimitatis, & quia obstabat confessio Antonelli, à quo conuentus descendit, & quoad Hieronymum nullus dabatur alius successor Constantię, quem esse de descendentibus à Ioanne de Pa-

Pactis satis apertè docebant scripturæ præsentatæ,qua legitimatione personæ sic admissa, fuit deuentum ad decisionem aliorum articulorum.

ARTICVLVS SECVNDVS.



Secundus huius causę Articulus est,an donatio facta per Ioannutium de Pactis Antonello eius filio secundogenito, & ex secundo matrimonio procreato, feudi Placæ, cum Regis assensu, & consensu Peregrinelli filij primogeniti, sit valida,quam nullã, & inualidam fuisse dicebat D. Mariana Actrix, ex quo in inuestitura huius feudi Placæ adest clausula, iuris Francorũ quæ operatur,vt in eo succedat primogenitus,in cuius præiudiciũ,nec alienari,nec postergari potest, cũ habeat naturam feudi ex pacto,& prouidentia, & per consequens competere sibi ius vendicandi dictum feudum, ad tradita in cap.1.an agnatus.

Pro fundamento suæ intentionis dicebat primo, id clarũ apparere ex verbis inuestituræ, quam obtinuit Ioannes de Rainerio,quæ sic se habent, *Tibi,& hæredibus tuis in perpetuum, vt viuant*
132 *iure Francorum*, in huiusmodi † enim causis feudalibus attendendus est tenor inuestituræ, quia ea sola dicitur fons, origo, & causa deuolutionis feudorum cap.1.in fin.de duob fratr.à Cap.inuest. vbi Andr.num.1. Bald. num.3. Aluar. num.2. Afflict.num.1.& alij. vnde est,
133 vt † tenor inuestituræ sit seruandus, licet repugnet cõsuetudinibus scriptis, ac naturæ feudorum,vt tradit.Bald. in prælud. feud.num.47. in 4. diuisione circa med. Zas.in tract. de feud.par. 8. num. 49.Iacob.Thoming.cons.7.n. 87. 94.& pluribus sequent. vbi num.88. id deducit ex regul. l.fin. C.de pact. conuent.& (vt inquit Pern.cons.4.) tenor concessionis, ac forma illius regulant omnem tractatum feudorum, prouisio enim hominis tollit prouisionem legis in contractibus,vnde stante hac inuestitura,per quam disponitur,vt in hoc feu-
134 do viuatur iure Francorum † licet in ea sit addita clausula *pro hæredibus*, nõ tamen per hoc erit feudum hæreditariũ,sed ex pacto,& prouidẽtia,id operãte clausula,vt VIVANT IVRE FRANCORVM, quod probari Iurisconsultorum traditionibus,rationibus, & rerum iudicatarum auctoritate dicebatur.

Ex Iureconsultis id primùm probari dicebatur, ex doctrina Andreæ in cap. 1.§.hoc quoque de success.feudi nu.8, circa finem, vbi loquens de feudo in quo viuitur iure Francorum,sic ait, *Nã feudum non est tunc datum Titio,& descendentibus,sed Titio,& primogenitis, & ideo quantum ad hoc alij quàm primogeniti sunt exclusi*.

Id etiam apertis verbis docet Afflict. in d.cap.1.§. hoc quoque num.8. vbi sic ait, *Dic, quod in contrarium est veritas, scilicet, quod illud feudum est mixtum,videlicet, hæreditarium propter qualitatem hæredis, & ex pacto, & prouidentia, quia concessum more Francorum,& vbi in mixto concurrit qualitas ciuilis,iudicatur mixtum secũdum qualitatem naturalem, sed hæreditas est de iure ciuili, & esse primogenitum est qualitas naturalis, ideo iudicatur esse tale feudum ex pacto,& prouidẽtia*, (& paulò post) *Merito iudicabitur,quod dicta inuestitura mixta sit feudum ex pacto, & prouidentia, & non hæreditarium, & sic filius, vel agnatus debet esse hæres, quia inuestitura ponit qualitatem, quod sunt hæredes*, hæc Afflict. idemque exprimit in cap. 1.num.8. an agnatus ibi, *Tibi,& hęredibus vtriusq; sexus seruata sexus,& ætatis prærogatiua, licet feudũ sit hæreditarium propter illud verbum* HÆREDIBVS, *tamen non desinit esse feudum hæreditarium, prædictum feudum ex pacto, & prouidentia*.

Eandem conclusionem disputauit idem Afflict.in Constitutione,vt de successionibus num.69. vbi dicit non esse adhuc ab alio disputatam.

Et idem dixit D.Antonius Capyc.in inuestit. verbo feudorum genera vers. ex

ex pacto, & prouidentia fol. mihi 237. firmans regulam, dùm ait, feuda omnia in quibus viuitur iure Francorum sunt ex pacto, & prouidentia.

Hanc etiam sollemniter disputauit D. Regens Loffred. cons. 1. licet ipse affirmet esse hæreditarium, vbi videndæ erunt per eum adductæ rationes, & Argumenta.

Sed cùm agamus de feudo Regni Siciliæ est recurrendum ad Siculos Doctores, quorum opinioni standum erit, & non Exterorum, cùm in iudicando illa sit attendenda opinio, quam Doctores illius Prouinciæ sunt amplexi, nàm cùm istud ius feudorum reguletur á consuetudinibus locorum, debemus sequi sententiam illorum, qui eam in illa Prouincia approbarunt.

135 Et primo † occurrit nobis Gulielm. de Perno antiquus, & egregius doctor Siculus, qui cõs. 4. dùm proponit ad decis. illius articuli formas inuestiturarum ait. *Siquidem, & tertio loco appositum fuisset in initio concessionis feudi, & quod tibi, & hæredibus tuis de tuo corpore legitimè descẽdentibus, & etiam, quod viuatur iure Francorum, & hic sentio, quod nullo modo habet locum Capit. volentes, ex quo feudum est in strictissima forma concessum, adeò quod non potest pater in secundogenitum disponere in praiudiciũ filij primogeniti, ex quo in concessione sit cautum, quod viuatur iure Francorum,* quod ius primogenitum principaliter, & dùmtaxat, vocat ad feudi successionem.

(Et paulò post in secunda solutione ait) *Si autem est concessum in strictissima forma, videlicet, quod viuatur iure Francorum, tunc cùm primogenitus iure suo veniat ad illud, etiam si sit hæreditarium, quia potest esse hæreditarium simul, & ex pacto, & prouidentia, hæreditarium scilicet, quia sit sub nomine hæredis collatum, item, quod ex prouidentia, & pacto, quia sit iure Francorum appositum, quod viuatur, sic cũ veniat ad feudum hic primogenitus, non beneficio defuncti, sed Principis prouidentia, non tenebitur ad illud onus.*

Hanc eandem opinionem tenuit idẽ Pern. cons. 7. incip. hic aduerte, & cons. 12. & 18. vbi dicit ita fuisse decisum, & cons. 22. quod incipit primum dubium, affirmat, feudum sub ista forma concessum ad primogenitum spectare, nec posse in secundogenitum transferri, idemquè voluere Blasc. Lanza ad Cap. volentes, & Io. Aloys. de Septimo in tract. de forma feudi, & in eius repert. feud. in verbo feudum in dub. vers. nota, quod viuere secundum ius Francorum. Idem Aloys. de Septimo in repet. Cap. volentes num 89.

Hoc etiam expressè voluit Petr. de Greg. de concess. feud. par. 2. q. 8. sub rubrica, qualiter cognoscatur concessio feudi ex pacto, & prouidentia, vbi nu. 8. inquit. *Et aduertendum est primo, quod vbicunque in concessione feudi reperitur apposita clausula* iuris Francorum, *videlicet ita, quod viuant iure Francorum, quod masculus, famina, & maior, natu minoribus praferatur, semper talis concessio dicitur ex pacto, & prouidentia Principis concedentis* (& nu. 9. subdit) *Et ideo mortuo feudatario ultimo, tale feudũ, in quo reperitur clausula* iuris Francorum, *non deuoluitur iure successionis, sed potius ex vi contractus, & formæ concessionis feudi*, ita formaliter dixit idem Guliel. de Pern. in d. cons. 4. incip. Hic aduerte in 2. car. ver. nàm vbi viuitur iure Francorum, vbi ponit Concord. & quatenus inest dicta clausula, *iuris Frã corũ*, in cõcessione, non intelligitur tũc feudum datum Titio, & descẽdentibus: sed Titio, & primogenitis suis, & alij, quàm primogeniti propter formam cõcessionis sunt exclusi, nec cõtinẽtur inter successores, quoniam lex illis solùm prouidet, quos nominatim enumerat, ita Andr. de Isernia in c. 1. §. hoc quoq; in 2. col. vers. itẽ constitutio de success. feud. quem refert, & sequitur Gulielm. de Pern. cons. 12. incip. in quæstio. terræ Heracliæ in 10. col. vers. quinimò, & idem dixit in cons. 18. incip. circa feudũ in vlt. car. quod quando in concessione

feudi

feudi dicitur, & viuant IVRE FRANCORVM, illa dicitur propria forma, & intelligitur, vt viuant secundum formã Francorum, & appellari debet forma formalis, quia tunc Princeps statuit, & informat, & qualificat specialiter feudũ, vt viuant iure Francorum, & tanquam influẽs & inspirãs, verum esse & modũ, & sollemnitatem viuendi in ipso feudo, dando sibi specialẽ formam, & solẽnitatem, totam concessionẽ apprehendit, & informat, vt ibi ꝑ eum, & sic poterit dici cõcessio ex pacto, & prouidentia cõcedẽtis, *de quo latius dicam infr. in 3. q. 4. par. princ. Quinimo fortius dico, ꝙ hæc clausula* IVRIS FRANCORVM *apposita in concessione feudi facit feudũ ex pacto, & prouidentia cuicunque formæ concessionis apponatur, et voluit Gul. de Perno cons. 15. incip. primum dubium in prima, et secunda carta, de quo latius dicam in quarta parte principal. in 13. quæst. vbi melius cadet.*

Ideque tenuit idem Petrus de Greg. d. par. 2. quæst. 10. nu. 38. & p. 4. quęst. 8. nu. 5. & seq. & quia de hoc ipse formauit particularem quæstionem, vt videre est par. 4. quæst. 3. num. 5. ideo eius verba hic subnectere decreuimus, quæ sic se habent. *Hoc igitur sic præsupposito maior dubitatio nascitur, an hæc clausula iuris Francorum apposita in concessione feudi faciat feudum ex pacto, et prouidentia cuicunque formæ concessionis apponatur, vt si feudum reperiatur concessum Titio, et hæredibus suis, ita quod viuant iure Francorum, hãc dubitationem ponit, et mouet Pern. cons. 22. incipiente primum dubium in prima, et secunda cart. vbi dicit, quod forma prædicta non facit merè, et simpliciter feudum hæreditarium propter adiectionem clausulæ iuris Francorum, nec merè, et simpliciter ex pacto, et prouidentia, ex quo est concessum hæredibus, et cùm hęc forma componatur ex duabus clausulis, erit quadã forma mixta, quæ partim capit naturam feudi hæreditarij, & partim naturam ex pacto, et prouidentia, et erit sicut participium in grammatica, sicut in simili dixit Bart. in obligatione rem tradi, in contractu vendit. in l. 1. ff. de action. emp. et ideo videtur sapere naturam vtriusque, quia in quantum in hac forma concessionis apponuntur verba Titio, et hæredibus suis, dicitur certo modo hæreditarium, quia non potest haberi, à quouis agnato citra ius, et nomen hæredis, facit, vt videatur acquisitum pro his, qui futuri sunt hæredes, et inde dicitur feudum hæreditarium, vt est tex. in l. familiaria ff. de Religios. et sump. fun. et l. penul. C. eod. tit. in quãtum autem adijcitur, quod viuant iure Francorum, restringitur illa latitudo, et potestas significationis verbi hæredis, quia cum primò absolutè positum in hac forma comprahendere potuisset ex generalitate sua etiam extraneos hæredes, tamẽ propter hæc sequẽtia verba adiecta, videlicet, ità quod viuant iure Francorum restringitur ad quosdam hæredes, qui sub hoc nomine iure Francorum comprahendi possunt, & sic ad hæredes sanguinis, & eos, qui primogeniti futuri sunt tempore mortis vltimi moriẽtis, & efficitur natura feudi ex pacto, & prouidentia mixta, non simpliciter, sed participans ex vtroque, vt ibi per eum. Hoc idem voluit Dec. cons. 185. incip. in causa in 3. col. vers. vlterius, dùm dixit, quod feudum pro se, & hæredibus dicitur mixtum, videlicet ex pacto, & prouidentia, quatenus nõ transit ad extraneos hęredes, & dicitur participare de hæreditario, quatenus requiritur, quod filij sint hæredes, vt ibi per eum, & licet hoc dicatur feudum mixtum, vt in eo non succedat, nisi primogenitus propter clausulã iuris Frãcorum, & nisi ille sit hæres, propter verbum* (hęredis) *appositum in concessione, tamen hoc feudum mixtum continetur sub feudo simplici ex pacto, et prouidentia, quia in fauorabilibus sub simplicibus comprahenditur mixtum, iuxta ea, quæ habentur per Doctores in l. 2. in princ. ff. de verborum obligat. & assumet denominationem à potentiori, vt magis dicatur ex pacto, et prouidentia, quàm hæreditarium, Arg. l. quæritur ff. de stat. homin. vt id, quod præponderat magis at-*

tendatur, iuxta ea, quæ voluit Socci. cõs. 4. in 2. colum. et sequen. in 3. vol. et propterea dixit idem Pern. in d. cõs. 7. incip. hic aduerte in 4. car. vers. et aduerte, quod hac clausula iuris Francorum *limitat, et declarat generationem verborum præcedentium, vt intelligantur, et locum habeant vbicunque locum habet illud ius Francorum, vt ibi per eum. Quinimò dixit idem Pern. cons. 12. incip. in quæstiono terræ Heracliæ in 5. cart. et seq. vers. et illa est propria forma, quod quando in concessione feudi dicitur, quod viuant iure Francorum, illa est propria forma formalis, quia tunc Princeps statuit, et informat, et qualificat specialiter feudũ, vt viuatur iure Francorum, et tãquam influens, et inspirans esse, et modum, et sollemnitatem viuendi in ipso feudo totam concessionem apprehendit, et informat, vt ibi per eum.* Hæc Petr. de Greg. vbi D. Garsias Mastrillus in addit. lit. A. inquit hanc opinionem esse adeo receptam, vt nemo audeat in contrarium disputare, idem tenuit Petr. de Greg. in 4. par. q. 54. num. 14.

Idem etiam affirmat Ioseph Cumias ad cap. si aliquem illius Regni nu. 257. & sequent. in prelud.

Hanc similiter quęstionem disputauit Cannet. in Cap. volentes §. sed magna fuit olim dubitatio num. 28. & seq. pag. 56. vbi hanc tenuit opinionem.

Hanc etiam opinionẽ sequitur Paulus Laueglia inter Siculos magnus practicus in verbo feudum cum clausula *iuris Francorum*.

Idem tenet D. Nicolaus Intrigl. in d. cent. 1. quęst. 49. num. 43. & sequent. post alios multos DD. quos allegat, & quos hanc sententiam communiter receptam testari affirmat.

Dicebatur secundo id probari rationibus, illa enim verba, *vt viuant iure Francorum* restringunt generalitatem verborũ antecedentiũ *pro se, & hæredibus*, nã dato, quod verbũ (*Hæres*) intelligi possit de quocunque hærede etiam extraneo, & nõ de filijs tantum, clausu-
136 la tamen, *iuris Francorum* efficit †, vt non alius, quàm hęres sanguinis admittatur, sed & maior natu minori, & masculus fœminæ præferatur ex prouidentia Cõstit. *vt de successionibus*, sic statuẽtis, & Principis ita volentis concedere feudum, propter quod dicitur feudum ex pacto, & prouidentia, cùm primogenitus succedat ex prouidentia Regis, & pacto Principis informato à Constitutione Regni, vt habetur ex dictis per Petrum de Greg. loc. cit. & Cannet. tradit ad Cap. volentes num. 38. ex quo fit, vt verba illa *iuris Francorum* excludant extraneum, & restringant tamen vim generalium verborum, faciunt tamen comprehendi omnem hæredem, qui potest intelligi sub forma iuris Frãcorum,
137 quia † adiunctum, mutat naturam verbi cui adijcitur, vt dicit Gulielm. de Pern. cons. 7. col. 5. in fine, & cons. 22. allegans ad hoc Andr. in cap. 1. §. donare post princ. col. 3. qualiter olim feud. poterat alien. & alijs locis ibi per
138 eũ allegatis. & subdit col. 6. quia † verba sequentia limitant, & tollunt, seu minuunt de virtute præcedentium, hoc enim operatur virtus sequentium l. si seruus plurium §. fin. ff. de leg. 1. & ad-
139 dit quia † adiectio debet aliquid operari, non autem, vt frustra intelligatur apposita, & cons. 12. col. 6. loquendo de ista clausula *iuris Francorũ* sic ait, *Tũc quodcunque sit illud feudum, vtpotè, quando Princeps statuit, et informat, et qualificat specialiter feudum, vt viuatur* iure Francorum, *et hanc vitam introducit, et statuit certè hæc propriè forma est, et ideò penitus, et omninò attendenda, et obseruanda est, et in nihilo prætereunda,* & eodem loco paulò post ait. *Et est huius differentiæ ratio, iudicio meo, quia hæc est forma, scilicet, vt viuatur iure Francorum, et tanquam influens incorporans vitam, et esse, et modum, et sollemnitatem viuendi in ipsum feudum dando sibi specialem formam, et sollemnitatem viuendi, totam concessionem apprehendit, et informat* (Hæc Pernus) cuius verba refert Petrus de Greg. qui eum sequitur de concessione feudi par. 2. quæst. 8. nu.

8.num.11. & Nicol.Intrigl. d.cent.1, quæst.49.nu.94.vbi ait, *Nàm illa verba pro hæredibus, & successoribus in principio inuestituræ adiecta, non important regularem, & propriam eorum qualitatem, sed impropriantur ex illis verbis sibi adiunctis, ità quod viuant iure Francorum, & intelliguntur de filijs vocatis ex lege, & generali obseruātia iuris Frācorum, & ideo licet illa verba pro hæredibus posita in principio inuestituræ videantur importare feudum hæreditariū, posteriora illa, ita, quod vivāt iure Frācorum faciunt feudum ex pacto, et prouidentia, quæ attendi debent vti vltima primis derogantia*, & idem dixit Canner. ad cap. volentes §. & quid si fuerit adiecta clausula n.4.fol.82.

140 Ex quibus deducitur † per istam clausulam fuisse institutam primogenituram, & omnes primogenitos successiuè, & gradatim vocatos, & ex hac ratione compræhensam Donnam Mariannam, vt scripserunt Paulus de Castro in l.si pecuniam nu.11.ff.de cōdit.ob causam, & cons.164.num. 19.20.21.vol.1. Paris. cons.165.nu.13.lib.4. Dec.cons. 498. num.19. Natta cons.602. nu.42. lib. 4. Tiraq. de iure primogen.q.4. nu. 108.Rolan.cons.10.nu.37. & 39.lib.3. Molin.de Hispan. primogen. cap.1.nu. 17.Menoch.cons.442.num.16.lib.5.& sic filius primogenitus in linea descendenti primum caput efficit, secundoge-

141 nitus verò secundum caput, & ex † primogenito, ex natura primogenituræ semel inclusæ, omnes ab eo descendentes inclusi censentur, exclusis secundogenito cum eius posteris, probat tex.in l.cū ita §.in fideicommisso ff.de leg.2.ex quibus ità in specie maioratus, & primogenituræ, scripserunt Paul.de Castr.in cōs. 64.nu.4.& 5.lib.2.Couarr.pract.quęst. cap.38.num.6. & 12. Celsus Vgo cons. 121.n.14.Burgos de Pace cōs.29.n.49. Vasq.de success.creat.lib.3. §.27.n.10. Peral. in rub. de hæred. instit. nu.130. Molin. de Hispan. primogen. lib.3.cap. 4.num.13.& 14. Menoch. d.cons.442. num. 10.lib. 5. Decia.resp.54. num.39. lib.2. Paul. de Montepico cons.96. nu. 31.32.& non solum filius primogenitus, sed Nepos, & oēs primogeniti ex eo descendentes in perpetuùm, tàm ex linea descendenti, quàm ex linea transuersali illius primogeniti vocati esse dicuntur, ità Bald.in l. cum antiquioribus nu.71.

142 C.de iure deliber. & ideo † dùm aliquis primogenitus, vel primogenita supereft de linea illius primogeniti, nunquam secundogenitus, nequè alius ex eius linea procedēs admictitur ad feudi successionem, ità docuit Paul.de Castr.cons.164. nu.4. lib.2. Alb. cons.85. nu.3. & 5.lib.1.& 107.lib.4.& est tex. in cap.1.de nat.success.feud.vt Bald. & Afflict.num.77. Præpos.in c.1. col.2.de gradib.success. Soccin. in l. si cognatis num.14.ff.de reb.dub.Peregr. de fideicom.art.22. nu.42.50.51. & 52. Surd. decis.73.num.57.

143 Dicebatur vlterius † verbum illud *Hæredibus*, intelligi in materia feudali de filijs, seu hęredibus sanguinis cap.1. §.fin.vbi Aluar.col.2.vers.nota, quod in liberatione si de feud. fuerit contr. inter Dom. & Agnat.Bald.in l. qui se patris col.penul. vers. & ratio C. vnde liberi, & post multos alios tradit Intrigl. ad cap. si aliquem num.98. & sequent.

144 sed † quando huic voci est aliquid adiunctum, ex quo de mente exponentis aliud possit intelligi, tunc de liberis intelligitur verbum *hæres*, tradunt DD. in l.Gallus §. & si à parente ff.de lib. & posthum. & ideo si adiungitur illa dictio(*Masculus*) vel(*de corpore suo descendens*, tunc verbum (*hæres*) intelligitur de filijs, vt tradit Rainer. de Forl.in sua disputat. incip. quidam habens. vbi lo-

145 quitur † in emphiteusi recepta pro se, & hæredibus masculis vsquè ad tertiam generationem, & dicit compræhendere filios, & descendentes, & non hæredes, quod idem voluit Bald.in l.Caius ff. solut.matr.& in d.l.Gallus §.& si à parente, allegando tex. in cap.1.§.si Clientulus de alien.feud.pater.vbi tex.sic ipsum declarat, *hæres masculus, idest filius*.

Hanc eandem sententiam comprobauit

bauit Alex. in l. quod dicitur ff. de verbor. obl. Salicet. in l. 2. ff. de liber. & eorũ liber. Bald. in prohẽm. feud. verſ. dixi quarto, vbi loquitur de inueſtitura ꝑ ſe, & hæredibus, cũ igitur, vt dictũ eſt, clauſula prædicta IVRIS FRANCORVM omnes adiunctos virtualiter comprẽhẽdit, nõ enim poſſunt ſuccedere hẽredes,
146 niſi ſint ſanguinis, quia † per vltima verba priora reformantur, vt tradunt DD. in l. pacta nouiſſima C. de pactis vbi Iaſ. nu 3. ſequitur, quod verbum (*hæredibus*) ſimpliciter in principio clauſulæ enunciatum, de maſculis debet intelligi, per ſequentia verba inueſtituræ *ita, quod viuant iure Francorum*, quæ clauſula ſi extẽderetur, appareret eſſe clauſulam dantem feudo naturam pacti, & prouidentiæ, cùm vt pleniſſimè dictum eſt, prouideat ſuis deſcẽdentibus, iiſquè primogenitis maſculis, ad quod ponderabat Pinell. in l. 1. pag. 3. num 8. C. de bon. mater tex. optimum in l. 5. ff de relig. & ſumpt. funer. vbi Iureconſul. ait, *Familiaria ſepulchra dicuntur, quæ quis ſibi, familiaque ſuæ conſtituit, hæreditaria autem, quæ quis ſibi, hæredibuſque ſuis conſtituit.*
147 Hinc eſt † feudum iſtud habens clauſulam (*iuris Francorum*) iunctam verbo (*hæredibus*) fuiſſe appellatum mixtum Guliel. de Pern. in conſ. 7. & 22. cuius verba ſupra adducta ſunt num 137. fol. . . . licet ſub nomine Petri de Greg. qui Perni verba tranſcribit.

Nàm indubitatum eſſe dicebatur, intentionem contrahentium fuiſſe prouidere filijs, & deſcẽdentibus primo loco, & poſtea qualitati hæreditariæ, & ſic non eſſe inſiſtendum in illo verbo *hæredibus*: ſed, vt illis ſatisfiat in hoc feudo mixto ſufficere, vt veniat filius, & agnatus, vt hæres, vel primi inueſtiti, vel vltimo loco defũcti, vt poſt Iſer. & alios tradit Crauet. conſ. 297. Roland. conſ. 67. num. 24. vol. 2 Burſ. conſ. 2. num. 41. & conſ. 3. cũ ſeq. Surd. conſ. 5. n. 19. Hipp. Rim. conſ 18. n. 60. cum pluribus ſeqq. lib. 1. cùm in cæteris retineat naturam ſuam ex pacto, & prouidentia, vt latè Milan. deciſ. 7. num. 4. 19. & 20. cùm in dubio, ea ſit tenenda opinio, quæ vult feuda eſſe ex pacto, & prouidentia, per ea quæ tradit Dec. conſ. 78. n. 5. & conſ. 395. nu 6. & ſeq. Cacher. deciſ. Pedem. 15. Piſtor. lib. 2. quæſt. 3. nu. 16. & adducit Roſental. de feud. cap. 2. concluſ. 48. nu. 7. qui aſſignat rationem, dicens, *quia feuda primis temporibus ad filios, etiam ſi non eſſent patris hæredes deuoluebantur*, licet poſtea per cap. 1. an agnatus ob pietatem parenti debitam contrarium fuerit inductum.

Erit igitur feudum hæreditarium
148 quia tenetur eſſe hæres †, ſed confecto inuentario retinebit feudum ex perſona propria, vt ponderat Afflict. ad d. c. 1. an agnatus nu. 8. verſ. & hoc probatur, & in hoc differt à feudo ex pacto, q̃a agnatus in illo ſuccedens non tenetur hæreditatem adire, ſed poteſt feudũ præcapere, & hæreditatem repudiare, in hoc vero feudo cũ clauſ. IVRIS FRANCORVM, & clauſula HAEREDIBVS, tam filius, quàm agnatus tenebitur eſſe
149 hæres, & ſic † habemus tria feudorũ genera. Primum, quod dicitur feudum ex pacto, & prouidentia, quod eſt quando nulla eſt facta mentio hæredum, & quando eſt datum tibi, filijs, & deſcendentibus, vt declarat Andr. in cap. 1. §. hoc quoque num. 7. de ſucceſſ. feud. Secundum, quando eſt facta mentio hæredum ſimpliciter, vt tibi, & hæredibus quibuſcunque, vel omnibus hæredibus, & tunc dicitur feudum ſimpliciter hẽreditarium, quia in omnem hæredem, etiã extraneum tranſit, vt in cap. 1. de feud. non hab. pro. nat. feud. Tertium verò dicitur feudum mixtum, in quo ſuccedit agnatus, nec alius poteſt admicti, quàm ille, qui eſt hæres ſanguinis, ſed iſte non capiet feudum, niſi ſit hẽres, quod tamẽ ceſſat, quando agnatus decedẽs, vel pater alium hẽredem inſtitueret. Nàm tunc ad feudum admictetur etiam ſi nõ ſit hæres, vt tradit poſt alios D. Præſid. de Franch. deciſ. 1. & hanc diſtinctionẽ de his tribus generibus feudorũ ex Socc. & alijs tradit Surd. cõſ. 108. n. 10.

150 Et

150 Et tandem dicebatur † hanc sententiam esse communiter receptam in Regno, nec de illa disputari posse, & in praxi apud Tribunal illius Regni receptã, & rerum iudicatarũ authoritate firmatam, Blascus enim Lancea ad cap. volẽtes ait, hanc opinionem esse veriorem, & communiorem, & in Regno adeò receptam, vt nemo audeat in contrarium disputare: Hoc etiam dixit Io. Aloys. de Septimo in tract. de forma feudi, vbi voluit, hanc opinionem esse communem in Regno, & seruari in Magna Curia, idem Aloys. de Septimo ad cap. volentes fol. 89. dicens, ita fuisse iudicatum in causa feudi Sala, & semper ita iudicasse Mag. Curiam, & quod nunquam vidit de hac veritate disputari, quos refert, & sequitur Intrigl. de feud. cent. j. quæst. 49. num. 92. & quod ita fuerit iudicatum, docet Guliel. de Pern. in cons. 18. vbi testatur ita fuisse pronunciatum in causa Terrænouæ, vbi sic ait, *in causa Terranoua, quod est penitus obseruandum, vt nec possit secũdogenito dari, prætermisso primogenito.*

Hoc etiam testatur Cannet. ad cap. volentes §. sed magna olim fuit dubitatio nu. 28. & seq. pag. 56. vbi sic loquutus fuit. *Attamen his non obstantibus, cõtraria opinio est uerior, & communior, & in Regno isto adeò recepta, ut nemo audeat in contrarium disputare,* allegat ad hoc Blasc. Lanc. & demum subdit num. 42. *& ita tenent omnes Siculi tàm in lectura cap. volentes, quàm in consilijs, & allegationibus, & est vera, & communis opinio, & amplectenda in iudicijs, & scholis.*

De hac etiam testantur Mar. Laueglia inter Siculos Doctor eximius, & magnus practicus in eius repertorio, verb. feudum cum clausula iuris Francorum, & idem affirmat D. Gars. Mastrill. in addition. ad Petr. de Greg. p. 4. quæst. 3. nu. 5. & postremò Marius Muta Iudex M.R.C. vir eruditus, atque laboriosus in suis commentarijs in cap. si aliquem, quod est 33. num. 209 & seq. vbi hanc conclusionem pluribus comprobat auctoritatibus, & exemplis, & refert plures causas, in quibus fuit decisum pro hac opinione, vt videre est apud eum.

Cum igitur in hoc feudo adsit clausula IVRIS FRANCORVM, firmum remanet feudum istud habere naturam feudi ex pacto, & prouidentia. & cũ ista clausula IVRIS FRANCORVM faciat, quod primogenitus succedat, videtur feudum concessum, vt omnes primogeniti vsquè in infinitum succedant. Nàm
151 vt supra affirmatum est † sub vocatione primogeniti, non solum filius primogenitus, sed nepos, & omnes primogeniti ex eo descendentes in perpetuum compræhenduntur, tàm ex linea descẽdenti, quàm ex linea transuersali primogeniti, qui succedit acquirenti, vt tradit Bald. in l. cum antiquioribus num. 18. C. de iure deliber. vbi dicit *primogenitus nascendo se includit, & cum hoc secundogenitum perpetuò excludit,* cùm ergo sit
152 † feudum istud ex pacto, & prouidentia, & ad solos primogenitos pertineat, sequitur, vt non potuerit Ioannutius illud dare Antonello secũdogenito. quod expresè dixit Andr. in princ. huius cõclusionis allegatus in c. 1. §. omnes filij nu. 2. si de feud. fuer. controuer. per hæc verba, *ubi uiuitur iure Francorũ non potest pater secũdogenito feudum dare,* idẽ etiam dixit Pernus, qui primum sibi locum vindicat inter Doctores Siculos in materia feudali, qui in cons. 4 col. 5. dùm voluit, feudum habens clausulam iuris Francorum esse feudum ex pacto, subdit hæc verba. *Adeo, quod non potest pater in secundogenitum disponere in præiudicium filij primogeniti, ex quo in concessione sit cautum, quod uiuatur iure Francorum,* & idem voluit in cons. 22. & cons. 13. 2. pagina, Cum. in prælud. ad cap. si aliquem num. 257. & in verbo antiquis num. 78. Milanensis decis. 3. num. 25. 26. & 27. & decis. 8. num. 102. par. 1. Intrigl. de feud. cent. 2. articulo 41. num. 11. & vltra Siculos dixit Surd. cons. 302. num. 6. & cons. 403. num. 10. lib. 3. & Menoc. cons. 981. nu. 11. lib. 10.

153 Et licet † in Regno Neap. receptũ sit, (vt supra dictum est) feudum habens clausulam IVRIS FRANCORVM adiunctam verbo HAEREDIBVS, esse hereditarium, ita vt possit feudatarius cum assensu onus illi imponere quod voluit,& illud alienare cum assensu, nequè illud posse vendicare primogenitũ, quia cùm teneatur esse hæres defuncti, nec aliter possit feudum habere, tenetur habere ratum factũ defuncti, & sic obstaret illi l.cum à Matre C. de reiuend. & eodẽ modo posset dare secundogenito cum consensu Regis, vt post Minad. ad Cõst.in aliquibus in princ.nu.27.dicit D.de Pont.de pot.Prot.tit.6.S.2.nu. 14.tamen ipse idem Minad. subdit, dicens, *dummodò sincerè, cessante dolo, & fraude*,& ita affirmat fuisse sæpe indica-
154 tum.quia † cùm totum feudum sit legitima primogeniti, vt tradunt Innocent. & Butrius in cap. licet de voto, sequitur, vt non possit primogenitum priuare, & dare secundogenito, D.de Ponte loc.cit.nu.11.qui subdit hęc verba, *in tantum, quod sinè causa priuari nõ possit, & si aliter testator dispofuerit, haberet querelam primogenitus*, quę ad casum istũ maximè facere dicebantur, et data opinione Neapolitanorum,cùm apertè constet,feudũ Placæ fuisse donatum Antonello,vt tolleret illud à Peregrino,q̃ fraudem considerauit Lex in l. hac edictali C. de secund. nupt. Antonellus enim, vt est dictum supra, fuit procreatus ex secunda vxore.

Si ergò feudum istud est ex pacto,& prouidentia, si Ioannutius non potuit illud dare secundogenito, sequitur vt possit D. Mariana illud auocare à successoribus Antonelli, quod dixit Affl. in d.cap.1. S.hoc quoque de successione feudi num.8. vbi sic inquit,*Confecto inuentario propter illã qualitatem, quod uiuitur* IVRE FRANCORVM, *reuocare possunt alienationem feudi, quod eis concedit ius Francorum,uirtute inuestiturae,* (& postea subdit) *et ideo alienato tali feudo per patrem, uel agnatum sinè consensu successoris, successor reuocabit talem alienationem*;& hæc dicit esse notanda, & menti tenenda, & in cap.1. an agnatus nu 8. idem affirmat dicens,*& ideo confecto inuentario uenit succedens in feudo uirtute inuestiturae, & nõ habebit ratam alienationem feudi factam per defunctum.*

155 Imò etiam † si fratres inter se diuiderent feudum,in quo viuitur iure Frãcorum,posset frater primogenitus auocare partem feudi à secundogenito, quia diuisio illa dicitur alienatio,& per consequens tanquam ex actu nullo, atquè inualido, nullum fuit translatum dominium, quia facta est lege prohibẽte,vt dixit Andr. in cap.1.S. præterea Ducatus nu. 36. de prohib. feudi alienat.per Federic.

At pro parte D.Antonij Statella cõuenti dicebatur,feudũ istud non ex pacto,& prouidentia,sed hęreditariũ esse, vel saltem mixtum, in quo tamen qualitas pręualeat hęreditaria,nàm cũ huiusmodi inuestiturę formula fuerit cõcepta PRO SE,ET HAEREDIBVS,hoc efficit,vt sit hęreditariũ,sed pp adiectionem clausulæ,ITA TAMEN,VT VIVAT IVRE FRANCORVM,redditur feudũ mixtũ,non aũt ex pacto,& in hoc mixto pualere qualitatem hæreditariã, nàm licet verbũ HAEREDIBVS in materia feudali de filijs intelligatur,non tñ huic interpetrationi repugnat, si dicatur ad feudum admicti filium,aut agnatum minimè posse, nisi etiam sit hæres, stante dicto verbo,quod propriè intelligi debet,sed cùm aduersæ partis ædificium totum sit fundatum in clausula IVRIS FRANCORVM, q̃ restringere, & limitare verbum HAEREDIBVS conata est probare,dicebatur p parte D. Antonij, ante omnia agendum esse de clausula prędicta, & respondendum ijs, quæ circa hũc articulum pro contraria parte allegabantur,& postea de viribus clausulæ HAEREDIBVS tractandum:
156 dicebat ergo D. Antonius † clausulã IVRIS FRANCORVM quatuor modis apponi posse in inuestituris. Primò, qñ est dictum tibi, & filijs, vel alijs verbis

bis, filiorum nomen significantibus. Secundò, si apponatur formæ pro HAEDIBVS EX CORPORE LEGITIME DESCENDENTIBVS. Tertiò, quando apponitur in inuestitura informiter concessa, hoc est, quando non est facta mentio filiorum, & hæredum, quia tunc censetur concessum fuisse pro se, & hæredibus de suo corpore legitimè descēdentibus, secundum aliquorum opinionem, vt dicit Cum. ad cap. si aliquem verb. antiquis nu. 115. secundum verò opinionem aliorum dicitur, quod præsumitur cōcessum cum clausula pro se, & hæredibus ex corpore legitimè descendētibus, ita quod viuant iure Francorum, vt ipse tradit nu. 119. Quartò, quando est dictum PRO HAEREDIBVS simpliciter.

157 Primo casu dicebatur † clausulam IVRIS FRANCORVM magis restringere, & ideo vocari formam strictissimā, & feudū ex pacto, & prouidentia in specie, & ita loqui Andr. in c. 1. §. præterea si vassallus de prohib. feud. alien. per Feder. num. 16. vers. sed quia ponitur, cum alijs adductis per Cannet. in d. §. sed magna, & Loffred. cons. 1. & post eum Vrsil. dicta decis. 248. Cumias vbi supr. n. 277. Thom. de Marin. qui Cum. laudat de gen. & qualit. feudorum tit. 5. de feud. hæred. nu. 29. & 30. & tit. 10. de feud. mixto num. 8. & seq. & tit. 13. de feud. iur. Francor. nu. 13. & 14. D. R. Villanus in suo resp. feud. post Cannet. num. 25. Pistor. d. quæst. 1. num. 17. & sequent.

158 Secundo casu † quando ponitur formæ pro hæredibus ex corpore legitimè descendentibus, tunc dicebatur adhuc efficere feudum ex pacto, & prouidentia, vt dixerunt Andr. in d. cap. 1. §. & si libellum de alien. feud. patern. quem sequutus est Afflict. in c. 1. §. hoc quoq; num. 8. de success. feud. per partem allegatus, licet in decisionibus contrariū iudicauerit, & consentiunt Dec. Socci. Iun. Rolan. Cephal. & Cardin. Mantic. qui eos refert de contract. d. lib. 23. tit. 3. num. 38. Ioan. Aloys. de Septimo in cap. volentes in declarat. clausul. Iuris Francorum, & meminit Cum. in prælud. nu. 255. & approbare videtur Cannet. in dict. §. & quid si fuerit num. 36. licet Neapolitani aliter sentiant, vt scilicet sit feudum hæreditarium, quod affirmabant Siculi, tempore quo Ioānutius obtinuit feudum, & sic hodie esse iudicandum.

159 Tertio casu † quando hæc clausula apponitur feudo informi, & tunc remanere hæreditarium dicebatur, vt respondit Camer. cum Cannet. in respon. dialog. post lecturas Cann. f. 355. col. j. vbi ait, *Vnde emergit, ut quædam quoq; dicantur feuda ex pacto, et prouidentia hæreditaria, in quibus uiuitur iure Francorum, quædam uero ex pacto, et prouidentia non hæreditaria, ubi etiam uiuitur iure Francorum*, & pro hoc allegat decis. Magn. Cur. & Ioann. Aloys. de Septimo, Oldrad. & Anchar. & concludit Thom. de Marin. titul. 10. num. 4. & seq. & tit. 5. num. 29. & Cum. vbi supra verb. antiquis num. 132.

160 Quarto casu † quando hæc clausula IVRIS FRANCORVM apponitur cōcessioni pro hæredibus, tunc feudum erit hæreditarium simplex, vt tradit D. Reg. Loffred. d. cons. 1. num. 208. circa med., vbi dicit fuisse ita iudicatum per Consilium Neapolitanum, & per Supremum Aragonum Senatum, quo tempore in illo residebant Regentes Italiæ, & cons. 46. num. 11. & Camerar. in cap. Imperialem §. præterea fol. 96. lit. D. Milan. d. decis. 7. nu. 15. Cannet. in d. §. & quid si fuerit fol. 49. nu. 15. 16 & 17. Intrigl. de feud. cent. j. q. 49. num. 106. D. Reg. de Curtis in diuers. iur. feu. §. multoties num. 54. vbi idem concludit in forma pro hæredibus de corpore legitimè descendentibus, cum clausula de iure Francorum, & allegat pro hoc decis. Sacri nostri Consil. Paris. cons. 4. num. 27. vol. 1. Menoch. cons. 202. num. 63. Peregr. cons. 12. num. 14. & 15. lib. j. & eundem cons. 27. num. 4. & 5. & Cęs. Manen. cons. 44. num. 26. & hanc conclusionem probauit etiam Pistor. d. q. j. num.

num. 28. & seq. & q. 2. 3. & 14. latè, & D. Consiliar. de Georg. in repet. feudali par. j c. 49. nu. 6. vers. *quantum ad rem*, inquiens, vtrumq; debere concurrere in filio, qualitatem hæreditariam, & primogenituram.

His itaque iactis fundamentis dice-
161 bat D. Antonius. Primò, † clausulam IVRIS FRANCORVM inesse per modū dispositionis oībus feudis Siciliæ, vt in Cōst. Vt de successionibus, & in Cap. Regn. Si aliquem, vbi confirmando Cōstitutionem Vt de successionibus dispo nitur, quod in omnibus feudis Siculis succedatur Iure Francorum, quemadmodum iàm antea in d. Constit. fuerat prouisum.

Et quod clausula IVRIS FRANCORVM sit in omnibus feudis Regni, ex dispositione Capitulorum si aliquem, & volentes, communiter est receptum per illius Regni Interpetres, vt habetur ex Pern. cons. 1. col. 4. cons. 6. col. 5. & in repet. cap. si aliquem in princ. vbi refert sic consuluisse cum Archiepiscopo Vbertino, Petr. de Greg. de concess. feud. par. 4. quæst. 1. nu. 22. vers. Ab intestato p. 4. quæst. 11. per tot. Cumi. in cap. si aliquem vers. *mori contingat*, & ex ijs quæ tradit Armeng. in resp. huius causæ sect. 1. art. 1. nu. 318. vsque ad 328. ex quo dicebatur, istam clausulam nihil noui addere inuestituræ, cùm idē disponat, quod dispositum erat in Constitut. vt de successionibus, & in d. cap. si aliquem, vnde idem est dicendum, ac si dictū fuisset simpliciter PRO HAEREDIBVS cū illa clausula IVRIS FRANCORVM nihil aliud importet, q̄ vt inter cohæredes existentes in pari gradu dignior præferatur, & per consequens illa qualitas hæreditaria debet præualere, ad quod adducebatur Affli. ad d. Constit. vt de successionibus nu. 72. dicēs, clausulam IVRIS FRANCORVM positā in inuestitura nihil noui addere iuri Francorum, secundum quod viuitur in Regno per dictam Constitutionem, vt de successionibus.

Hæc nō obstare dicebat D. Mariana, & ex dictis pro parte ipsius colligi responsionem, sed breuiter huic argumēto respondebat, non esse veram consequentiā, quam pars deducere intendit, clausula IVRIS FRANCORVM in inuestitura posita nihil noui addit Cōstitutioni, vt de successionibus, & cap. si ali quem, ergo est feudum hereditarium, quia siuè inuestitura sit concepta cum clausula IVRIS FRANCORVM, siuè sīn Constitut. Regni, quæ vult idem, quod clausula prædicta, idem ius deducitur, quoad effectum clausulæ prædictæ, vt sit feudum ex pacto, & prouidē-
162 tia, licet Cōstit. Regni† nō benè inducatur ad probādum feuda Regni habere naturam iuris Francorum, sed benè dare formam feudis, in quibus viuitur secundum ius Francorum, non autem decernere, quod in omnibus feudis viuatur secundum ius Francorum, licet ex illa Constitu. augumentum cæperit iste mos viuendi secundū ius Francorū, vt Petr. de Greg. docet in tract. de dote de parag. q. 19. nu. 3. & sic esse necessariam clausulam prædictam, ad discernendum formam inuestituræ, quia in Regno Siciliæ non sunt vniformes inuestituræ, vt post Andr. dicit Cumi. ad cap. si aliquem verb. antiquis nu. 117. licet hodie dicat ipse Cumi. esse inuesti turas pro se, & hæredibus, sed non tollitur per hoc, vt inuestitura habēs clausulam IVRIS FRANCORVM non producat effectum suum.

Secundo dicebat D. Antonius, hoc probari demonstratione euidentissima, nàm si ad efficiēdum feudū ex pacto, & prouidentia sufficeret clausula IVRIS FRANCORVM, ēt si adesset clausula HAEREDIBVS, neq; esset necessaria clausula EX CORPORE non vtiq; tm̄ institisset Ioannutius, vt tolleretur clausula EX CORPORE, prout instātissimè fecit, nec ad aliū finem, quàm, vt potuisset disponere de feudo illo, vt deinde
163 fecit, nàm † verbū HAEREDIBVS in inuestitura positū est in fauorem accipien-

piètis ex l.si pactū ff. de probat. Frecc. de subf.lib.3.de differ.inter feud.ex pacto,& hæred.differ.33.n.2.in fin.Cum. in cap.si aliquem verb.antiquis nu.94. Cæsar Manent.cons.44.num.26.neque alius sensus capi potest ex illa reformatione, adeò seriosè procurata, nisi vt à prudētibus laudaretur, ad tex.in l.Saluius Aristo. ff. de leg.præst.Socci. Sen. cons.1.col.4.lib.3.& cons.23. num.8. lib.4.latè Menoch.de arbitr. casu 199. num.8. & cons.144.num.12. qui tunc temporis eam sequebatur opinionem posse(scilicet)feudum *pro se, & hæredibus* concessum cum clausula IVRIS FRANCORVM alienari,iuxta cap.volentes, alias etiam elusorius fuit ille actus,ad tex.in l.si quando in prin.ff.de legatis 1.l.1.§. pecuniam cum seq. de calumniator. elusorius enim existimandus esse dicebatur,nisi prędictum finem habuisset, disponendi quidem secundū eius voluntatem,quod expresse colligitur ex actu sequenti postergationis fa-
165 ctæ in beneficium Antonelli, † actus enim sequentes declarant intentionem præcedentem l.fin.ff.de hæred. instit. l. lege Iulia §. proinde ff.ad Senatuscons. Maced.l.vxoris §.j.ff.de leg.3.Abb.cōs. 113. num.4. ex quibus responsum dari affirmabatur ijs,quæ pro contraria parte dicebantur.

Sed huic responsioni replicabatur non fuisse de mente Ioannutij, quod pars deducit,sed ne mutaretur antiqua formula inuestituræ, vt latius articulo sequenti num.7. . .

165 Tertio dicebat D. Antonius † successionem feudi secundum ius Francorum nihil aliud esse, quàm legitimam primogeniti,ex traditis per DD.in cap. licet de voto,Rosental.cap.7.concl.13. nu.4.D.Præsid. de Franchis decis.387. num.2. D. Reg. de Ponte de potestate Proreg.tit. de assensu Regio super dot.
166 §.3.num.11.& 14.cùmque † legitima quantumuis debita sit filijs de iure naturali, cap. Rainutius extra de testam. debet tū relinqui titulo institutionis, & eam debet capere filius tanquam hæres,vt voluit Glos.in l.3.§.sed vtrum in verb.patrimonium ff.de minor. ergò
167 † non potest legitimam consequi, & hæreditatem repudiare secūdum Bart. in l. quia poterat ff. ad Trebell. & in l. gerit col. 5. vers. quid si hæres, & sequūtur omnes in l. hæres C. de impub. & alijs substitut. l. Papinianus §.4. vbi Angel.in §.si conditioni ff. eodem,Castr.in l.quoniam in prioribus C. de inoffic.testam. Abb. in cap. Rainutius ad fi.de test,Corn.cōs.119.col.15.vers.remaneat ergo lib.2.quia ius Francorum nihil aliud est,quàm forma succedendi in feudo, hoc est, vt primogenitus succedat,vt habetur per Tiraquel. de iure primogen.q.35.Cum.in cap.si aliquem n.132.cum alijs adductis per Armeng. d.resp.feud.huius causæ sect.1.nu.281.
168 illudq; † ius fuit introductum à Normandis tempore eorum dominij in Regno,vt quemadmodum secundum iura Longobardorum feuda diuidebantur inter filios,& agnatos,ita de iure Francorum succedat primogenitus, statuendo,vt illud ius sit generale in omnibus feudis,licet non exprimatur ille modus viuēdi,vt habetur in Cōst.vt de successionibus,& tradit Petr.de Greg.de cōcess.feud.par.4.q.2. Cumias in prælud. n.29.Intrigl. cent.1.quæst.7.n.1. & 2. & cùm iure Francorum attento veniat ad successionem non iure sanguinis tātum,sed vti hæres,vt tradit Tiraquel.d. quęst.35.per tot.ex Oldr.cons.94.ita in Regno Siciliæ successio nō iure sanguinis,sed hæreditario deferri debet, Vnde sequitur ex hoc, vt etiam attento iure Francorum debeat vti hæres feudum habere, nec possit illud præcapere, & hæreditatem repudiare. Et licet
169 receptior sit † opinio,quod non possit pater filium priuare primogenitura, vt tradit Tiraquell.de iure primogenituræ quæst.21.sub nu.3. Petr.de Greg.de concess.feud.4.par.q.8.num.12. & 26. Frecc. lib.2. de subfeud. vers. superest num.8.Cumias in cap.si aliquem verb. antiquis num.16.& seq. tamen limitatur hæc traditio, nisi fuerit iusta causa

priuationis, quia tunc poteſt priuari, Andr. & Afflict. in cap.1.§. omnes filij ſi de feud. fuerit controu.& in Conſtit. Regni Conſtitutionem diuæ memoriæ col.2. Martin.Laud. in tract. de primogen. col.6. verſ.quæro an pater, vbi ple-
170 nè probat † filium poſſe primogenitura priuari in omnibus caſibus, in quibus poteſt exhæredari, quod ſequuntur Ioannes Lecitier, Tiraquel.& alij ab Intrigl.citat.in tract.de feud.cent.2. art. 39.num.15. nàm ſi primogenitura non obtineretur iure hæreditario, ſed eſſet ius quæſitum primogenito, non poſſet vtiquè ea priuari, ex reg. tex.in l 2. ff. de interd.& releg.l.quidam cum filium in fin. de hęred. inſtituend. & declarat Molin. de primogen. Hiſpan.lib.1. cap.9. per tot.Pereg. de fideic. art. 22. nu.95. ſi igitur mos, & conſuetudo viuendi iure Francorum in feudis non inducit ſucceſſionem iure ſanguinis, ſed iure hæreditario, & per conſequens nõ facit feudum ex pacto, & prouidentia, quantò magis erit dicendum de clauſula PRO HAEREDIBVS, ex quo verbo pendet, an feudum ſit hæreditarium, vel ex pacto, ex dictis ſuperius.

Replicabatur his per D. Marianam, verum eſſe, feudum eſſe legitimam primogeniti, & omnia quæ ad fundandum maiorem argumenti dicuntur, ſed aliter fuiſſe ſeruatum morem ſuccedendi in Sicilia, quàm in Francia, & licet poſſit filius priuari iure primogenituræ, vt dicit Petr.de Greg.poſt alios, non tamẽ inde ſequitur ex hoc effici feudum hæreditarium, nàm licet primogenitura ſit ius acquiſitum à natura, quæ illum primo produxit, ineſt tamen tacita cõditio intrinſeca, vt filius teneatur obſequium patri præſtare, vndè cùm ad primogenituram concurrant pater, & natura, ſic debet primogenitus obſequium præſtare patri, ſicut tenetur ad
171 illud iure naturali, ſicut enim † primogenitus committens felloniam aperit viam ſecundogenito, ita vt in illum transferatur ius primogenituræ, vt voluit Andr.in cap.1.§.præterea num.12. quæ ſit cauſa benef. amiſſ. ita ſi patri ſit inobediens, poteſt priuari primogenitura, & quod dicitur, quod ſi primogenitura non obtineretur iure hæreditario, nõ poſſet priuari, vltra, quod pars non probat, contrariũ apparet ex principijs naturalibus. Et tandem dicebatur
172 concluſionem † an poſſeſſor maioratus poſſit ſucceſſorem in maioratu illo priuare, ſatis eſſe diſputatam apud Molin. de primogen. Hiſpan. lib.1.cap.9.& ipſe cum alijs affirmat, non poſſe, tamẽ recepta diſtinctione ipſius dicebatur illam omnem tollere dubitationem, eſt autem diſtinctio hæc, quod ſi maioratus defertur iure hæreditario, vt in Gallia poſſit, & hac ratione motus fuit Tiraquell. aut iure ſanguinis, & non poſſit, & ita eſſe reſponſum ſatis ſufficienter prædictis.

Quarto dicebat Don Antonius ex prædictis non obſtare q̃ pro D.Mariana fuerant adducta ad probãdum clauſulam IVRIS FRANCORVM efficere feudum ex pacto, pręſertim vbi adeſt verbum HAEREDIBVS, clauſula enim iuris Francorum intelligenda eſt, vt feuda deueniant ad poſteros, & primogenitos ex contractu, & lege inueſtituræ, iure tamen hæreditario, ſed ex pacto, & prouidentia in genere, cùm
173 † omnia feuda ſint ex pacto, & prouidentia, ex pacto ſcilicet primi acquirẽtis, & prouidentia Regis concedentis, vt dixit Camer.in cap.Imperialem fol. 95.lit.C.de prohib.feud.alien. per Federic.ſed reſpectu ſucceſſionis ſit differentia, quia verbum HAEREDIBVS efficit, vt ſucceſſor ſanguinis teneatur adire hæreditatem, & ratum habere factum defuncti, neque hoc reſiſtit formæ ſucceſſionis, quia primogenitus poteſt ſuccedere, & nihilominus tenebitur habere ratum factum defuncti, quod ita Neapolitani ſunt interpetrati; & ita poſſunt ſaluari dicta per Guliel.de Pern. Afflic.& alios DD. vt voluit Thom. de Marin. de gener. & qualitat.feud.tit.de feud.hæred. nu. 30.alias enim non benè fuiſſent loquu-

ti

ti eum Dec. & sequac. vt etiam dixit Vrsill. d. decis. 248.

Secundo ex Blasc. de Sancto Angelo respondebatur, clausulam illam iuris Francorum appositam in inuestituris pro hęredibus efficere, vt ab intesta to sit feudum ex pacto, non autem si per feudi possessorem fuerit dispositum.

Sed pro D. Mariana dicebatur, replicata per D. Antonium Statellam non tollere eius rationes, quia dicere feudum peruenire ex prouidentia in genere, vel in specie est nouum inuentum;

174 licet enim Camerar. dicat † omnia feuda esse fundata in pacto, & prouidētia, est tamen differentia, quia in feudo ex pacto inducitur alius modus succedendi, quàm in feudo hæreditario, in quo est certum teneri esse hæredem, qui vult feuda acquirere, & insuper habere ratum factum defuncti, in hoc autem feudo, quod pars mixtum appellat, obligatur feudatarius suscipere hęreditatem; sed tanquàm agnatus potest vti iure separationis per inuentarij cōfectionem, vndè non obstat replicatio, neque qđ Neapolitani hoc affirmauerint, cùm quælibet prouincia suo sensu abundet, & ad Blasc. de S. Angelo dicebatur, iàm esse responsum ex ijs, quæ dicta sunt circa cap. volentes.

175 Quinto dicebat D. Antonius † clausulam IVRIS FRANCORVM operari, vt sit feudum ex pacto, quando non adest clausula PRO HAEREDIBVS, quod ex Andr. habetur in cap. 1. de alienat. feud. pater. & c. 1. §. hoc quoque de success. feudi, in cap. 1. qui succes. teneantur, & cap. 1. an agnatus, & eum inducit Cumias ad cap. si aliquem in prælud. num. 257. & in pluribus alijs locis, & ita eum intelligit D. Loffred. d. cons. 1. & addit etiam Cumi. d. verb. antiquis num. 117. Andr. loqui secundum tempora sua, antequam cap. Regni volentes editum esset, quia dictio HAEREDIBVS tunc pro liberis exponebatur. Et quoad doctr. Andr. in d. c. 1. §. hoc quoque respōdebatur, Andr. loqui in casu, quo non esset apposita clausula PRO HAEREDIBVS, & in successione, non in facultate alienandi imò inibi dici contrarium, vt dicitur in 4. artic. huius decisionis nu. 350. & seq. Quò vero ad Afflict. in d. cap. 1. §. hoc quoque num. 8. & cap. 1. an agnatus, & in constit. vt de success. num. 56. dicebatur, contrarium esse receptum in Regno contra ipsum, & ex supradictis satis esse responsum, quemadmodum non obstat, quod dicit in constit. vt de success. illud enim procedit quando adest clausula EX CORPORE, & sic extra casum huius decisionis.

Et quantum ad doctr. D. Antonij. Capicij, de qua supra nu... dicebatur non negari pro parte D. Antonij clausulam IVRIS FRANCORVM, vbi simpliciter est posita efficere feudum ex pacto, & prouidentia, sed benè quando adest clausula PRO HAEREDIBVS.

Sic etiam non obstate quæ dicit D. Reg. Loffred. d. cons. 1. q. 5. num. 160. quia ipse tenet contrarium, licet quæstionem disputet ad partes, & quamuis adducat rationes pro parte D. Marianę, attamen pro opinione D. Antonij illum concludere, & quando contrariam teneret sententiam, non obstaret eius doctrina, quia Neapolitani aliter affirmarunt, quàm Siculi, quibus standum est, vt dicit Pisanel. in consil. impresso post Cannet. num. 26. vbi sic ait, *remitto me semper ad acutissimos Iureconsultos Siculos, quorum est propria materia.*

Et quoad alios DD. allegatos ad fundandum ex clausula IVRIS FRANCORVM esse institutam primogenituram, & esse vocatos primogenitos, dicebatur non negari pro parte D. Antonij institutam fuisse primogenituram, sed primogenitos debere succedere, iure tamen hæreditario.

176 Quo vero ad † doct. Pern. in præ dictis consilijs 4.7.12.18. & 22. diceba tur, Pern. asserere, feudum huiusmodi cum clausula (PRO HAEREDIBVS, VT VIVANT IVRE FRANCORVM) esse mixtum, nàm in quantum ponitur pro hęredibus est hæreditarium, & in quan-

quantum adijcitur ius Francorum, est ex pacto,& idem in 4.norab.asserere, vnde porius pro ista opinione, quàm pro contraria adducendum esse; & expressius cons.6.pro hac opinione adduci posse, vt latius ipse Armeng. in dict. resp.sect.1.ar 1.num.16.eum seq. quia si est feudum mixtum tenetur esse hæres.

Et ita etiam responderi dicebat alijs DD. Siculis Blasc.Lanc.& Ioan.Aloys. de Sept.

117 Quo vero ad † trad. per Petr. de Greg.loc cit. á parte,dicebatur,illum dictis in locis loqui de virtute clausulæ IVRIS FRANCORVM, quam efficere feudum ex pacto,& prouidentia voluit, sed in parte 4.q.3. num.5. loqui de clausula prædicta adiecta clausulę PRO HAEREDIBVS,& in illo casu affirmare esse feudum mixtum,& in p 4. q.14. num.14.& 15.affirmare feudum esse mixtum, nec ad eius successionem venire posse agnatum,nisi sit hæres defuncti,& sic potius pro hac parte, quàm pro illa esse adducendum, & secundum hanc doctrinam Petr. de Greg. dicebat intelligendā esse additionem D.Garsiæ Mastrill.,eumq; æquiuocè loqui, nàm si intelligit,quòd succedatur ex pacto,qñ concessio feudi est facta filijs, benè loquitur, si autem concessio est facta hæredibus, esset contra mentem omnium Doctorum Regni, admictentium qualitatem hæreditariam, cùm possint stare simul,vt succedatur ex iuris dispositione,& transmissione ad hæredes.

Nec dicebatur posse partem aduersam iuuari Doctrina Cumiæ in prælud. 178 ad Cap.si aliquem num.257.† quia licet ibi referendo Blasc.Lanc.videatur tenere opinionem contrariam, quod feudum habens clausulam PRO TE, & HAEREDIBVS, VT VIVANT IVRE FRANCORVM,sit ex pacto,& prouidentia,attamen num.265. & seq. tenet contrariam opinionem, & expressè dicit,feudum esse hereditarium,vbi adest clausula ista, & sic non debet intelligi pro illa,sed pro ista opinione.

Quantum verò ad Cannet.in Cap. volentes §. sed magna fuit olim dubitatio num.38.pag.56.& in §.colligitur nu.8 fol 31.dicebatur,illum nō negare effectum qualitatis hæreditarię, licet affirmet clausulam IVRIS FRANCORVM efficere, vt sit feudum ex pacto, & prouidentia, cùm vtrumque possit esse, (vt est dictum supra) vnde sequitur,vt feudum istud dicatur mixtum, neque illius doctrinæ standum esse, quia vt refert Ioa.Ang.Pisanell.in dict. respons.post Cannet. pro ista opinione consuluit, & sic vanè sensit in hoc articulo.

Et eodem modo non obstare dicebatur id quod refert Inrigl. d. cent.1. q.49. num.93. cùm ipsemet ibidem num.106.pro contraria opinione (scilicet quod feudum cum clausulis prædictis concessum sit hæreditarium)plura referat argumenta,eamq; num.163 magis cōmunem asserat, prout eodem modo respōdetur de communi opinione vbi supra num.257.

Rationibus verò quæ pro D. Mariana adducebantur num. . . licet satis abundè sit responsum, ex ijs, quæ superius dicta sunt, attamen breuiter respondebatur per Cumiam in pręlud.ad Cap. si aliquem num. 266. vbi dixit: *clausulam iuris Francorum nihil aliud operari nisi restitutiones ad primogenitum*, quia verbum HAEREDIBVS operatur,quod feudum citra ius,& nomen hęredis haberi non possit.

At pro parte D.Marianæ dicebatur, non obstare,quæ in quinto argumento adducebantur, quia clausula IVRIS FRANCORVM, siuè apponatur in inuestitura,vbi adest verbum HAEREDIBVS, siuè illud non adsit,semper efficere feudum ex pacto, per ea quæ supra dicta sunt,quia vt est dictum,procedit restringendò. quò verò ad ea quæ dicit, respondendo auctoritatibus Doctorum,quos D.Mariana adducit,dicebatur non obstare, cùm ex lectura ipsorum contrarium appareat.

Vltimò respondendò obseruationi, praxi,

praxi,& auctoritati rerum iudicatarum fauentibus D.Marianæ, dicebat D.An-
179 tonius Statella de† duabus obseruantijs agi posse, aut enim loquimur de antiqua, aut de noua obseruantia, si agimus de antiqua, habemus eundem Cannetium illius opinionis acerrimum defensorem nos docentem valdè fuisse apud Siculos cõtrouersum hunc articulum, vtipse testatur ad cap. volentes, §. sed olim vbi in principio illius §. sic loquitur. *sed olim fuit magna quæstio;* Si verò de noua agitur, minus parti prodesse cùm Iudiciũ actus postergationis factæ circa annũ 1400. nõ debeat regulari ab ista obseruantia, sed ab illa quę tunc vigebat, quia quoties diuersis temporibus diuersæ obseruantiæ, & communes opiniones prçualuerunt, illa debet attendi, quæ vigebat tempore
180 actus gesti, † nàm superueniens obseruantia non tollit gesta tempore communis contrariæ, vt post Imol. tradit Marius Salomon.in.§.Responsa prudentum instit.de iure nat.gent.& ciuil. Neuizan.in Sylu.Nuptial. lib.5.num.2.allegans alios, Coras.commun.opinion. in prçfat.num.46.tom.4. com.opin.& sequitur Azoguido. in eod. tract. lib. 3.cap.17.in eod.4.tom.vbi post Abb.& alios recenset multas opiniones, secundum quas vno tempore iudicabatur, quæ postea desierunt esse communes, vnde cùm in d.anno, quo Ioannutius de Pactis donauit dictum feudum Antonello, receptior fuisset opinio, feudum cũ clausula HAEREDIBVS, ET IVRE FRANCORVM esse hæreditarium, sequitur, vt secundum receptiorem obseruantiam illius temporis sit iudicandum, & ita tenuisse Blas. de S. Angelo, Gerard., & alios testatur idem Cannet. in d.cap. volentes in d.§. sed olim fuit magna quæstio num.10. qui dicit ita fuisse iudicatum per Infantem Ioannem in causa Vicari, & alias in causa Sclafani, & si dubia fuisset opinio illo tempore
181 † erit pro possessore in dubio iudicandum, ex reg.tex. in cap. cùm sunt partiũ de reg. iur.in 6. Zeuallos in præfat. commun. contra commun. num.101. Antonius Maria Coras. in tract. commun. opinio lib.2.tit.9. num.169. post Mattesil.in tract.de elect. melior. opin. col. 2.post princ. vers. vt sumus in materia num.4.&.5.

Et quoad sententias pro parte ad-
182 uersa allegatas, respondetur, illas † sententias nisi ratione fundentur non debere allegari coram Supremo Tribunali, ad tex.in l. nemo Iudex C. de sentent.& interloq.omn.iud. & ideo in l.2. §.fanè C.de veter.iur.enucl.dicitur, veritate, & non opinione statuendum est
183 ius, immò † etiam contra communes opiniones iudicandum, si conuincantur aliquo textu, vel ratione probabili, vt habetur in cap. Capellanus, vbi Abb.de ferijs, scribuntque DD. in cap. 1.de constit. & notat Cannet. in cap. volentes §. sed occurrit num.12.&.13. fol. 103. & in cap. si aliquem §. sed tractandum num.31. fol.278. & num. 44.Franc.Viuius decis.91. par.1.Surd. consil. 403. num.83. qui affirmant procedere etiam in sententia præfecti prætorio.

Ex quibus omnibus dicebatur concludendum esse, feudum prçfatum potuisse postergari, cùm feudum hæreditarium alienari possit, regio tamen interueniente assensu.

At pro parte D. Marianæ dicebatur sententias allegatas pro eius parte fuisse maxima ratione fundatas, idque ostendere easdem sententias, nàm non vnica sententia, sed pluribus erat con-
184 firmata opinio ista, & † sufficit, quod duę sententię aliquem articulum declarauerint, etiam si sint in eadem causa prolatæ, vt testatur Andr. in cap.1.de nat.success.feud. num.8. vbi dùm affirmat, fratrẽ succedere in feudo ex altero parẽte tñ excluso patre dicit, *nã non erat frater ille coniunctus, & sententia confirmata fuit appellatione, habet iam interpretationem suam,* quod idem affirmauit Camer.in resp. post Cannet. fol.
185 361. vbi † sic ait, *illud confirmans, quod communi sententia omnes tenent,*

G nem-

nempè, vt duæ sententiæ alteram consuetudinẽ inducant. Neque esse verum dicebatur, illo tempore cõtrariam, esse receptam sententiam, quia ex verbis testamenti Ioannutij habetur ab ipso cognitam difficultatem esse, ideoquè illum protulisse hæc verba. *Et si fortè obstante aliquo iure scripto, vel non scripto, non ualeret, seù posset ipsum Peregrinum onerare ad supradicta, ipsum requiro, & rogo tanquam filium dilectum, ut exequatur ad plenum, neque contraueniat pręsenti meę ultimę uoluntati.* Neque obstat, quod dicitur, & allegatur de sententia infantis D. Ioannis in causa Vicari, quia inuestitura illa erat pro se, & hæredibus, & nõ habebat clausulam IVRIS FRANCORVM, vt
186 habetur † ex Guliel. à Pern. conf. 7. in princ. vbi sic ait: *Hic aduerte, quod vtilissimũ est scire ad intellectum formę, sub qua fit feudi facta concessio; nam si feudum est hæreditarium si pro te, & hæredibus in perpetuum, vt vidi in quibusdam priuilegijs, & specialiter in feudis antiquitus cõcessis, ubi cõmuniter est hæc forma larga, procul dubio potest tale feudum alienari, per cap. volentes secundum nouum, & verum intellectum quem etiam dat idem Rex Federicus Tertius, auctor illius Capituli, prout declarat in quodam suo priuilegio Grassuleti, & secundum hunc intellectum iudicauit, & bene Illustrissimus Dominus Infans Ioannes Vicerex tunc in isto Regno pro Rege Ferdinando, qui Infans Ioannes nunc est Rex Nauarræ, & iudicauit in causa Vicari, qua sententia licet apparuisset tunc iniusta, tamen postea comperto dicto priuilegio, omnibus apparuit, & apparet iusta, & in superioribus super hoc satis dictum est, & specialiter conf. proximo præcedenti, uerumtamen si in tali priuilegio esset apposita clausula, uel Principis prouidentia, scilicet, quod nihilominus utatur iure Francorum, & maior natu, & masculus fęmina.* Hæc Pern. & in d. conf. constat, Pern. contrariam tueri opinionem, sicut etiam Cannet. in d. cap. volentes S. sed magna olim num. 44 fol. 57. expressè tenuit cum Pern. ibiquè dicit se vidisse allegationes in causa Vicari factas & inuestituram fuisse conceptam pro se, & hæredibus. Neque obstare confirmationem Regis Federici in fauorem secundogeniti, quia fuerat
187 dispositum à primo † acquirente, qui potest disponere, prout sibi placet vt dicit Cannet. loco citato num. 47. neque aliam sententiam in causa Sclafani, quia erat inuestitura concepta pro se, & hæredibus quibuscumque, & sic non habere sententias pro se cùm sint casus diuersi, & ita respondebatur oppositionibus D. Antonij.

At nunc veniamus ad fundamenta D. Antonij; dicebat enim ipse apertè probari, feudum esse hæreditarium ex verbo hæredis posito in inuestitura Ioannis de Rainerio, quotiescunquè enim feudum conceditur pro se, & hæredibus, cum alia adiectione, siue filijs, siue ex corpore descendentibus, aut alia simili, dicitur hæreditarium Andr. in cap. 1. S. & si libellum num. 9. vers. sed quid si acquisiuit de alien. feu. pater. vbi sic ait, *sed quid si acquisiuit pro se, & hæredibus suis, sicut ex forma priuilegiorum hodie in Regno Siciliæ datur tibi, & hæredibus tuis ex tuo corpore legitimè descẽdentibus* (& paulo post) *quia etiam propriam rem hæredis uendendo, si hæres uendicet, obstat exceptio ex quo non possent habere tale feudum nisi sint hæredes*, ex cuius verbis demõstrauit, feudum ita concessum esse hæ-
188 reditarium, & † tale feudum acquirentem teneri habere ratum factum defuncti, ex reg. l. cum à matre C. de reiuendicatione, quàm ipse allegat cum alijs iuribus, illud enim verbum *hæredes* efficit feudum hæreditarium vt idem Andr. inquit in cap. 1. S. hoc quoque num. 7. de success. feud. & in alij locis adductis per Camerar. in cap. Imperialem fo. 96. lit. D. de prohib.
189 feud. alien. per Fed. † verbum enim

HAE-

HAEREDES efficit, vt non possit successor consequi hæreditarem, nisi iure hereditario, l. hæreditas ff. de regul. iur. l. hæres in omne ff. de acquir. hæred. DD. in l quod dicitur ff. de verb oblig. & quãuis ex interpretatione iuris feudorum, verbum HAERES intelligatur de filijs, & descendentibus, vt aduertit Milanens. decis. 7. num. 17. lib. 1. tamen si in inuestituris fuerit appositum, est intelligendum propriè, ita vt non nisi iure hæreditario ad feudi successionem admictatur, & sic filius, vel agnatus succedit, tanquam si ab initio esset institutus hæres ex lege inuestituræ, quia illud verbum HAERES immutat
190 naturam feudi, nàm † cùm illa nascitur, viuit, & moritur, vt inquit D. Regens de Ponte de potesta. Proreg. titul. 6. de assens. Reg. super dot. §. 3. num. 12. Quibus suffragantur, quæ tradunt Afflict decis. 140. num. 1. vbi dicit ita fuisse sæpius iudicatum, licet ipse contrarium tenuerit, vt refert D. Anton. de Alexand. ita affirmasse, & idem dicit decis. 195. 240. & 385. D. Regens Loffred. qui latissimè articulum disputauit consil. 1. & consil. 46. Capyc. decis. 190. D. Regens Villan. in consil. suo feudali num. 27. quod legitur post Cannet. D. Præsidens de Franchis decis. 1. num. 21. quos omnes refert D. Consiliar. de Georg. alleg. 19. D. Regens de Curte in diuers. iur. feud.
192 in S. multoties nu. 20. 21. & 23. & † nulli dubium est, hanc opinionem receptissimam esse in Regno, ita vt hodie de illa disputari amplius non possit; quam egregiè exornauit Camerar. in d. cap. Imperialem d. fol. 96. lit. D. vbi sic ait: *Vnde, & hoc aliud emergit, nempè vt quandocumque in ipsa concessione feudi expressis verbis dictum fuerit, concedimus tibi feudum pro te, & hæredibus, propter hanc hominis expressionem, prima natura non hæreditaria, in hæreditariam conuertatur*. & postea colum sequen. lit. L. subdit: *Alia tamen ratione, quia in feudo hæreditario tenetur esse hæres in ipso feudo, propter pactum ab initio generationis feudi expressum non reuocabit, quod à prædecessore factum est, secundum Isern. in dicto cap. 1. de alien. feud. patern. argum. l. cum à matre C. de rei vend. pro quo est casus in l. ius sepulchri C. de religios. & sump. funer.* (& paulo infra ait:) *& ratio rationis erit, quia ex hac diuersitate stipulandi prouenit, ut attenta prima natura non hæreditaria detur feudum successione, ut in cap. 1. de success. feud. in euidentialibus dixi, sed considerata hac secunda natura hæreditaria, per stipulationem feudo data, feudum debeatur nobis transmissione ad hæredes, ut nèdum succedamus primo, sed quod à moriente ad nos transferantur sanguis, & qualitas hæreditaria simul, hoc enim uocabulo utitur Isern. in cap. 1. §. quid ergo de inuestitu. de re alien fact.* hæc Camerar. Cùm igitur Neapolitani, qui in feudali scientia peritissimi sunt, hanc tenuerint opinionem, non videtur ab illa recedendum.

Sed nè desideretur Siculorum Doctorum auctoritas, dicebatur, hæc eadem haberi, ex traditis à Petr. de Gregor. de concess. feud. pat. 4. quæst. 14. num. 14. & quæst. 15. & part. 4. quæst. 3. num. 6. vers. & ideo, vbi sic ait, *& ideo uidetur sapere naturam utriusque, quia in quantum in hac forma concessionis apponitur Titio, & hæredibus suis, dicitur certo modo hæreditarium, quia non potest haberi à quouis agnato, citra ius, & nomen hæredis, ut notat magistraliter Isern. in dicto*
192 *capit. 1. an agnatus, & † mentio Hæredis facit, ut uideatur acquisitum pro his, qui futuri sunt hæredes, & inde dicitur feudum hæreditarium, ut est text. in l. familiaria ff. de religios. & sumpt. fun. & in l. pen. C. eod. titul.* tradit Milanens. post Burs. & alios in dicta decis. 7. num. 15. vbi talem hæredem vocat hæredem iuris, vel hæredem sanguinis. idem voluit Cumias ad capit. si aliquem verb. antiquis num. 110. & seq. tradunt pariter

ter Hartm.Pist.quæst.3. num.23. Rosent. cap.2. conclus.33. num. 8. & 18. conclus.47.nu.2.& conclus.98.num.1. & in cap.2.quæst.48. nu.5. de feud. & quæst. 49. qui licet teneat opinionem, quod feuda accepta pro se, & hæredibus ex corpore sint ex pacto, & prouidentia, tamen dicit, quod ex quo in feudo mixto omnes præsupponunt qualitatem hæreditariam, & nullus sit, qui eam ab hoc feudo separet, quæ si non faceret feudum hęreditarium esset absurdum, quia est effectus adęquatus suę causæ, sequitur, vt nulla sit habenda ratio distinctionis inter feudum hæreditarium, & mixtum, nam fræquentior est opinio Bart. in l.gallus §. etiam col. 2. de liber. & posthum quam sequuntur inibi Bald. Imol. Alex. Soccin. & alij,
193 qui voluit † dictionem (HAEREDIBVS) adiunctam verbo filijs, stare augumentatiuè, ita vt debeatur relictum HAEREDIBVS, qui non sunt filij, quia
194 regula, quod † copula requirit concursum plurium copulatorum, limitatur, vt non procedat, quando plures qualitates non copulantur respectu vnius subiecti tantùm l. 2. ff. de condit. instit. Peregr. de iure fisci art. 32. num. 18. & Ioan. Borcolt. in repet. cap. 1. quæ sint regal. num. 89. vbi declarat, quod quemadmodum expressio pro filijs in inuestitura facit venire omnes filios vt filios, ita expressio PRO HAEREDIBVS facit venire omnes descendentes, vt hæredes, ad quod etiam adducebantur, quæ tradit Cæsar Manent. cons. 41.
195 num. 16. 17. & 18. Imò vbi † verbum HAEREDES, secundum subiectam materiam est intelligendum de filijs, & nō de extraneis, si simpliciter fuit prolatum absque verbo filijs debet intelligi de filijs, & hæredibus, secundum Bart. in l. iuris iurandi § si liberi ff. de oper. libert. quem idem Camer. allegat, & Couarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 17. num. 3. & 4. hanc etiam sententiam comprobari dicebatur auctoritate Hartman. Pist. qui in lib. quæst. feud. quæst. 3. num. 57. dicit receptiorem esse hanc opinionem, & ab Andr. & bonis feudorum magistris, & qui rectè feuda intellexerunt fuisse amplexam tanquam veram, & certissimam, & quod alij, qui in contrariam sententiam cum Dec. abierunt, vel deceperunt, vel decepti sunt, tanquam minus versati in feudorum cognitione, & perfunctoriè, & absque speculatione, ita dixisse, & quindecim rationibus hanc partem validè confirmat.

Quod etiam corroborari dicebat auctoritate Arij Pinelli in l. 1. C. de bonis mater. par. 3. num. 87. vers. ea tamen discordia, vbi sic ait, *potest conciliari, vt feudum non dicatur prorsus hæreditarium, nec omninò familiare, seu ex pacto, & prouidentia, potiusque appelletur mixtum, quasi de utroquè participans, quia ad tale feudum non admittetur extraneus hæres, descendens autem, vel agnatus, qui tantùm tunc admittuntur, non possunt hæreditatem repudiare, feudum verò retinere, ex dict. cap. 1. an agnat. vel filius.*

Inde fit, vt cùm omnes feudorum interpretes tàm exteri, quàm vtriusque Sicilię Regni in hoc conueniant, vt successor in hoc feudo, quod mixtū aliqui appellant teneatur esse hæres, cùm ad illius successionem peruenire non possit, si hæreditatem repudiet, sequitur, vt pro ista opinione sit pronunciandum, cùm etiam ex hoc superuacuum sit appellari feudum mixtum, quod optimè Neapolitani vocarunt hæreditarium.

His respondebatur pro parte D. Marianæ, dicendo, ipsam nō impugnare nec dubitare, quin verbum PRO HAEREDIBVS operetur, vt ille, qui vult venire ad feudum, teneatur esse hæres, sed ipsam affirmare, per clausulam IVRIS FRANCORVM esse restrictam illam latitudinem verbi *hęredis*, ita vt licet teneatur esse hæres, non tamen per hoc destruatur qualitas illa pacti, & prouidentiæ, quam inesse supra probatum est, & per quam omninò primogenitus, siuè filius, siuè agnatus, debet admi-

admictit; ità vt feudum non possit exire à manu primogeniti, nequè possit feudatarius dare secundogenito, vt ex doctrin. Andr. in cap. 1. §. omnes filij nu. 2. si de feud. fuer. controuer. est confirmatum supra, dùm fundamenta istius opi-
196 nionis iacta sunt. Nequè obstare, † quod Neapolitani sequuti fuerint opinionē, quod feudum habens istam clausulam sit hereditarium, nàm alij DD. eiusdem Regni, auctoritate, & doctrina non inferiores Loffred. & alijs citatis contrariam amplexati sunt opinionem, vt habetur ex Afflict. in cap. 1. §. hoc quoque num. 7. de success. feud. & Capyc. in inuest. verb feudorum genera, pag 238. in vers. ex pacto, & prouidentia, vbi dicit: *& nihilominus quamuis datum sit sub mentione hæredum, & sic videatur, quod is qui succedat debeat esse hæres, tamen quia primogenitus excludit alios, dicitur habere ex pacto, & prouidentia*, (& postea subdit) *& dixit mihi D. Matth. de Affl. magnus feudista, quod antiqua Neapolitanorum DD. Iuris prudentia, ita firmabat, & quod ipse habuit hoc à D. Antonio de Alexandr.* & sic antiquis temporibus constat tàm Neapolitanos, quàm Siculos, idem sentijsse, &
197 † in quæst. disputabili attendendam esse opinionem frequētiori calamo admissam, stantibus præsertim rationibus, quarum meminit D. Consiliar. Georg. alleg. 19. Qua ratione sic stante dicebatur, non refragari Decisiones Regni Neapolitani, Afflict. decis. 140. & Dñi Præsiden. de Franch. decis. 1. & alias multas, quia illę nō excedunt fines Regni Neapolitani, in quo recepta est hæc opinio, cùm contraria admissa sit in Regno Siciliæ, vt latè dictum est in fundamentis pro D. Mariana adductis, qua de re in hac materia feudali non potest tradi certa, & generalis regula, quæ cōprehendat omnes Regiones, quia cùm hoc ius consistat in consuetudinibus, quælibet Prouincia vnam, aut alteram opinionem admictit, secundùm quod melius illi conueniat, & ingenia illius Prouinciæ recipiunt, ideoq; non est mirum si DD. Theutonici, & Lombardi aliter senserint, quàm Neapolitani, & Siculi.

Et licet D. Antonij partes tuentes affirment tàm Siculos, quàm Neapolitanos in vnum venire, vt teneatur successor hęreditatem adire, non tamen est vera consequentia, quod reguletur feudū à qualitate hæreditaria, cúm potius, vt supra dictum est reguletur à primogenitura, quàm à qualitate hæreditaria, quemadmodum dicimus in filio, qui licet teneatur esse hæres, tamen confecto inuentario feudum retinet, vt habetur in cap. 1. an agnatus, & eadem ratione moti dixerunt Pern. & alij Peritissimi Siculi, feudū istud esse mixtum, nàm respectu clausulę IVRIS FRANCORVM retinet naturam feudi inalienabilis, ex quo ab initio contractus succedunt agnati ex propria persona, & insimul tenentur esse hæredes, non tamen teneatur habere ratum factum defuncti respectu feudi confecto inuentario.

Secundò, pro parte D. Antonij di-
198 cebatur † dictionem (HAEREDIBVS) in inuestitura appositam absq; alia adiectione efficere feudum hęreditarium simplex apud Siculos, vt quando est dictum *tibi, & hæredibus tuis*, quod testatur Petrus de Greg de concession. feud. par. 2. q. 9. vbi num. 5. dicit, omnia feuda in Regno Siciliæ esse hæreditaria, attenta forma Cap. volentes, sed ad hoc, vt feudum sit ex pacto, requiri aliā clausulam restringentem latitudinem dictionis PRO HAEREDIBVS, nàm licet clausula PRO HAEREDIBVS deberet intelligi pro filijs, ex reg. tex. in c. 1. §. & si clientulum, de alien. feu. patern. vt dicit inibi Andr. per glos. in l. si quis Titius ff de vsufr. & Afflict. in Constit. vt de success. num. 68. requiruntur tamen alia verba restrictiua, ad hoc, vt dicatur feudum ex pacto, nempè quod sit concessum *pro se, & hæredibus ex corpore*, cum clausula IVRIS FRANCORVM,

199 quia † illa verba EX CORPORE non faciunt feudum pactionatum, vt dicit Pet.de Greg.de concess.feud.p.6. q.1 t.num.4. nàm (vt ipse tradit) DD. aliqui affirmauerunt feudum ita cõcessum esse hæreditariũ,licet Milanen.decis.7.num.3.lib.1.ex Socc.Iun.cons.72. num.13. vers. hoc etiam, & num.28. volum.j.dicat communem esse opinionem in contrarium, & per consequens cùm in hac inuestitura adsit tantum clausula IVRIS FRANCORVM,non erit feudum ex pacto,sed hereditarium, quia sola ista clausula IVRIS FRANCORVM nõ alterat naturam feudi hæreditarij, cùm receptissimum sit apud omnes,feudum peruenire debere ad hæredes sanguinis, sed tantum(vt supra dictum est) dat formam inter ipsos successores,hoc est, vt succedat primogenitus exclusis alijs, & masculus præfera-
200 tur fœminæ, † non tamen tollit quod non teneatur esse hæres, qui vult feudum capere. Ad quod adducebatur doctrina Pet.de Greg.qui sæpius cit.tract. de concess feud. par.4. q.14. num.14. sic ait. *Quod si facta fuerit concessio feudi Titio, & hæredibus suis simpliciter, vel Titio, & hæredibus de corpore suo legitimè descendentibus,ita quod viuant iure Francorum, tunc necessariò masculus, vel primogenitus tenebitur in feudo succedere, vt hæres vltimi morientis, quia vbicunque in concessione feudi ponitur verbum hæredibus,ita quod viuant iure Francorum,& sic vocantur filij,vt hæredes, ita demum debetur successio feudi filio,si est hæres, ex quo concessio requirit vtrumque, quod sit filius, & hæres, ita in indiuiduo dixit Bart.in d.l.vt iurisiurandi §.si liberi in 1.colu. vers.prædicta puto vera ff.de oper.libert. per tex. in §. emphyteusim verò in auth, de non alien. & licet etiam hoc casu concessio feudi dicatur ex pacto,& prouidentia concedentis, propter appositam clausulam iuris Francorum, vt dixi supra in 3. quæst. huius 4.par. tamen quia hic masculus, vel primogenitus vocatus ex forma primæ concessionis, non potest succedere citra ius,& nomen hæredis,poterit dici quodãmodo feudum mixtum.* Hęc Petr.de Greg.ex qua doctrina habemus feudum istud esse ex pacto in genere, & non in specie, quia successio hæreditaria prouenit ab ipsa inuestitura, & prout ex tunc, vt in proprijs terminis loquitur Cannet.in cap. volentes § sed quid si fuerit additum fol.50. nu. 17. vbi ait. *Hæres eo casu non perdit naturam propriam in ipsis descendentibus, nam descendentes,qui comprabenduntur sub illo verbo hæredes vocantur non ex pacto, & prouidentia Principis specifica, sed in genere vocantur hæredes, quia ex dispositione, & natura feudorum, non vocantur alij hæredes, nisi descendentes, ideo dicitur feudum merum, hæreditarium,*& sic dicebatur non esse bonam consequentiam, feudum defertur ex prouidentia Superioris,ergò non defertur iure hæreditario,qa imò eo iure deferri probatur in c.j.de gradib success.

Sed huic oppositioni respondebat D Mariana, dicens, non esse veram cõclusionem partis,dùm asserit vltra clausulam EX CORPORE esse necessariam clausulam IVRIS FRANCORVM, nec illã sufficere,si apponatur clausula PRO HAEREDIBVS, q1 licet Pet.de Greg. p.4.q.14.num.14. alleget Soccin.cons. 19. dicentem, quod quando confessio facta est pro se, & hæredibus de suo corpore legitimè descendentibus, ita quod viuant iure Francorum, filius masculus, vel primogenitus succedet in feudo,non iure successionis, sed titulo proprio, & sic ex pacto, & prouidentia,prout sonant eius verba, non per inde sequitur,q vltra clausulam IVRIS FRANCORVM sit necessaria alia clausula EX CORPORE, vel similis, quia neque Soccin. dixit, neque Petr. de Gregor. qui illum citat, immò Petrus de Gregor. contrarium inibi videtur affirmare,qui num.23. dum asserit verbum *hæredes* debere intelligi de filijs secundum ius commune, postea subdit, *& sic intelligo de hæredibus de suo corpore legitimè descendentibus, prout fuit* con-

concessio Regni facta per Sanctam Romanam Ecclesiam Regi Carolo Primo, tunc in feudo filij uocati ex forma concessionis sunt facti haeredes statim ipso iure concessionis, & ipsa Principis concessione, non autem fiunt haeredes iure successionis ex testamento, uel ab intestato, ex quibus verbis habemus non solum Petrum de Gregor. hoc non dixisse, sed nec cogitasse dicere, immò idem ipse Petr. de Gregor. p. 2, quæst. 8. dùm declarat qualiter cognoscatur feudum ex pacto, & prouidentia, hoc non dicit, sed ad omnem tollendam dubitationem dicebatur, eundem Petrum de Gregor. d. par. 4. q. 14. nu. 15. affirmare
201 † feudum pro se, & hæredibus cōcessum cum clausula IVRIS FRANCORVM habere naturam feudi ex pacto, & prouidentia cuius verba sunt, quæ sequuntur, *poterit dici quodammodo feudum mixtum, scilicet partim hæreditariū, quatenus concesio dictat pro se, & hæredibus, & partim ex pacto, & prouidentia concedentis, quatenus dicitur, ita, quod uiuant iure Francorum, & eo casu tota concesio denominationem assumet à potentiori, ut in totum dicatur concesio ex pacto, & prouidentia concedentis.* Hęc Petr. de Greg. ex cuius dictis constare dicebatur expresse in feudo habente clausulā IVRIS FRANCORVM pręualere qualitatem feudi ex pacto, & sic cū iure proprio filius veniat ad feudum, nō tenebitur habere ratū factum defuncti,
202 si confecerit inuētarium, nàm† hæres cum beneficio legis, eatenus tenetur habere ratum factum defuncti, quatenus est in hæreditate, vt ait D. Præsidens de Franchis decis. 83. nu. 3. quod verificari cùm possit in hęreditate vltimi morientis, non est opus, vt verificetur in hæreditate primi acquirentis. his addebant, quod si ad exemplificationē feudi ex pacto, & prouidentia, sufficit, quod feudum sit datum pro se, & filijs, ex Andr. in c. 1. §. hoc quoque de success. feud. idem operatur clausula IVRIS FRANCORVM, quę non potest verificari nisi in filijs, ex vi primogenituræ.

Et ad assumptum, quod sumitur ex Petr. de Greg. d. quęst. 14 nu. 14. quod
203 scilicet † in feudo PRO HAEREDIBVS cū clausula, VT VIVANT IVRE FRANCORVM teneantur succedere, vt hęredes vltimi morientis, & per consequens sit feudum hæreditarium, & quod illa verba Petri de Gregor. ibi, *& licet etiam hoc casu concesio feudi dicatur ex pacto, & prouidentia concedētis,* debeāt intelligi de feudo in genere, & non in specie, & quatenus nō esset hæreditarium apertè, & manifestè, esset tamen dubium, & ꝑ consequēs deberet habere ratum factum defuncti. Respondebatur Petr. de Gregor. dùm dicit, primogenitum succedere vti hęredem vltimi morientis in feudo, in quo adest clausula PRO HAEREDIBVS bene dicere, quia, vt superius diximus, certum est successorem in hoc feudo mixto non posse feudum retinere, & hæreditatem vltimi morientis repudiare, sed teneri aut totum repudiare, aut acquirere, & in hoc casu huiusmodi successorem duplici hæredis titulo munitum esse debere, altero quidem sanguinis, quo poterit feudum, vt hæres primi acquisitoris acquirere, altero verò iuris ciuilis, quo tenebitur adire hæreditatem vltimi morientis; sed non per hoc teneri ad onera hæreditaria, nec habere ratum factum defūcti, quoad alienationem feudi, nec feudum effici hæreditarium, prout habetur in quæst. in fine huius decisionis posita, quia cùm intentio Principis cōcedentis fuerit, vt in feudo isto succedant primogeniti descendentes à primo acquirente, si veniret tanquam hæres, & teneretur habere ratum factum defuncti, esset contra intentionem concedentis, vt considerauit Cannet. in d. cap. volentes in §. sed magna fuit nu. 52. fol. 58.

Tertio pro D. Antonio addebatur prędictis hanc dictionem (HAEREDIBVS) pluries in inuestituris fuisse appositam; nàm in inuestitura facta Ioanni de Rainerio tribus vicibus fit mentio hęredum, & pluries in inuestitura facta

Ioan-

Ioãnutio de Pactis,ex quo dicebat fundari in feudo isto adesse qualitatem hęreditariam, ad quod probandum allegabat Aduocatus partis Olascum de-
204 cis.23. nu.33. vbi voluit † prçualere qualitatem hæreditariam,quia in inuestitura quinquies facta erat mentio hæredum, & voluit Menoch cons.987. & plura alia de geminatione adducuntur per Armengol. sect.1. art.1.nu.407. & seq.eo magis, quia cùm verbo (HAEREDIBVS) adest etiam verbum IN PERPETVVM †,quod adiunctum verbo HAEREDIBVS est ampliatiuum, & fortificat qualitatem hæreditariam, & facit feudum in forma largiori, quia est extensiua in infinitum, vt compræhendat etiam hæredem extraneum,quę sunt verba Pet.de Greg.p.4.q.3.nu.13 qui allegat Pern.cons.4. nu.9. vers.sed facio dubitationem nu.19. & idem voluit cons.12.nu.3.& voluit Intrigl. de feud.cent.1.quæst.49. num.20. Nàm
206 quemadmodum † si sunt vocati ad fideicommissum,vel maioratum filij addita dictione *perpetuò*, vel *semper*, magis communiter recepta interpretatio est,quod succedant in infinitum filij, vt probat.Molin.de Hispan. primogen.lib. 1.cap.3. num.23. pari etiam ratione, si dictum fuerit, quod succedant hæredes in perpetuum,idem enim est,ac si fuisset dictum,quòd transeat de hærede in hęredem,sinè temporis præfinitione,& sic quod successio hæreditaria perpetua esset,vt respõdit Tib.Decian.resp.107. n.3. vol.3.Ad quod facit decis.Osach. 161.num.1.& cons.7.num.16. vbi concludit,feudum concessum pro se, & suis filijs masculis,effectum fuisse hæreditarium ob clausulas *ad habendum*, & *annuam praestationem*, cùm igitur ex parte qualitatis hæreditariæ adsint dictio *haeredibus*, & dictio *in perpetuum*, clausula *ad habendum*, & aliæ supradictæ, & ex parte feudi ex pacto adsit tantum clausula IVRIS FRANCORVM, videtur dicendum magis pręponderare qualitatem hæreditariam, quàm qualitatem ex pacto,quo argumentandi modo vtitur Decian. resp.3. num.179. vol.4.

Sed prædictis respondebatur pro parte D. Marianę, conclusionem esse veram, quod geminatio, & triplicatio enixam Principis voluntatem ostendit, verùm hæc conclusio procedit, quando Princeps intendit hoc facere: sed non quando ex formula scripturæ, necessarium est illa verba duplicare,nec ꝑ hoc sequitur, vt voluerit alterare naturam clausulæ IVRIS FRANCORVM, prout in casu isto,& in contrariũ adducta procedunt, vbi ex geminatione verborum Principis, eius voluntatem colligere volumus,quod hic cessat, non enim negatur,volentem succedere in feudo debere esse hæredem, sed negatur præualere qualitatem hęreditariam qualitati ex pacto, & prouidentia, vt supra sæpius dictum est.

Item verbum illud HAEREDIBVS esse repetitum ante clausulam IVRIS FRANCORVM, quæ si esset sufficiens ad restringendum idem importat,quod semel atq; iterùm fuisset dictum. Item, quod,& supra dictum est pluries, cùm verbũ HAEREDIBVS ex primordiali feudorũ initio ꝑ filijs sit intelligẽdum, sequitur,vt hæc hæredis sæpius repetita mẽtio restricta sit per clausulam IVRIS FRANCORVM ad feudum ex pacto, & prouidentia. Et ad id, quod dicitur de dictione *in perpetuum* respondebatur ex traditis per Petr. de Greg. par. 4.quæst.3.num.13. per partem allega-
207 tum,qui voluit, quod licet † verbum *in perpetuũ* sit extẽsiuum, vt dictum est, illud tamen nõ procedere,quãdo est addita clausula IVRIS FRANCORVM, cuius verba hæc sunt,*Tamen quãdo huic formæ concessionis est addita clausula* Iuris Francorum,*tunc vbi feudum, quod prius erat haereditarium, modò fit ex pacto,& prouidẽtia,ita formaliter Pern. d.cons.7.& in 1.& 2.car.& eo casu uerbum in perpetuum non alterat naturam, & qualitatem uerbi haeredis, quod propter d.clausulam* Iuris Francorum *ad haeredes sanguinis est restrictum, &*

pa.lò

paulo post inquit: *& per consequēs sumpta denominatione à potentiori tota concessio dici poterit ex pacto, & prouidentia concedentis*, & hæc deseruiunt etiam ad probandum, quod supra diximus.

Quarto pro parte Don Antonij ad huius articuli decisionem adducebatur consuetudo succedendi in hoc feudo interpetratiua, & obseruatiua, ex qua expresè habemus esse feudum improprium, in eo enim successit Macalda vxor Bartolomei de Asinolis, viuente Bartholomæo eius fratre primogenito, qui illud in dotem dedit prædictę Macaldæ cum Regia confirmatione, quod expresè repugnat naturæ feudi ex pacto, & in quo succeditur secundum ius Francorum, quia si Bartholomæus erat primogenitus, quomodo dedit in dotem Macaldæ, quæ erat secundogenita, & fœmina, vt dicit Bald. conf. 108. num. 3. lib. 1. Crauet. conf. 822. num. 6. in fin. Mattiens. ad l. 6. tit. 10. glos. 2. num. 23. lib. 5. nouæ recollect. & alij per Rosent. citati de feud. cap. 9. concl. 9. & concl. 15. successit etiam in dicto feudo Margarita de Asinolis, quo tempore pretēditur ex parte Actricis, Ioannem de Pactis reperiri in æquali gradu, quo nihil magis naturæ feudi ex pacto cōtrarium esse dicebatur, cap. 1. §. ad filias de success. fratr. cap. 1. an mutus vel al. imperfect. cap. 1. §. quin etiam Episcopum, vel Abbat. cum concordantibus, & alijs adductis per Marium Mutam super cap. Regis Iacobi 22. nu. 22.

208 Et quamuis aliqui dubitauerint † an possit introduci consuetudo succedendi in feudis in aliqua familia, vt Angel. in l. fin. col. 2. C de testam. Alex. in l. si non speciali post med. vers. sed an illud C. eod. Ias. in l. si quis à filio §. vlt. col. 2. vers. adde fortius de leg. 1. Ruin. conf. 108. col. 1. vers. Præterea lib. 2. communis tamen sententia est, vt possit, quàm tenet Imol. in l. 3. de testam. vbi Angel. Ias. in l. omnes populi nu. 24. de Iust. & iur. Paris. conf. 26. nu. 97. lib. 2. & conf. 72. nu. 2. lib. 4. Boer. dec. 155. n. 29 Tiraquel. de iure primogen. quæst. 16. num. 4. & 7. Menoch. conf. 251. nu. 18. & 443. num. 59. 104. num. 22. 202. nu. 72. Molin. de primogen. Hispan. l ib. 2. c. 6. Aluar. Valas. tom. 2. consult. 132.

209 num. 20. & 21. vbi concludit † per duos actus, & transcursum 40. annorum fieri rem feudalem, vel maioratum omninò alienabilem, & multò magis, si tempus immemorabile fuerit transcursum, vt probat Surd. in tract. de alim. tit. 2. quæst. 15. num. 28. vbi, quod stante consuetudine poterit alienari feudum, interueniente beneplacito Principis, sine consensu agnatorum, vt tradit Intrigl. de feud. cent. 1. quæst. 53. n. 42. vsque ad nu. 57. ad quod faciunt multa, quæ adducit Armengol. d. sect. 1. art. 1. num. 421. vsque ad num. 435.

Huic oppositioni respondebatur pro parte D. Marianę, in huius feudi successione nō posse allegari consuetudinem obseruatiuam, & interpetratiuam, nàm dùm id primo fundare intenditur, ex quo successit Macalda soror Bartolutij, cui fuit datum in dotem feudum Placę, respondetur, non esse verum in facto habuisse effectum illam donationem, quia Macalda petijt inuestituram post mortem fratris, qui decessit sine hærede, secundo quatenus esset vera in facto partis assertio, dicebatur, quod

210 † licet feudum non possit dari in dotem, quod intelligitur, quando datur extimatum, vt dicit D Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. sup. dot. num. 4. tamen tenebit datio, quoad pecuniam, & pro ea dabitur retentio feudi, lucrabitur fructus, & remanebit retentio firma, donec pecunia soluatur, vt dicit idem D. Regens de Ponte loco.

211 cit. & † feudum licet sit ex pacto potest alienari durante vita feudatarij, cū assensu, quia potest sibi præiudicare. Potest etiam refutari in proximè successurum, tempore refutationis, vt tradunt DD. in cap. 1. §. & si libellum de alien. feud. pater. & diximus in tit. de refut. feud. ad prag. 14. Marchionis de Mondejar, & cùm Bartholomæus non habuis-

habuiſſet alium magis proximum,quàm
Macaldam eius ſororem, licitè potuit
refutare feudum Macaldæ eius ſorori,
ſic etiam reſpectu ſucceſſionis Marga-
ritæ, nulla inde poteſt ſumi obſeruatio,
quia Ioannes de Pactis,licet eſſet frater
conſobrinus Margaritæ,non tamen erat
filius primogeniti, & ſic durante linea
primogeniti non poterat admicti ad
ſucceſſionem Ioãnes de Pactis,qui vtiq;
non cõſenſiſſet,vt ſuccederet Margari-
ta,ſi ille fuiſſet in gradu, quo potuiſſet
excludere illam, & licet ex facto huius
cauſæ non eſſet neceſſarium reſpondere
iis, quæ in iure allegabantur circa vali-
ditatem conſuetudinis inducentis mo-
dum ſuccedendi in aliqua familia,tamẽ
212 ad vberiorem cautelam dicebatur †
opinionẽ aſſerentium,valere huiuſmodi
conſuetudinem, non eſſe ſine contradi-
ctore, vt ex Molin. habetur de primo-
gen.Hiſpan.cap.6.lib.2. vbi contrariam
ſequitur,quæ procedit eo magis in feu-
dis,in quibus attẽto communi feudorũ
iure,ac Regni,nulla valet diſpoſitio cir-
ca res feudales,& ſic doctrinæ,quę pro-
cedunt,in cõſuetudine ſuccedẽdi in ali-
qua familia, non habent locũ in feudis,
& licet Andr.allegetur pro opinione, q
valeat, in cap. Imperialem in §. pterea
Ducatus nu.37.de prohib.feu.alien.per
Fed.non tñ id affirmauit Andr.ſed cõn-
ſuetudinem viuendi ſecundum morem
Francorum probari, quod in illa fami-
lia primogeniti ſucceſſerunt ad exclu-
dendũ illum, qui vult ſuccedere ſecun-
dum ius Logobardorum, ex quo tranſ-
fertur onus probandi in aduerſarium,
& licet Antonius Capyc.in inueſt.feud.
verb. feudorum genera in verb.iure
Francorum verſ.ex dictis per Andr.fol.
220. vbi diſputat articulum iſtum, ad-
ducat multas auctoritates, & rationes,
quibus fundare intendit, non valere
huiuſmodi ſtatuta,in fine tamen ſubdit,
ex dictis per Io. Andream ad Speculat.
tit.de feud.in rubr.verſ.non omittam
hoc intelligi, dummodò in ſtatutis ad
fuerit ſcientia, & patientia ſuperioris,
item, quia auctoritates,quas ipſe alle-
gat reſpiciũt potius conſuetudinem lo-
ci,vel prouincię,quàm familiæ. Et tan-
dem dicebatur hoc argumentum retor
queri contra partem, cum ſatis benè
probatum ſit in hoc feudo ſucceſſiſſe
primogenitos,tàm ante quàm peruene-
rit ad Ioannutium, quàm etiam poſt-
quam ad illum peruenit.
213 Quinto dicebat D. Antonius † qua-
litatem hæreditariam fundari in clau-
ſula ad habendum,& vendendum poſi-
ta in donatione Margaritæ, ex quo fit,
vt vigore illius teneat diſpoſitio facta p
Ioãnutium in perſonam Antonij eius fi-
lij, ex traditis per Bar.in l.qui Romæ §.
duo fratres, vbi Scribentes de verb.obli
gat. vnde cùm actrix ſuam fundet in-
tentionem in donatione prædictæ Mar-
garitæ, & à Ioanne confirmata, ſequi-
tur, vt teneatur approbare dictam do-
nationem, & inueſtituram, cum omni-
bus eius clauſulis,abſque eo,quod poſſit
diuidere,&in parte vti,& in parte non,
probatur in l.nam abſurdum de bonis
liber.& in l.neminem de leg.2.& l.con-
tra iuris §. filius familias ff. de pactis
vbi Bald.dicit. quod is cui ex contractu
aliquid quæritur, debet illum accepta-
re,cum omnibus pactis,clauſulis,& qua
214 litatibus, & quod † is qui pro ſe con-
tractum agnoſcit, debet etiam contra
ſe illum cognoſcere, quàm regulam
exornat Tiraquel.de contract.conuent.
nu.2.in fin·Simon de Petr.de interpetr.
vlt.volunt.lib.5. dub.4. nu.66. fol.541.
215 Surd.cõſ.60.n.12.ex quo fit vt † ſtã-
tibus dictis clauſulis à Rege confirma-
tis,perinde haberi debeat,ac ſi diſpoſi-
tiue a Rege fuiſſent appoſita in inue-
ſtit.vt trad.D.Franciſcus Antonius Vil-
lanus in eius reſp. feud. poſt Cannet.
num.15.& 16.Milan.deciſ.7.num.24.
Roſental. concl.7. cap.4. num.2.& per
conſequens ſtante dicta confirmatione
Regia ceſſare diſputationem inter DD.
an requiratur nouus aſſenſus domini,
quando virtute illius pacti vult aliena-
re, pluribus affirmantibus omnino re-
quiri,vt per Rub.conſ.110.n.6.& alios
adduct. per Bertazol. conſ.73.nu.15.

216 Ex

216 Ex quibus dicebatur, ꝙ † cùm idem importet clausula AD HABENDVM, &clausula ET QVIBVS DEDERIT, ex Pet.de Greg.de conceſſ feud.p.8.q.14. nu.6.videtur immutata omnis primæua natura feudi,& per conſequens,feudum effectum alienabile in quoſcunque, vt poſt Bart. in l. qui Romę §. duo fratres quæſt.8 tradunt Beccius conſ.88.n.11. & ſequent, & communem dicit Burſat.conſ.4.num.3.volum.1.D.Reg. Lanarius conſ.6.num 9. Peregr. de fideicom.art.52.nu.38. vbi ex tex.in cap.1. de feud.non haben.prop.nat.feud dicit
217 † feudum vigore huius clauſulæ poſſe alienari ignorante Domino,& ſequũtur alij adducti in allegat, Armengol,ſect.j. art.1.nu.351.& quod dicta clauſula ſit omnino ſeruanda,& liberam inducat diſpiſitionem,& quod vbi poſita fuit in inueſtitura, non eſt amplius curandum de forma cõceſſionis,an ſit pro filijs,ſeu pro hæredibus,cùm poſſit alienare feudũ,& dare cui voluerit, & qũo voluerit etiam irrequiſito Domino, & ſinè eius licentia,tradit Curt.Iun.conſ.115. nu. 11. poſt Bald.num.3.& Salicet,num.2. in l.fin.C.de iure emphite. Ruin. conſ. 165. vol.1. & hanc tanquam magis receptam, præſertim cùm in verbis diſpoſitionis ſit appoſita, probat Roſental. cap.9.concl.40 num.2. Menoch. conſ. 211. num. 8. licet contrariam opinionem magis communẽ dixerit Rubeus conſ. 110.nu.6, Berous conſ.44.nu.20. conſ. 103.nu.19.conſ.122.nu.22.Berta zol. conſ.73.num.15. & quod facultas ſit latè accipienda,ex Bald.in l. voluntas nu.11.C. de fideicom.not. Couarr. lib.2.variar.reſolut. cap.16.nu.2. Molin. de primogen. Hiſpan.lib.1.cap.21. num.17.eo magis, cùm ex eo reſultet vtilitas Principi,venditori, & emptori, Principi,quia habet decimam pro alienatione feudi, venditori, quia liberam conſequitur facultatem diſponendi de feudo,& emptori ſecuritatem,vt cõſiderat Cum. in extrauag. ſi aliquem verbo antiquis nu.194.verſ.10.& vlt.

Ex his dicebatur limitari concluſio-
218 nem†, quod non valeat alienatio feudi,quia non procedit,quando data fuerit licentia diſponendi, vt ex Marin. Frec. de ſubfeud. lib. 3. de differ. inter feud.ex pacto,& hæred.diff.6.tradit Intrigl.de feud.cent.1.quæſt.51.nu.87.&
219 quod†dicta clauſula AD HABENDVM faciat licitam alienationem, & vincat naturam pacti, & prouidentiæ, à fortiori debeat id operari in feudo mixtæ formæ, in quo adeſt verbum HAEREDIBVS, prout in ſpecie reſoluit Cacheran. deciſ.164.num.16.verſ. nec obſtat Peregr.de fideicom. art.48. & ſeq.Menoc.ita conciliãs DD.varietates conſ.61.num.26.& conſ.541.nu. 11. eo magis ſi eſt facta in perſonam compræhenſam in inueſtitura, probat Roſent.cap.9.concl.40.num.7.& 13.& Peregr.d.conſ.7.nu.15.& 16.tanto magis,ſi alienatio fiat in filium,ex regula, quod facilior eſt poſtergatio ætatis, quàm gradus(vt ſupra dictum eſt)quod eo magis procedit, quia clauſula fuit appoſita, nè dum in inueſtitura Ioannis de Pactis, ſed etiam in inueſtitura facta
220 Antonello,quia repetitio, † & geminatio talis clauſulæ in pluribus inueſtituris clariorem indicat voluntatẽ Domini,ac vaſſalli, & agnatorum conſentientium,gloſ.in authen. vt nulli in iudicum in §. & hoc vti iubemus verbo iuſſio,cum alijs adductis per Dec. conſ. 534.num.3.& conſ.137.num.1.in fin.

His reſpõdebat D.Mariana ingens de materia huius clauſulæ AD HABENDVM ſatis abundantèr dictum eſſe in tertio articulo,dùm per iſtam clauſulam intẽdit D.Antonius probare eſſe effectũ
221 feudũ nouum,ſed pro nunc†clauſulam prędictam eſſe intelligẽdam,vt non deſtruat totam naturam feudi,ſi poteſt locum ſuum habere, conſeruando ſubſtãtiam, & ideo dicebatur,iſtam clauſulam operari, vt alienatio feudi ex pacto valeat reſpectu alienantis, non autem in præiudicium vocatorum ad feudi ſucceſſionem, tradit Petrus de Greg.p.3. quæſt.

quæſt.6. nu 9. verſ. infero etiam aliud
222 item, quia † eſt de clauſulis,quę apponi ſolent in contractibus à Notarijs, & Cancellarijs, per quas nullũ ius tribuitur, vt latius eſt à nobis dictum infra in deciſ.Ciuitatis Regalis,quæ eſt deciſ.5.

& ſic pariter non obſtare, quod Marin. Frecc. & Intrigl. pro contraria parte allegati affirmant, quia illorum dicta ſunt intelligenda in feudo hæreditario, non autem in feudo ex pacto, prout iſtud eſſe dicebatur, & dùm hæc clauſula poteſt ſuum ſortiri effectum, etiam in feudo ex pacto, & feudum non mutare naturam,ſequitur,vt potius debeamus interpretari ſecundum iſtum intellectum,per quem feudi natura non mutatur, quàm per illum,qui feudi immutat naturam, & ſic poſſunt ſtare ſimul vt feudum habeat naturam pacti, & clauſula AD HABENDVM aliqd operetur,dùm(vt ſupra fũdatum eſt)id efficiat clauſula IVRIS FRANCORVM, vt ſolus primogenitus ſuccedat, iſque poſſit a lienatum feudũ vendicare,cùm
223 † etiam in feudo mixto, quod hæreditarium Neapolitani appellant, ſi primogenitus ſit pręteritus, vel feudum alijs relictum, poterit primogenitus illud auocare, tradit Camerar. in cap. 1. an agnatus quæſt.14. quem ſequitur D.Reg.de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ.Reg ſuper dotib.§.3.nu.18.

Et tandem dicebatur, clauſulas prædictas fuiſſe appoſitas in donatione Margaritæ, non autem in aſſenſu, Regis,& quãuis aſſenſus cõfirmet donationem, & per conſequens clauſulas, vt pro parte D. Antonij arguitur, tamen
224 verum eſt † non cenſeri, voluiſſe Regem præiudicare ſucceſſoribus,ex reg. tex.in l.2.§.merito, & §.ſi quis a Principe de aqua quot. & æſtiua, imò etiam ſi voluiſſet non potuiſſet nouam formam inducere, & veterem mutare, vt latius infra dicetur in tertio articulo.

225 Septimo dicebat D. Antonius† alienationem feudi hæreditarij cum Regis aſſenſu validam eſſe,etiam ſi fiat in extraneum,vndè ſequebatur multò magis validam eſſe, ſi fieret in aliquem de compræhenſis in inueſtitura,quod pluribus iuribus, & auctoritatibus confirmatur,& primo ex tex.in c.1.§.ſed etiã res vbi gloſ.verb.proximiori, per quos fiat inueſtitura,cap.1.poſt princ. verſ.& licet de alien.feud.pater. & c.1.§. præterea de prohib. feud. alien. per Federi,Bar.in l.qui Romę §. duo fratres q.9 ff.de verb. obligat. Bald. in l.voluntas num.3.C.de fideicom. Mart. Laud. & Cardinal.Alex.in cap.1.§.ſi Titius ſi de feud. fuerit controuer. Menoch. conſ. 158.num.88. & conſ.155.num.82. allegati per Armengol in reſp.huius cauſæ ſect.1.art.1. num.241. cuius concluſionis eam DD. aſſignant rationem, quia
226 † non videtur alienatum, quod eſt in agnatorum corpore conſeruatum, vt ait Bald.in conſ.300. vol.2. & nihil intereſt Domini, quod feudum transferatur in eum, qui eſt comprænhenſus in inueſtitura, & DD. loquuntur in feudo ex pacto, quod eo facilius procedere dicebatur in feudo mixto, vel hæreditario,ex Alex in l. ſi patroni in princ, nu.14 verſ. ſed tenemus ad Trebell.& conſ.19.nu 13.lib.6.Menoch. conſ.89. num.71. conſ. 104.num.15.& conſ.158. nu.65.Iul.Clar.in §. feudum q.40.nu. 2. verſ. at verò, & alij adducti per Armengol. vbi ſupra num.247. & tradit Intrigl. de feud.cent.1. quæſt.49. n.54.& ſeq.& hoc non obſtante c.1.de ſucceſ.feud.ibi,*nulla ordinatione defuncti in feudo valente, vel manente*,nã illa diſpoſitio ceſſat in feudo mixto, ſtante qualitate hæreditaria,non obſtante clauſula IVRIS FRANCORVM,& hæc tãtò magis procedere dicebatur, quando facta eſt alienatio in ſecundogenitum, qui deficiente primogenito efficitur primogenitus,Andr.in cap.1.§. hoc quoque col.2.de ſucceſſ.feud.in cap.1.an agnatus in princ.in cap.1 de alien.feud. pater, & Afflict. ad Conſtit. cõſtitutionem diuæ memorię num.8.& 9. & in Conſtit.vt de ſucceſſ.nnm.71. Thom. Marin. de generib. & qualitate feudorum

rum

rum tit. 13. de feud. iur. Francorum nu. 13. 14. & præsertim nu. 15. vbi vo-
227 luit † feudum, in quo viuitur iure Francorum pòsse à patre donari filio secundogenito, quia si potest illud alienare in extraneum cum Regis assensu, tantò magis poterit illud secundogenito donare, & idem tradit Ioa. Tho. Minad. in repet. Constit. in aliquibus in princ. num. 28. vbi voluit, valere donationem factam secundogenito in præiudicium primogeniti, cessante dolo, & fraude patris, & Cumi. ad cap. si aliquẽ verb. antiquis, quod pluribus medijs cõprobat ipse Armengol. d. art. 1. sect. 1. num. 186. & seq. Nàm si valet alienatio feudi inter agnatos, & comprehensos in inuestitura, multò magis valebit inter filios, ex tradit. per Bart. in l. 1. q. 28. ff. de rer. diuis. Nàm quando feudum est hæreditarium, non agitur de
228 præiudicio hæredis, quia † tenetur habere ratum factum defuncti, ex reg. tex. in l. cùm à matre C. de reiuend. & sic hæres alienantis nunquam reuocat, tradit Cannet. ad cap. si aliquem §. col ligitur num. 14. & 15. fol. 290. vbi probat, alienationem cum assensu valere, cùm ergo in alienatione feudi hæreditarij cum assensu omne ius hæredis extinguatur, solùm remanet interesse Regis, respectu clausulæ IVRIS FRANCORVM, quod annotarunt Frecc. de subfeud. lib. 3. de differ. inter feud. ex pacto, & prouidentia, & hæred. differ. 34. & post illum Cumi. ad Cap. si aliquem verb. antiquis num. 94. & alij per Armengol. in alleg. sect. 1. ar. 1. nu. 106. ex quo sequitur, vt stante assensu, etiam Regis præiudicium extinguatur, & sic alienatio, & postergatio firma, & valida debeat iudicari, nec aduersus eam pos-
229 sit agnatus venire, quia † quod non licet defuncto, non licet hæredi, l. Scia ff. de euict. l. venditrici C. de reb. alien. non alienan. l fi. C. de euict. ex quo est vt facta alienatione per vasallum sine assensu, feudum ad Dominum reuertatur, ad tex. in c. j. quid iur. sit si post alienationem feudi vasall. ipsum recuper. Bal. in c. 1. nu. 11. de alien. feud. in fi. & c. 1. nu. 5. de vasall. qui contra Constit.
230 Lothar. imò etiam si alienatio facta esset nulliter, reuocari non posset ab hærede, vt tradunt Bal. in cap. Imperialem de prohib. feud. alien. per Fed. num. 15. vbi Affl. nu. 40. notab. 3. Rosent. cap. 9. memb. 2. col. 73. & eod. cap. memb. 11.
231 col. 2. n. 10. & 11. & quod † generaliter renunciatio, seu quilibet actus contractus factus super feudo hæreditario cum assensu, noceat omnibus comprehensis in inuestitura, probatur in c. 1. §. laici qui success. teneant. el 1. & apertè dixit Andr. in c. 1. §. & olim num. 7. de success. feud. cum alijs traditis per Armengol. in alleg. huius causæ sect. 1. ar. 1. nu. 109.

232 Horum omnium ratio est, quia † illa forma, pro hæredibus, apposita in inuestitura non est personalis, sed realis, & sic debet afficere omnes successores, vt tradit Curt. Iun. cons. 138. nu. 24. quem sequuntur Socc. Iun. cons. 188. num. 15. Natta cons. 464. in fi. cons. 634. num. 9. lib. 3. & alij adducti à Pistor. d. q. 1. num. 72. & q. 2. nu. 16. 17. 37. & q. 14. nu. 42. Paris. cons. 4. n. 28. vers. vbi vult, & cõs. 23. nu. 164. lib. 1. Couar. lib. 2. var. resol. c. 18. nu. 3. Cannet. ad cap. si aliquem §. præmittendum est nu 82. fol. 246. & in §. defuncto nu. 12. fol. 225. vbi de cõi testatur, & in §. annotandũ nu. 28. f. 212. D. Frec. de subfe. li. 3. de differ. inter feu.
233 ex pacto, & hęred. diff. 10. ideoq; † nõ prodest inuentariũ adhoc, vt fiat separatio feudi ab alijs bonis, hoc est, ꝙ possit retinere feudũ, & dimittere hæreditatẽ, vt dicit Affl. ad c. 1. an agnatus n. 3. post And. in c. 1. §. hoc quoq; de success. feud.

Sed dicebat D. Mariana, prædicta nõ obstare; Primò, quia motiuum partis procedit in feudo mixto, in quo secundum ipsum præualet qualitas hæreditaria, non aũt in feudo, in quo ꝑualet natura feudi ex pacto, & prou idẽtia, vt dixit Pet. de Greg. de conc. feu. p. 4. q. 14 n. 15. Secũdò, id intelligi qñ alienatio fit
234 in agnatũ proximè successurũ, nã † eo casu, ẽt sine assensu valet, quia est refutatio, vt per Andr. & alios in c. 1. §. & si libellũ de alien. feud. patern. ꝙ isto casu

H dici

dici nõ poterat;nã Ioannutius habebat Peregrinũ,& ab illo Nepotes, & sic nõ erat in proximè successurum. Tertiò,si feudũ est hæreditarium,ẽt in extraneũ valet alienatio feudi cũ asśẽsu,vt est dictũ supra.Quartò,in feudo ex pacto valere posse durante vita feudatarij alienãtis,vel successoris eius,si voluerit cõsentire, vt feudũ retineatur penès eum, qui recipit,& ita esse intelligẽdos DD. & iura in contrarium allegata quæ omnia cùm supra sint auctoritatibus comprobata,non replicantur hic.

235 Et quoad id ꝙ dicitur†posse alienari in secũdogenitũ,dicebat D.Mariana iàm esse probatũ in principio huius articuli id non posse fieri, ex doct.And.in c.1.§.oẽs filij nu.2.circa med.si de feu. fuer.contr.& ita intelligi doct. Tho.de Marin.asserentis,feudũ iuris Francorum posse à patre filio secũdogenito donari, qui duobus nititur fundamentis, quorũ primũ est,quia cùm veniat vti hęres ad feudi successionẽ, nõ poterit venire cõtra factũ prędecessoris.Secundum,quia Princeps põt disponere circa successiones futuras,quæ non dũ sunt delatæ,sed deferendę: Nã aduersus illius doctrinã, dicebatur,primũ fundamentũ non sub-

236 sistere, ꝗa†filius non est hæres vltimi morientis feudum alienantis, sed primi acquirentis,ex superius deductis, & ex dictis per Surd.cons.108.cõcl.4.5.& 6. lib.j.sic ẽt dicebatur corruere sm̃ funda

237 mentũ,cùm verius sit ꝑ Principem in feudis ex pacto,vel istis mistis, in ꝗbus præualet qualitas feudi ex pacto, non posse mutare legem succedendi in præiudiciũ vocatorum, iuris ẽt in spe quæsiti,nisi publica vtilitas suadeat,ex traditis per Couar.lib.3.var.c.6.nu.7.Milan.li.j.c.8.nu.31.vers. ex ꝗbus cognoscetur,lib.2.c.7.nu.33.& li.4.c.3. n.2.

Sed his addebatur tp̃e mortis Margaritæ iàm fuisse mortuũ Ioannutiũ, & Peregrinus eius primogenitus reperiebatur proximior.Itẽ quia Ioa.Thom.de Marin.loquitur sm̃ ius Regni Neap.(prout ipse firmat d.q.13.de feu.iur.Franc. nu.10.) stante Capitulo considerantes,

238 secundum quod†feuda in Regno sunt hęreditaria,tradit Capy.in inuest.verb. feudorum genera pag.238.vers.sed nihilominus,ibi,*Nam dicit Capitulum Regni,Considerantes.*

Octauo addebat prædictus D.Antonius, donationẽ factam de feudo p̃fato Placæ in personã Antonellii,non solũ ex prędictis validam esse,sed ẽt ex cõsensu primogeniti,ac Regis licentia:Nã Peregrinellus,& Ioannes eius filius primogenitus consensum pręstiterunt donationi p̃dictæ,ille in transactione, q̃ fecit cum Antonello,iste in cõtractu ratificationis factæ post transactionem, q̃ ratam habuit; ad quod probãdum adducebatur elegans doctr. Andr. , q̃ istam causam decidere dicebatur in c.1.§. hoc quoq;

239 nu.8.de success. feud. vbi voluit†feudi alienationem valere cũ consensu primogeniti, q̃ inibi sequuntur Affl. Petr. de Rauen. verb.nota etiam, idem Affl. in c.1. § Titius filios, ver. tertius casus, si de feu.fuer.cõtr. Capy.in inuest.feu. verb.feudatariorũ filij lim.10.pag.202. & hanc conclusionem probari dicebat D. Antonius ex communi limitatione, quæ datur ad Regulam,ꝙ non põt alienari feudum in p̃iudicium primogeniti, nàm hoc non ꝓcedit quotiescunq; primogenitus consensit, vt docuit Bald.in c.j.§.p̃terea nu.2.quib.mod.feu.amitt. Natt.cons.501.nu 62.Mant.de tacit.& ambig. cõiect. lib 23.tit.27.n.3.&seq. ad ꝙ faciunt tradita per Affl.in d.c.1.§. p̃terea,& alijs locis,qui licet affirmauerit feudũ cũ clausula IVRIS FRANCORVM habere naturam feudi ex pacto, & prouidentia,& ꝑ consequens nõ possie alienari; semper tñ admisit limitationem qñ facta est alienatio cum cõsensu primogeniti; Quod eo magis pro-

240 cedere dicebatur in hoc feudo,†ꝙ est concessum ob seruitia, in quo nõ solum põt postergari ætas, sed ẽt sexus,ex dictis per Bal.in c.1.in fi. queãd. feud.ad fil.pertineat,quod ẽt dixit Fulg. cons.4. Curt.Iun.cons.j.col.15.Alb.Brun.cons. 4.nu.4.Paris.cons.4.num.42. in 1.vol. Mactien.ad l.5. tit.10. nouæ recollect. lib.5.Decia.resp.24.n.75. cui doctrinæ adstipulatur,quod licet aliqui DD.im-

pu-

pugnent conclusionem, quod dispo-sitio valeat inter comprehensos in inuestitura, illam tamen procedere dicunt,
241 †proximior agnatus, ad quem spectabat successio expresè consenserit, vt tradit Gozad. cons. 8. num. 33. ex text. in cap. 1. §. Titius si de feud. fuerit controuers. & in cap. 1. §. donare qualit. olim feud. poterat alienari, Decia. resp. 3. num. 301. Cannet. ad cap. volentes, §. & qa stat firma f. 105. & Cumi. ad cap. si aliquem verb. antiquis n. 355

Huic argumento, & præsertim doctrinæ Andreæ dicebat D. Mariana patere responsum, ex ijs, quæ dicta sunt infra art. 4. vers. sed vltra prædicta, quæ omninò erunt videnda.

Nono addebatur pro D. Antonio, hanc donationem factam Antonello validam esse, etiam ex dispositione Cap. VOLENTES, permittentis omnem alie-
242 nationem feudi, cum † per Cap. illud immutata sit natura feudorum in Regno Siciliæ nàm quemadmodum ex dispositione iuris communis feuda erant inalienabilia, cap. 1. §. donare, qualiter olim feu. pot. alien. cap. Imperialem de prohib. feud. alien. per Fed. ac etiam per Constit. Regn. Constitutionem Diuæ memoriæ, ita hodie per cap. illud est inductum, vt secundum naturam feudorum illius Regni, feuda sint alienabilia, & redacta ad instar allodialium, si fiat venditio secundum formam illius Cap. vt post Guliel de Pern. consil. 8. tradit Cannet. ad dict. cap. volentes §. stabilito num. 3. fol. 7. vbi dixit, naturam feudorum plenè mutatam fuisse per Cap. illud volentes, & idem Cannet. in §. quæro subsequenter num. 46. fol. 146. dicit, omnia feuda Regni, quantumuis habeant clausulam IVRIS FRANCORVM suscipere naturam allodialium, quod idem repetijsse dicebatur in Cap. volentes §. sed necessaria num. 41. 42. & 77. fol. 12. & 20. & in §. & cùm scire num. 10. fol. 6. idemquè affirmasse Petr. de Gregor. de concessio. feudor. par. 8. quæst. 16. titul. de iure conced. licen. vasall. alien. feud. nu. 3. 4. & 5. cuius verba hæc sunt: *& sicut olim erat regula probibitiua alienationis feudorum, ita resultat hodie in Regno regula permissiua, seu affirmatiua alienationis feudorũ, attenta dispositione d. cap. volentes*, red-
243 dens rationem, quia † sm illam extrauagantem omnia feuda præsumuntur hæreditaria, idemq; dixit Petr. de Greg. par. 1. q. 2. nu. 19. & 22. & par. 6. q. vlt. & q. 2. num. 1. & 10. dicit concessionem cum clausula PRO HAEREDIBVS facere feudum hęreditarium, iuxta clar gationem d. cap. volentes, cuius cap. auctoritate dixit doctor Armeng. qui Siculorum allegationes collegit, & ornauit in responso huius causæ in initio sect. 1. nu. 32. sublatam esse illam notabilem quæstionem, de qua inter DD. an verbum *hæres* appositum in inuestitura intelligatur pro filijs, an pro hæredibus, ijs tamen sanguinis, & adducit Cumiam in prælud. ad cap. si aliquem num. 287. fol. 48. Milan. decis. 8. num. 46. & 106. lib. 1. & quod Cap. comprehendat omnes hæredes dixit Intrigl. cent. 1. q. 50. num. 34. & nu. 44. asserit, Cap. volentes, efficere omnia feuda hęreditaria tàm in forma stricta, cùm clausula IVRIS FRANCORVM, quàm mixta, vel hęreditaria, vt etiam per Cannet. in d. §. & cùm scire, quia per illud Cap. etiam feuda in strictissima forma sunt effecta alie-
246 nabilia, ex quo infert † omnem alienationem esse validam, licet nullus interueniat assensus Regis, quia semper adest assensus legis, & Regis mortui, qa quoad Regem ipse non potest reuocare, licet agnatus reuocet, sicut etiam hodie in Regno Siciliæ nullam esse prouidentiam legis affirmat num. 46. post Camer. in respon. post Cãnet. in declar. Cap. volentes fol. 368.

Ex quibus omnibus dicebat D. Antonius, hodie non esse disputandum de hac quęstione in Regno Siciliæ, cùm vt dictum est omnia feuda sint alienabilia, & sic legitimè fieri potuisse postergationem illam in Antonellum.

Sed his pro parte D. Marianę respõdebatur, Aduocatum partis non benè percepisse mẽtem DD. per ipsum adductorum, aut seriò omisisse, quæ ipsi di-

cunt in fauorem D.Marianæ; Nàm & si verum sit, quod ipse dicit per Cap.volentes esse permissam feudorum alienationem,ita vt secūdùm naturam feudorum illius Regni sint hodie alienabilia, non tñ esse verum,ꝙ ipse dicit Cannet. affirmare ad Cap.volētes §.quæro subsequenter nu.46.fol.146. omnia feuda Regni, quantumuis habeant clausulam IVRIS FRANCORVM suscepisse naturam allodialium,non.n hoc dicit,nec dicere potuit,cū receptissimum sit apud
245 Siculos omnes†Cap.illius dispositionem procedere, forma tamen non repugnante,& ideo idē Cannet.in d.§ quæro nu.38.fol.145.dicit: *Cùm omnes dicant procedere,forma feudi non repugnante,scilicet in præiudiciū agnatorum*, imò eundem Cannet. contrarium asseruisse in d.cap.volentes §.sed magna fo.54.& in omnibus locis,vbi de materia agit,ex quo deduceuntur tres cōclusiones, qua-
246 rum prima est†feudum,ꝙ de sui natura pertinet ad consanguineos stantibus filijs virtute cap.volentes,nō posse alienari in extraneū, nàm verbum *Hæredibus* non excludit filios, quia Cap.illud volentes processit non simpliciter exclusiuè,sed limitatiuè,accumulādo maiorē facultatē, & licentiā disponēdi feudatario,nō solū in liberos suos, sed ēt in extraneos hæredes,nō principaliter,& de per se,sed ordine successiuo,& sic ꝑ superexistētiā liberorū excludi extraneos hęredes à successione feudi sm̄ prędictā formam concessionis, vt ipse Cannet. dicit in cap.si aliquem, §.annotandum nu 23.f.213.vbi dicit: *Ideoq; falsum est axioma illud,quod ex dispositione cap.volentes,feuda transeunt ad extraneos hæredes,quia contra tex.huius Const.* (& postea subdit) *ideoq; facta alienatione in extraneum,tūc dispicitur, an feudum sit pacti,& prouidētia Principis,nàm si fuerit huiusmodi forma, reuocabitur per successorem, sin autē fuerit hæreditarium nō poterit reuocari*,& nu.31.inquit,*quod in Regno feuda hæreditaria non transeunt ad hæredes extraneos , nec cap. volentes adeò informat inuestituram feudi merè hæreditarij , vt illam aquet illi formæ pro te,& hæredibus tuis,& quibus dederis,iux.c.1.si de feu.fuer.controu.& c.1. de feud.non hab.propr.natur.feud.* quod si hæc procedunt in forma pro hæredibus, quantò magis vbi est clausula IVRIS FRANCORVM.
247 Secunda conclusio est†feudum,qđ ex sui natura pertinet ad descendentes, non pōt alienari in transuersales, tradit Cannet.ad cap.volentes §.consequēter fo.45.Petr.de Gregor.de concess.feud. p.6.q.10.nu.19.& seq.
248 Tertia conclusio est†feudum,quod de sui natura pertinet ad primogenitos non pōt alienari in secundogenitum,vigore Cap.volentes, ꝙ dixit Cannet. ad d.cap.volentes,§.sed magna fol.54.per tot.& pręsertim nu.28.& Pet.de Greg. de cōcess.feu.p.8.q.16.tit.de iur.cōced. licen.alien.feu.n.12.& seq.& p.2.q.10. nu.37.& in tract.de iud.caus.feu.q.18. n.7.vers.& ideo infero,& vers.quia aūt vsq; ad fi. Quibus sic stātibus dicebatur nō obstare ꝙ dicitur,mutatam esse formam feudorum, quia idem Canet.in §. & cùm scire leges fol.5.nu.16. declarat conclusionem in fauorem D. Marianæ,
249 licet.n ipse dicat†esse mutatā naturā feudorum, non tñ hoc dicit esse in omnibus feudis,nequè in illis, quæ habent clausulam IVRIS FRANCORVM , vt Aduocatus partis affirmat, sic.n.inquit d.nu.16.*meritò obtinuit vera,& indubitata opinio.ꝙ tex.iste procedat indistinctè, quoad alienationem feudorum, quorum est immutata natura circa alienationem, & omnibus præiudicat*, (subdit tamen postea) *nisi quibus ex pacto acquisitionis,& Principis puidentia deberetur feudum,& tunc non ex natura feudi,nec ex impotentia huius legis,sed ex pacto,et prouidentia*,(& nu.17.ait) *nàm magis attēditur pactū, quàm natura ipsius feudi*, & nu.21.subdit,*quod si alienatur contra formam concessionis, resoluitur alienatio ex resoluto iure alienantis, & parit reiuendicationem vocato ex pacto, & principali prouidentia Principis*, ex quibus Cannetij verbis tria colliguntur.

Primum est , immutatam esse feudorum naturam per Cap. illud volentes,

quo

quoad alienationem, sed hoc in genere, non autem in specie.

Secundum, non procedere conclusionem istam respectu feudorum ex pacto, & prouidentia, prout sunt feuda cum clausula IVRIS FRANCORVM, vt est dictum supra.

Tertium, competere agnato, siue filio reiuendicationem, si fuerit alienatum feudum.

Ex his omnibus dicebatur, apertissimè constare Aduocatum partis diminutè allegasse Cannet. omittendo partem, quæ facit contra ipsum, & allegando quæ faciunt pro ipso, immò prædictum Auctorem in §. quæro num. 38. fol. 145.

250 expresse dicere † Cap. illud non operari in præiudicium agnatorum, sic .n. ait: *Cùm omnes dicant procedere, forma feudi non repugnante, scilicet in praiudicium agnatorum*, & sic ex prędictis dicebat D. Mariana, non obstare doctrinam Cãnet. loco allegato, immò pro se facere euidenter, quæ ipse dicit tàm in d. §. sed necessaria num. 41. 42. & 77 fo. 12. quàm in §. & cũ scire n. 16. fol. 6. Nàm sicut respectu feudorum hęreditariorum est immutata natura, ità respectu huius feudi ex pacto nullum habere locum Cap. prędictum, & Cannet. doctrinam cauillosè allegari. Cùm in d. §. sed necessaria num. 77. vers. non obstat glos. se ipsum declaret, nàm allegando glo. ad Constitut. Regni vt de successionibus dicit: *Quia loquitur inspecto iure Constit. Regn. secundùm quod non poterat feudatarius disponere de feudo in aliquo, nisi esset de cõprehensis in inuestitura*, subdit tamen ipse sic inquiens: *secus per istam legem, secundum quam potest vasallus ad libitum disponere, dummodo forma feudi non repugnet*, & sic etiam non obstare quæ dicit in d. §. cùm scire nu. 16. nàm recipiũt supradictam limitationem, quo etiam modo respondetur doctrinæ Petr. de Gregor. par. 8. q. 16. titul. de iure concedendi licentiam vasall. quem callidè allegari dicebat D. Mariana, nàm licet dicat

251 † esse immutatam naturam feudi per Cap. volentes, tamen idem Petr. de Greg. post firmatam regulam, quod omnia feuda sint alienabilia, hæc ait: *Nisi expressè pacto, vel lege aliter prouidetur ab initio concessionis*, quod idem repetijt num. 4. & cùm num. 11. dixisset esse casus, in quibus absquè licentia Regis alienari non potest feudum, quos non comprehendit Capitulum volentes, subdit num. 13. *ex quo infero, quod si reperiatur concessio feudi ex pacto, & prouidentia concedentis, cũ clausula iuris Francorum, ex quo tũc non põt fieri alienatio in aliũ, quàm in masculum seù primogenitum, proximè successurum, & non in secundogenitum, nec in alium remotiorem in gradu, nec etiam in extraneum, forma concessionis repugnãte alienationi, & per consequens requiritur tunc expressa licentia Regia in alienatione feudi*, & nè videretur per hoc esse alteratam naturam feudi ex pacto in præiudicium agnatorum, subdit. *Nisi fortè dicamus, quod valeat tũc alienatio feudi sine licentia Regia in praiudicium Regis tantùm, nõ autem in praiudicium agnatorum succedentium in feudo.*

Et dùm allegat Petr. de Greg. par. 1. quęst. 2. nu. 19. & 22. dicebatur, Petr. de Gregor. nihil dicere, & in quęst. 9. num. 13. & 14. etiam, Petr. de Greg. inibi dicere, Cap. volentes intelligi non repugnante forma, & sic præfatos DD. non solùm non probare intentum partis, sed contrarium.

Quò vero ad id, quod infert Aduocatus partis in initio sectionis 1. nu. 32, per verbum *hæredibus* positum in inuestitura fieri feudum alienabile, secundum dispositionem Cap. volentes, allegando Cumiam in præludijs ad Cap. si aliquem num. 287. dicebat D. Mariana non posse adaptari ad casum istum, quæ ipse dicit, nam licet dicat quę pars

252 refert, veritas est, Cumiam loqui, † quando inuestitura est concessa pro se, & hæredibus, quia licet verbum *hæredibus* in materia feudali, intelligatur de filijs, tamen ex Cap. volentes dicit, intelligi etiam de hæredibus

extraneis; & hic non est casus noster; quia sumus in feudo, in quo adest clausula IVRIS FRANCORVM, imò Cumias loc. cit. declarat, q̃io est facta cõcessio pro se, & hæredibus ex corpore.

Vndè dicebatur etiam, non obstare quod dicit Milanen. decis. 8. num. 46. lib. 1. vbi licet dixerit, feuda esse alienabilia, affirmat tamen non esse in præiudicium vocatorum, sed Regis, quamuis possit hoc procedere, durante vita alienantis, num. 106. non solùm non dicit, quod pars affirmat, sed contrarium, vt ibi legitur; Nàm postquàm superius affirmasset, patrem posse feuda vni, vel alteri filiorum dare, quia non repugnat forma, subdit num. 110. dicens: *Mater de feudo inter filios potest disponere quomodolibet, data quacumque forma concessionis, nisi expresiè sit dictum, quod viuat iure Francorum*, & cùm supra dixisset num. 106. patrem posse feudum dare vni ex filijs, subdit rationem dicens, *Quia forma non repugnat*, & sic ex quo forma non repugnat, facere id potest, aliàs si repugnaret, non posset.

Et quoad Intrigl. de feud. centur. 1. quæst. 50. num. 34. vbi dicit, feuda esse alienabilia, nec per hoc intelligi esse præiudicatum agnatis, respondit num. 39. his verbis: *Tamen respondetur, quod Rex Federicus permisit alienationem feudi quoad ipsius praeiudicium, vt de cætero non requiratur eius consensus, cùm antè dictam extrauagantem fuerat necessarius, non autem in praeiudicium agnatorum, qui ex natura feudi, vel Principis prouidentia successuri essent, & consequentèr feudum non sapit naturam hæreditarij, ex Pern. apud Siculos non modicæ auctoritatis*; Ex quo dicebatur, non solum Intrigliol. non dicere contra D. Marianam, sed pro ipsa esse allegandum, non enim negatur feuda esse alienabilia, sed negatur, hoc intelligi de feudis, quę habent clausulã IVRIS FRANCORVM, & vbi forma repugnat, conceditur tamen respectu feudorum pro se, & hæredibus.

Et ad id, quod ipsemet Doctor Armengol. affirmat, Cap. volentes efficere feudum merè hæreditarium, etiam si non adsit clausula QVIBVSCVNQ. ita vt ad extraneos hęredes transeat, & esse sublatam disputationem, an intelligatur verbum *hæres*, de filijs, vel hæredibus sanguinis, sed tantùm de hæredibus, dicebatur contrarium sentijsse in primo, & secundo casu Cannetnàm in d. cap. si aliquem §. annotandum num. 23. dicit: *Ideoque falsum est axioma illud, quod ex dispositione Capit. volentes feuda transeunt ad extraneos hæredes, quia contra text. istius Const.* & paulò post num. 25. subdit: *Ideoque verbum hæres positum in inuestitura sub tenore concessionis, non est elargatum, vt comprehendat etiam hæredes extraneos*, & num. 27. ait, *Nec facit aliquid capit. volentes, nec innouat aliquid circa hoc*, & in cap. volentes verb. procedit num. 12. circa medium fol. 77. dicit, *Ideoque remanet firma prædicta cõclusio, quod authoritate huius legis alienatio feudi praiudicat hæredibus descendentibus, etiam si conficerent inuentarium, quia in feudo hæreditario, secundum communem opinionem, inuentarium non prodest, & ista est vera ratio, & non illa, q fit per istam legem elargatum verbum hæres, vt etiam hæredem extraneum comprehendat*, & in cap. si aliquem §. annotandum num. 32. dicit, *Nec cap. volentes adeò informat inuestituram feudi merè hæreditarij, vt etiam æquet illi forma pro te, & hæredibus suis, quibus dederis iuxta cap. 1. si de feud. fuer. controu. & in cap. 1. de feud. non hab prop. nat. feud.*

Et sic ex his omnibus dicebatur, neque obstare doctrinas allegatas per D. Armengol. neque rationes per ipsum adductas num. 32. & seq. & iisdem auctoritatibus, & rationibus respondebatur pro D. Mariana ad id, quod dicitur per Cap. volentes effecta esse alienabilia omnia feuda, in quauis forma concepta, & vltra prædicta dicebatur, eundem partis Aduocatum affirma-

ma-

mare, validam esse alienationem, sed per agnatum proximiorem in gradu posse reuocari, dùm ait, vt indistinctè procedat quoad omne feudũ, ita quod
153 ipso iure valeat alienatio, sed † sequens, & proximior in gradu, ad quem successio feudi ex pacto, & prouidentia delata est, valeat illam alienationem factam in eius detrimentum reuocare, ex resoluto iure datoris, prout etiam ita sentire videtur Petr. de Gregor. in d. tract. de concess. feud. 4. par. quæst. 13 num. 3. & eodem modo declarat Intrigliol. de feud. centur. 1. quæst. 50. num. 44. & 45. dicens, valere ab initio alienationem, *Sed resoluitur alienatio ex resoluto iure alienantis, & parat rei vendicationem vocato ex pacto, & prouidentia Principis, non quia coarctatur ius, & potestas dicta Constit. sed quia coarctatur potestas alienantis.*

Patere igitur ex prædictis dicebatur alienationem tantùm operari in præiudicium alienantis, non autem agnatorum, & hoc esse in fauorem D Marianę dicebant eius Aduocati, & dùm allegat Cannet. ad Cap. volentes §. & cùm scire per totum, dicebatur, nec ibi hoc dicere, & in §. sed magna circa fin. fol. 60. enixè tenere, non habere locum Cap. volentes, forma repugnante, prout hic repugnare est dictum, & sic in d. §. & cùm scire, & eodem modo dicebatur Intrigliol. non probare assumptum partis; Nàm ibi dicit, valere alienationem, sed postea reuocari morte alienantis, & ita dicit: *Verumtamen & si alienatur contra formam concessionis resoluitur alienatio, ex resoluto iure alienantis, & parat reiuendicationem vocato ex pacto, & principali prouidentia Principis*, & eodem modo dabatur responsio ad Petr. de Gregor. part. 4. quæst. 13. num. 3. Nàm ex verbis eiusdem habemus responsum, dicit enim ipse: *Confirmatur hoc ex dispositione Cap. volentes, quod habet locum in alienatione feudi, sub quacumque forma concessi, forma tamen concessionis non repugnante, vt ibi per Modern. & per Pern. cons. 4. incip. quondam Serenissimus.*

154 Et vltimò dicebatur † Capitulum volentes, nihil aliud effecisse, nisi concedere assensum alienationibus feudorum, respectu illorum, quæ Regio indigebant assensu, nè vasalli tenerentur illud impetrare, quoties volunt alienare, cùm per Constitutionem Imperatoris Federici fuisset prohibitum, vt dicit Cannet. ad Cap si aliquem §. annotandum num. 38. fol. 214. vbi sic ait, *Ergo tantum permittit Cap. volentes, quantùm expressè prohibuerunt Constitutiones Federici, videlicet Cap. Imperialem de probibi. feud. alienat. per Federic. & Constitutio Constitutionem, quas correxit, quæ Constitutiones prohibuerunt alienationes feudorum fieri absque licentia Principis, ideoq; intelligi alienationes interdixisse dictas Constitutiones, quæ de licentia Principis potuissent fieri.* Et ex his dicebatur, esse etiam responsum illationi partis, dùm ait hodie per Capitulum volentes esse sublatam prouidentiam Regis, & pactum, quia ex verbis Doctorum allegatorum apparet contrarium.

155 In hoc articulo fuit cõclusum † feudum datum tibi, & hæredibus tuis, cum clausula VT VIVANT IVRE FRANCORVM, esse feudum in quo præualet natura feudi ex pacto, & sic esse in forma stricta, & per consequens non potuisse fieri postergationem per Ioannutium, & sic spectare ad D. Marianam, & quòad verbum HAEREDIBVS teneri successorem esse hæredem, sed cõfecto inuentario non teneri habere ratum factum defuncti, neque ad onera hęreditaria respectu feudi, possunt .n. stare simul (vt dicunt Pern. Perr. de Gregor. Cannet. & alij) vt feudum habeat naturam feudi ex pacto, & successor teneatur esse hęres, quemadmodum in feudo ex pacto tenetur filius esse hęres patris, sed confecto inuentario poterit feudum liberè retinere, & sic fuit condemnatus D. Antonius ad relaxandum feudum Placæ, vt patet ex sen-

ſententia, cuius verba deſcribentur in fine huius Deciſionis.

ARTICVLVS TERTIVS.



Ertius Articulus huius cauſæ eſt, an iſtud feudum Placæ in perſonam Ioannutij de Pactis fuerit effectum feudum nouum: Dicebatur enim pro parte D. Antonij Stactellæ conuenti, quatenus feudum Placæ nòn ſit hæreditarium, ſed prçualeat in illo natura feudi ex pacto, adhuc obſtare D. Marianæ, feudum iſtud fuiſſe nouum in perſonam Ioannutij de Pactis, nàm cùm non appareat, Ioannutium deſcendiſſe per lineam rectam à Ioanne de Rainerio primo acquiſitore, nequè eſſe in gradu ſucceſſibili Margaritæ, ac eſſe penitus extraneum, ſequitur ùt feudum iſtud donatum Ioannutio à Margarita, quæ finem fecit agnationi, fuerit in eius perſona effectum feudum nouum, & per conſequens cuiuſcunque formæ ſit, etiam ſi ſit ex pacto, eundem Ioannutium tanquam primum acquiſitorem potuiſſe illum donare Antonello ſecundogenito; Nàm eſt receptiſſimum in Regno Siciliæ
356 † primum acquiſitorem non ligari forma, vt poſt Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par. 3. quæſt. 7. num. 37. verſ. ego autem, vbi teſtatur, hanc eſſe communem opinionem, Cumiam in cap. ſi aliquem verb. antiquis num. 249. Cannet. in cap. volentes §. at nouerit num. 81. fol. 133. Milanen. deciſ. 8. num. 325. lib. 1. dicit D. Franciſ. del Caſtillo deciſ. 106. num. 81.

Ad quod fundandum adducebatur
357 primò, † feudum iſtud dici nouum, quod non titulo ſucceſſionis, aut refutationis, ſed alio peruenit ad aliquem; qui non erat proximè ſucceſſurus, pro quo allegabatur auctoritas Baldi in cap. 1. num. 19. an agnat. & Affli. deciſ. 248. vbi refert fuiſſe votatum per Dominos de Conſilio, feudum eſſe nouum, quia peruenerat ad ſororem, & nepotem per legatum fratris cũ Regio aſſenſu, & ſic ex noua cauſa, quia licet nepos eſſet de comprehenſis in inueſtitura, non tamen erat immediatè ſucceſſurus donanti, nequè eius mater ſoror donantis, quia fuerat dotata à fratre de bonis proprijs, ad cuius confirmationem adducuntur Thom. de Marinis de gener. & qualitat. feudor. titul. de feudo ex pacto, & prouidentia num. 9. Menoch. conſ. 160. nu. 14. & 15. Surd. conſ. 440. num. 40. Hartm. Piſt. lib. 2. quçſt. iur. par. 1. q. 4. num. 2. Cannet. ad Cap. volentes §. apparet fol. 125. num. 1. & 2. Maſcard. concluſ. 771. num. vlt. Iacob. de Franch. in prçlud. feudor. q. 2. num. 92. nàm licet refutatio licitè fieri poſſit in proximè ſucceſſurum abſque aſſenſu Domini, cap. 1. §. & ſi libellum
358 de alien. feud. patern † non tamen valet ſi fiat in agnatũ remotiorem ſine aſſenſu, quia præmaturè ius capit ad feudum, ad quod ſuo ordine eſt vocatus, vt tradit Camerar. in capit. Imperialem fol. 15. lit. V. & fol. 34. à terg. lit. L. Milanen. deciſ. 7. num. 8. lib. 1. adducens ad id text. in cap. 1. §. Titius, ſi de feud. fuerit controuerſia, & ad hoc quod feudum ſit nouum nihil refert, quod concedatur extraneo, vel agnato, dummodò talis agnatus eſſet excluſus, quia debet haberi tanquam extraneus, vndè ex his dicebatur, feudum nouum dici etiam ſi fuerit datum agnato, qui ſit de comprehenſis in inueſtitura, vt tradit Surd. conſ. 308. num. 1. lib. 3. & Menoch. conſ. 160. num. 14. & 15. qui con-
359 ſtituit regulam † quod vbicumquè feudum conceditur alteri perſonæ, quã ei, qui debebat immediatè ſuccedere, efficitur feudum nouum, & Manent. conſ. 43. num. 63. & 64. poſt multos cõcludit attendi titulum donationis, non ſucceſſionis.

Immò dicebatur, non ſolùm eſſe nouũ feudum, quod peruenit ad agnatum remotum, ſed etiam ſi ſit datum filio, proximiori, ad quem ſpectabat ſucceſſio, quia capit ante tempus delatæ ſucceſ-

cessionis, non enim habuit ex dispositio ne inuestituræ, vel secundum naturam originalem feudi, sed prematurè. ex quo tunc non erat vocatus, quando accepit feudum, quæ est ratio efficiens nouitatis feudi, dicit Camer. fol. 107. & seq. & latissimè Surd. cons. 517. num. 16. & seq. cons. 577. & cons. vltimo nu. 20. vbi testatur per eum sæpius iudicatum, & consulrum, & cons. 352. nu. 22. & 23. & in tantum hoc esse verum dicebat D. Antonius Statella, vt Angel. Aret. in
260 cons. 41. sub nu. 13. dixerit, quod† vbi feudum à suo principio fuerit datum masculis, & fæminis, & continuata erat successio in masculis, si postea ob illorum defectum perueniat ad fœminam, illud feudum dicitur nouum in prima fœmina succedente, quæ post masculos fuerat vocata, & inuestita tenore primæ concessionis, licet omnes fæminæ fuissent comprehensæ per tenorem inuestituræ, vt per Armengol. sect. 1. art. 2. insp. 1. fol. 80. à ter. nu. 6. & seq. vbi hæc latè discutiuntur, cùm igitur fuerit datū feudum Ioannutio, qui non erat, nec successor Margaritæ, nec proximè successurus, vt est dictum, nulli dubium est, quin feudum fuerit effectum nouum per illam donationem.

Hæc non obstare dicebat D. Mariana, ex dictis .n. in primo, & secundo artic. fuerat probatum, Ioannutium fuisse pronepotem Ioannutij de Rainerio, prout erat ipsa Margarita, nequè alium fuisse consanguineum, qui illum in gradu præcederet, & similiter ipsam descendere à præfato Ioannutio, de primogenito in primogenitum, & per consequens, omnia dicta in hoc articulo fuisse superfluè dicta, istamquè exceptionem fuisse oppositam per Blasium conuentum vno die antè conclusionem causæ, & sic dolosè, nè potuisset se defendere aduersus illam, ideoquè nullam ipsius fore habēdam rationem; sed ad vberiorem cautelam, & clariorem demonstrationem suorum iurium dicebat, non obstare, quæ in contrarium adducebantur.

Nàm dùm pars fundat se in decis. Affl. ex illius lectura apparet Affl. d. decis. 248. loqui in feudo hæreditario, non autem in feudo ex pacto, prout est istud, & apparet ex dicta decisione nu. 9. per Vrsill. ibi, cùm in Regno isto Neapolis omnia feuda sint hæreditaria, vt per Capyc. in inuestitura, verb. feudorum genera, vers. hæreditarium col. 3. etiam si adsit clausula IVRIS FRANCORVM, tanto magis, quia erat dubium, an in dicto feudo succedatur Iure francorum,
261 vel Longobardorum, quo iure† excludebatur Catharina soror donantis, quia fuerat dotata à fratre, vt ponderat Affl. dicta decis. nu. 2. & quoad Nepotem dicebat Afflictus inibi nu. 6. in fin. ipsum non esse admictendum, quia non erat proximè successurus eius Patruo; nàm
263 † si fuisset immediatè successurus, valuisset donatio, quæ fieri potest absque Regio assensu, vt habetur in c. 1. §. & si libellum de alienat. feudi pat. vbi Andr. nu. 45. Camer. in cap. Imperialem fo. 15. litera V. & licet in dicta donatione non sit vsa verbo refutatio Margarita, tamē sufficit, quod vsa sit verbo donationis, vt tradit Andr. in d. c. 1. §. & si libellum nu. 8. & D. Regens de Ponte in tractat. de potest. Proregis, tit. de refut. feud. §. 1. nu 17. cùm igitur probatum sit, Ioannutium fuisse fratrem consobrinum Margaritæ, nec per partem fuerit demonstratum eo tempore alium extitisse proximiorem agnatum, sequitur, vt dicendum sit, donationem illam fuisse refutationem, & assensum fuisse inuestituram in personam Ioannutij, non autem simplicem assensum Domini validantē donationem prædictam, & sic, Ioannutium non acquisiuisse feudum vigore assensus Domini, vt ponderat Affl. in casu illius decisionis nu. 7. vers. *& ideo*, sed iure successorio, & tantùm fuisse anticipatum tempus successionis.

Secundo dicebatur, etiam quod feudum esset effectum nouum respectu recipiētis, propter nouas clausulas additas in emptione, vel donatione, non tamen per hoc inferri præiudicium agnatis venditoris, vel donantis, qui succedunt

ex

ex persona propria, & primo acquirenti, nàm respondet Petr. de Greg. de concess. feudi part. 3. quæst. 7. num. 46.
263 † feudum posse esse nouum in personam vnius, & antiquum in personā alterius, cuius verba hæc sunt. *Nàm idem feudum potest in personam vnius, putà venditoris dici feudum antiquum, & in personam alterius, putà emptoris dici feudum nouum*, & postea subdit, *Vt quia feudum antiquum erat sub vna forma, & venditum fuit sub alia forma, non præiudicabit successoribus venditoris, ex huiusmodi mutatione formæ in feudo prædicto, sed benè præiudicabit successoribus ipsius emptoris, & agitur potius de noua impositione formę, quam de eius mutatione*, hæc Petr. de Greg. Et licet pro parte D. Antonij replicaretur huic responsioni, hoc nihil obesse, quoad nouitatem
264 feudi, nàm † si feudum est nouum, potest primus acquisitor imponere quodcunque onus feudo, non obstante quauis forma inuestituræ, etiam si adsit clausula IVRIS FRANCORVM, vt dicit Milan. decis. 8 n. 321, & Surd. cons. 300. vers. in diuisione nu. 17. 20. & 21. lib. 1. dicebatur præterea iàm in facto demonstratum esse, omnes conclusiones pro cōtraria parte allegatas vsquè ad num . . . corruere, cùm sit probatum, Ioannutium non fuisse agnatum remotiorem, sed proximiorem, & quem nemo alius præcedebat, itaut donatio illa fuerit vera, & realis refutatio, & assumptum partis aduersæ, quod refutatat o facta agnato non proximiori faciat feudum nouum, esse veram in ca-
265 su suo, q † ad hoc vt refutatio valeat sine assensu, requiritur, vt sit agnatus proximior tempore refutationis, vt tradit Camerar. in cap. Imperialem fo. 30. lit. P. in vlteriori autem agnato requiritur assensus, Affl. in c. 1. de alien. feud. pat. nu. 17. sic in casu illo, quia non capit à lege, sed ab homine, dici potest feudum nouum ad trad. per Affl. in dict. decis. 248.
266 Et ad id, quod dicebatur † non solùm dici nouum, si feudum peruenit ad agnatum remotum, sed etiam ad filium, respondebatur contrarium esse verum ex dictis per Andr. in c. 1. in princ. de vasall. decrep. ætat. in cap. 1. Imperator Lotharius post nu. 5. quem refert, & sequitur D. Regens de Ponte de potest. Proreg. tit. de refut. feud. in princ. num. 20. nàm feudum quod à Patre filio refutatur dicitur in ipso antiquum, etiam si in personam Patris fuerit nouum, ideoquè vt idem Andr. tradit in d. c. 1. Imperator Lotharius, Pater succedit in
267 feudo ab ipso refutato, non aūt succedit in feudo nouo, q loco cit. intelligit D. Regens de Ponte, nouum dici, quod filius acquisiuit aliundè, non autem quod à Patre ad ipsum peruenit.
Neq; obstare dicebatur, quod capit ante tempus successionis, nàm refutatio, quæ fit in proximè successurum, nihil aliud est, quàm vt is qui habet feudum tollat se de medio, quod eleganter dixit Camer. in cap. Imperialem fol. 30. litera O,
268. sed † qui refutat non dicitur alienare, sed magis iura sua restringere, iuxta terminos l. certò. §. si totus ff. de seruit. rustic. præd. quo fit, vt retrocedendo, & restringendo iura sua, proximus agnatus, qui immediatè erat successurus iure proprio capiat feudum, vnde cùm in refutatione nullus assensus Domini requiratur, ex quo feudum ad illum peruenit, qui illud habiturus est, vt trad. Andr. in c. 1. §. & si libellum de alien. feud. pater. & Camer. in d. c. Imperialē, & idem Andr. alijs in locis adductis per D. Regentem de Ponte loc. cit. nu. 4. sequitur vt non possit dici feudum nouū, q ab ascendentibus ad ipsum, non alio ministerio, quàm cessione possidentis peruenit, vt dicit Camerar. loc. cit. ex quibus etiam corruere dicebatur, quod Angel. Aret. d. cons. 41. affirmat.
Sed his respondebatur pro parte D. Antonij non esse probatum Ioannutium fuisse
269 se proximè successurum, † quod necessarium erat ad fundandum fuisse refutationem, & non donationem, vt tradit Bald. cons. 16. incip. facti euidentia vol. 1. Paris. cons. 1. nu. 131. Affl. ad

Con-

Constitutionem const. diuæ memoriæ nu.17.& 21. vbi Ioannes Vinc de Anna nu.95.& decis.111.nu.5. Petr. de Greg. de success feudi part.5. quęst.4. nu.8.part.4.quest.11.num.8. & part.8. quæst.9.& 16.num.51.Cannet.ad cap. Volentes §. & correlario num. 36. fol. 161.

Respondebatur secundo non esse vsos cõtrahentes verbo *refutationis* in illo donationis contractu, qui cùm fuerit ce-
270 lebratus in Regno Siciliæ, † in quo ob frequentiam huiusmodi contractuũ inuerisimile fuisset, hos ignorari terminos,ex tradit.per Glos.in l.si tutor petitus,vbi Bart. & Bald. C.de periculo tutorum,Innoc.in c.1.de postul.prælat. & Gramat.decis.35.nu.15.quæ ignorantia, nec minus præsumitur in Notario,
271 qui stipulatus est contractum, † pro quo extat præsumptio, quod debebat propriè loqui, vt post alios tradit Menoch. de arbitr. Iudicum casu 344.n.6. cùm sint termini diuersi,refutare,& donare, vt per Armeng.d.art.2.inspect. 1. sect.1.nu.169.

Respondebatur tertio, quod si illa donatio fuisset refutatio in immediatè succesurum,non vtiquè obtinuisset Ioãnes de Pactis specialem confirmationem Regis, & minus illam reductionem ad primam inuestituram, cùm in refutatione minimè requiratur assensus, ad text. in c.1.§.& si libellum de alien.feud.pa-
272 ter.vbi Andr.& sic † licet facta fuerit in agnatum,cùm tamen non fuerit proximior agnatus,qui debebat immediatè succedere,ex eo fuit effectum feudum nouum, quia tunc non obtinet feudum, ex quo proximior substulit se de medio, sed censetur refutatum in manibus Regis,& de nouo concessum, D.Frec.de subfeud.lib.3. de diff. inter feud. ex pacto, & hæredit. diff.1.n.2. ex quo inuestitus efficitur nouus dominus, cùm licentia Regis tantummodo soleat adhiberi, quando esset dubium de persona, in quam transfertur.

Sed his replicabatur pro D.Mariana satis ęsse responsum,& fundatum, Ioannutium fuisse proximum successorem, nequè habuisse, qui illum præcederet, nequè obstat, quod Margarita non fuerit vsa verbo *refutationis* &c. cùm sufficiat fuisse veram,& propriam refutatio-
273 nem,eo magis quia † refutatio debet cadere in aliquod nomen contractus. & in specie donationis, vt dixit Andr.in c.1.§.& si libellũ de alien.feud.pat.n.8. & D. Regens de Ponte de potest. Pror. tit.de refut.feud.§.1.nu.17. Nequè obstare, quod fuerit impetratus assensus, quia fuit potius inuestitura, quàm assensus.

274 Secundo dicebatur † feudum nouũ etiam dici, quando titulo oneroso ad aliquem peruenit,quia onerosus titulus efficit, vt agnatus reputetur extraneus, & efficitur feudum nouum,ita Bart.in l. si donatione C.de collationibus, & in l. si tibi §. si pactum ff. de pactis, vbi Ias. num.51. Paul.Castrens.in auth. vnde si Parens sub nu.6. ibi non tanquam filio, sed tanquam extraneo, C.de inofficios. testam. cum alijs abundè adductis per Hieronymum Armengol.in allegat.huius causæ art.2. sect.1. inspect. prima nu.15.

Ex quo est, quod si Margarita, quæ fecit donationem de feudo Placæ in personam Ioannutij de Pactis post eam
275 donationem illud recuperasset† fuisset feudum nouum in illa, vt post Affl.in d. c.1. de Vassall. decrep ærar.num.21.& decis.112.nu.5.tradit Loffred.cons.52. nu.2.& seq.

Et in feudo antiquo, quod frater acquisiuit ab alio fratre titulo oneroso nõ succedere amplius in illo feudo fratrem vendentem, quia fuit effectum feudum
276 nouum, cùm† non attendatur prima acquisitio antiqua,sed noua immediatè superueniens à proprio contractu,& industria, dixit Bald. cons.249. verbo inuestituræ col.2.in 2. vol. & in specie
277 in feudo antiquo refutato per matrẽ filio intuitu meritorum, & seruitiorum præstitorum, & sic titulo oneroso, ideo redditum fuisse nouum censeri debere, quoad facultatem alienandi, & omnes

alios

alios effectus, perindè, ac si ille filius pro prijs pecunijs illud emisset, dixit Cæsar Manent. cons. 43. nu. 13. cùm igitur in donatione facta per Margaritam Ioannutio voluerit, quod solueret eius debita, quæ declarauit ascendere ad quantitatem vnciarum centum, vt patet in processu fol. 87. patet ex hoc feudum ad illum peruenisse titulo oneroso, imò nèdum Ioannutius promisit soluere prædictas vncias centum, sed Antonellus filius Ioannutij, & donatarius feudi prædicti soluit vncias ducentas Ioanni de Ballono, cui Margarita donauit feudum prædictum, & posuit illum in possessione.

Huic secundo argumento respondebatur pro parte D. Marianæ, Bart. & aliorum doctrinam minimè obstare, siquidem Bart. & alij loquuntur in donatione, quæ fit à patre filio, quam præcedentibus meritis valere, iura per ipsos allegata tradunt, ex quo licet deducatur donationem aliàs inualidam tenere, nõ tamen deducitur ex hoc argumento feudum esse nouum, quando titulo oneroso peruenit ad illum, cui alias successio debebatur, & si conclusio ista procedat respectu eius, qui titulo oneroso, siuè quouis alio feudum acquirit, ad no

278 tata per Affl. decis. 112. † non tamen locum habet respectu illius, qui est proximè successurus, vt Affl. pro contraria parte citatus tradit in cap. 1. de vassal. decrep. ætat. nu. 21. prout erat Ioannutius de Pactis, vt latè demonstratum dicebatur in prima huius decisionis parte. Sed hic deficere factum videbatur, non enim est verum, peruenisse feudum istud ad Ioannutium ex causa onerosa, sed ob sanguinis coniunctionẽ, vt sonant verba donationis fol. . . vt latius probatum extat in articulo secũdo nu. 132. & quamuis Ioannutius promiserit soluere debita ascendentia ad vncias centum, vt patet in processu fol. . id tamen constat fuisse, ex quo Margarita promisit feudum relinquere liberum ab omni onere, cùm multa potuisset habere pro conseruatione feudi & præstatione seruitiorum, & paragiorum, quemadmodum, nec obstat, quod soluerit vncias ducentas Io. Ballono, quia id fecit ad redimendam vexationem præfati Ioannis, qui remanserat in possessione feudi Placæ, & quantitas nõ est considerabilis respectu valoris feudi.

Tertio dicebat D. Antonius, feudũ istud fuisse nouum in personam Ioannutij, non modò ex prædictis, sed etiam quia in secunda inuestitura, & confirmatione dictæ donationis factæ per Margaritam sunt aliqua immutata, quę non aderant in prima inuestitura, ex

279 quo dicebatur † feudum dici nouum, quoties forma antiqua immutatur, aliquid detrahendo, vel addendo, ad quod adducitur Oldrad. cons. 178. vbi dicitur, nouum feudum dici ratione nouarum conuentionum, quod idem volucre Bald. in c. 1. ver. 3. istud videtur de alienat. feud. pater. & in cap. Imperialem §. insuper in fine de prohib. feud. alien. per Federic. in cap. 1. an Agnat. nu. 19. Paul. de Castr. cons. 133. Berous cons. 72. nu. 36. vol. 1. Gozad. cons. 84. nu. 11. Franc. de Aret. cons. 3. Affl. dec. 248. & 112. nu. 5. vbi in fin. dicit, quod quando fit noua inuestitura, quia fit sub nouis pactis, videtur tacitè feudum in manibus Regis inuestientis refutatum, & ab illo nouiter concessum, & ita limitat regulam, quod feudum cõcessum iure antiqui feudi retineat naturam feudi antiqui, nàm quotiescunque est aliquid additum, dicitur feudum nouũ, ita Petr. de Gregor. de concess. feudi part. 5. quæst. 3. nu. 19. quod etiam tradiderunt idem Affl. tract. de iure proth. §. 2. nu. 1. & in constitutione Regni cùm circa iustitiam nu. 9. vers. 8. nota, & Capoll. cons. 31. nu. 6.

280 Et quod † adiectio, vel mutatio cuiuslibet rei minimæ inducat nouum feudum, & si sit facta iure antiqui feudi, & dicatur, proùt Progenitores habuerunt, voluit Thom. Marin. de Gener. & qualit. feudorum tit. de feud. ex pact. & prouident. tit. 3. nu. 4. & seq. Rosent. de feud. cap. 2. concl. 14. vndè moti Blasc. de

de Sanct. Angelo,& Blasc.Lācea in repetitione cap.si aliquem,& in suo cons. super feudo Passarini,quos refert Cannet.in d §.apparet nu.2,fol.11.affirmatunt,nouam effici concessionem, si inuestitura restringatur per additam clausulam IVRIS FRANCORVM , & tradit Cum.in d.cap.si aliquem verb. antiquis nu.214. vers.limita, Mastrill.ad Pet.de Greg.p.3.q.5.lit.A. & in maioratu,notat Moli de primog.Hisp.lib.1. c.8.nu 25.Petr.de Peral.in l.3.§.qui fideicommissam nu.35. ff.de hæred. inst.

Idquè latius pluribus rationibus auctoritatibus,& argumentis comprobat Armeng. in eius resp.art.2. inspect.1. sect 1.à num.22. vsque ad nu.51.

Quod autem hic fuerit facta mutatio dicebatur ex eo, quia in hac noua inuestitura facta Ioannutio duo fuerunt addita, primum clausula PRO SE, ET HAEREDIBVS EX CORPORE, quæ non aderat in prima inuestitura facta Ioanni de Rainerio, secundum clausula AD HABENDVM, vendendum alienandum.Et quoad primum dicebatur,clausulam prædictam PRO SE, ET HAEREDIBVS EX CORPORE, licet fuerit sublata ad petitionem dicti Ioannutij de Pactis, non tamen hoc fecisse, vt peritndè remaneret feudum antiquum, sed vt facilius potuisset de

281 illo disponere inter filios, † prout ex dispositione subsequuta colligitur, l.si seruus plurium ff.de.leg.1.Berous cons. 91.num.20. lib.3. Menoch. cons.512 num.13. Alb cons.243.num.12. & illa noua forma concessionis satis declarat intentionem Regis concedentis, quod voluerit concedere de nouo dictum feudum, quia si intentionem habuisset concedere tanquam antiquum , vsus fuisset forma cōsueta in inuestituris confirmatorijs,quę habent communem stilū,& clausulas cōsuetas veluti,dicendo (prout progenitores tui habuerunt)nec opus fuisset facere mentionem meritorum,vel seruitiorum, cùm Rex tantum feudum confirmet successori ex debito contractus,&prima inuestitura,ac nullam liberalitatem exerceat,in qua possit considerari remuneratio erga eum, cui erat obligatus legali necessitate,

282 cùm nemo in necessitatibus existat liberalis,l.rem legatam in fine ff.de adim. leg. iuncta l.si cum dotem §. si pater. ff.sol.matrim. Iason in auth.Præterea C.vnde vir,& vxor nu.19.vbi Paulus de Monte Pico num.55. ac propterea similes inuestituræ confirmatoriæ solent expediri in forma communi , in nouis verò inuestituris fit mentio seruitiorum , & Regiæ liberalitatis , & sic erit dicendum etiam ex mente Regis asserentis,nouum fuisse feudum, quia Rex ingreditur confirmando , non quidem veteres inuestituras prædecessorū, sed donationem factam dicto Ioannutio per Margaritam , ad quod allegabatur sæpius adducta decisio Afflict. 248.vbi habetur,Regem cōfirmasse legatum factum Catherinæ, & sic non ex successione habuisse , sed ex noua causa,de qua per Armengol. in resp. huius causæ art.2. sect. 1. insp.1. num. 24.

Quoad secundam mutationem de clausula AD HABENDVM, VENDENDVM, ET ALIENANDVM,de qua in contractu donationis factæ per Margaritam Ioannutio , & confirmatæ per Regem , licet non fuerit addita in inuestitura habetur tamen, ac si apposita fuisset in ipsa , vt tradit eleganter Tiber. Decian.resp.3. num. 264.vol.4. præsertim cùm illa confirmatio donationis non fuerit in forma communi, sed cum insertione , & incorporatione tenoris ipsius donationis , quo casu idem est , ac si ipse Rex inuestiens disposuisset,vt post DD.in cap. examinata de confirmatione vtili, vel inutili, tradunt Zabarel. in cons.44.num.6. & Molin. post alios de primoge.hisp.lib.2. cap. 9. Cæsar Manent.cons.39, nu.26.

283 Quod autem † clausula AD HABENDVM, VENDENDVM efficiat feudū nouū,& alienabile post Bar.in l.qui Romæ, §.duo fratres in q.8.de verb.oblig. qui tenuit ex huiusmodi clausula diui-

sioni inserta, intelligi renũciatum fideicommisso tradunt Ang. ibi n.12. Alex. nu.30. Ias nu.83. Crot.n.133. Ripa nu. 83. Alciat.n.28. & alij, quos recenset Cacher.decis.112.nu.17.& decis.164. nu.1.Rol.cons.64.in princ.n.13. vol.4. Menoc. cons.87.n.15. Marc.Mant. cõs. 40.n.10.& seq.& cons.39.n.11.& 12. Camer.in Cap.Imperialem fol.44. lit. L.Dom.Reg.de Põte cõs.3.in fi.& post alios Milan.decis.7.n.24.lib.1.vbi decidit per clausulã, quod possit locare, vẽdere &c.feudum effici in forma larga.& hæreditaria, nàm talis clausula, vel alia æquipollens, tanti est effectus in quacunque forma ponatur, vt non solùm possit ex ea alienari feudum, domino irrequisito, sed etiam id amplius, quod
284 † ille in quem erit facta talis alienatio retinebit rem illam, non iure feudi, sed liberam, & expeditam, ac tanquam allodialem, vt post Scrib.in c.1.de feu. nõ hab.prop.nat.feud.tradit Curt. Iun. in tract.de feud.in 4.part.regul.2.vers. quinto quæro nu. 141. in fine, Rolan. à Valle in cons.2.n.137. ac cons.3.n.61. vol.1.& D.de Pon.d.cons.3.in fi.& nu. 77.& 78.qui vult, quod vbi in inuestitura (licet cõfirmatoria) adest clausula (AD HABENDVM) præsertim si non fuit apposita alia clausula, natura feudi in aliquo non mutata, transfunditur illa clausula AD HABENDVM in ipsam inuestituram, quasi ab ea ipsa habeatur.

Et licet frequentiori calculo ea sit recepta opinio, quod feudum efficiatur nouum ex adiectione clausulę, respectu
285 illius † tantum nouæ clausulæ additæ, & in reliquis remanebit antiquum, vt post multos, & præcipuè post Intrigl.cent.1.q.23.per tot. tradit Mastrill.decis 55.nu.20.idem Armeng.loc. cit.nu.47. circumscripta distinctione de clausula substantiali, siuè accidentali, licet substantialem istam dicat, tamẽ respectu istius clausulæ dici posse tradit ex ea feudum nouum, & per consequens valere postergationem, nàm si feudum est nouum, etiam quod fuit feudum ex pacto potest alienare, & feudatarius de illo disponere prout voluerit.

Quod eo magis procedere dicebatur, quia dicta clausula posita fuit in verbis dispositiuis, idquè ex eo probatur, quia reperitur posita inter alias disponentes, cùm disponens sit illa, quæ immediatè procedit, vt legitur in dicto assensu ibi: *Dans, & concedens dicta donatrix eidem donatario, & suis hæredibus in perpetuum plenam licentiam, & potestatem.* & statim sequitur clausula AD HABENDVM, & postea sequitur alia clausula disponens, ibi, *quod dicta donatrix præstet seruitiũ cõsuetũ, saluo sibi vsufructu in vita, & onere, & lege solutionis debitorũ legatorũ, de quibus dictus Ioannes fuit grauatus*, in quibus clausulis contrahentes disposi-
286 tiuè loquuntur, & postea sequitur † clausula, per quam constituit procuratorem in rem propriam, quam inter clausulas dispositiuas adscribit Curt. Iun.cons.3.& post illum Laderch. cons. 1.nu.24. immò etiam si esset posita inter executiuas nihil interesset, cùm sæpe promiscuè ponantur clausulę executiuę, & dispositiuę in inuestituris, sed esse inspiciendam mentem contrahentium, & disponentium, & an appareat correcta, vel sit de stilo Notariorum posita, ex quibus Laderch.d.cons.1.n.12.
287 post multos, quos allegat, affirmat, † & concludit, dictam clausulam etiam in executiuis positam alterare naturam feudi, ibique respõdet argumentis adductis per Osasch.decis.164. & addit ex eius capite distinctionem, qua Osasc. est vsus, processisse, & DD. limitare regulam Clem.1. de præbend. non procedere quoties clausula executiua continet dispositionem, ex traditis per Zabar.nu.2. Anchar.in 6.not.in d.clem.1. Felin.in cap.licet.nu.6.de offic. ordin. Dec. consil.185. num.9. Molin. de Hispan. primogen. lib.4.cap.2. num. 49.& 50.
288 Dicebatur præterea † clausulam AD HABENDVM non immutare naturã feudi

feudi, quando verba sunt simplicia, & restricta, secus tamen si verba, quibus facultas alienandi conceditur sint adeò geminata, & prægnantia, tunc enim clausula vincit naturam feudi, ita concludunt Bal.cons.56.lib.3. Soccin. cons.152.num.19.vol.2.& cons.166.& alij adducti per Armeng. art.2. sect.1. inspect.1.num.57. vbi dat rationem,

289 quia † verba pluries geminata trahũtur ad maiora expressis, vt latè probat Feder. Scot.cons.1. num.129. & 130. vol.1.Cæsar Manent. cons.84. nu.29. & cons.85.nu.55. cùm igitur verba in inuestitura posita sint valdè prægnantia,& efficacia ad inducendum alienationem,debent operari effectum alienationis, verba enim sunt hæc, *Ad perpetuò habendum, tenendum, possidendum, & alienandum, & de eo, & in eo quicquid sibi,& suis hæredibus placuerit,tan quã de re ꝓpria libere faciendũ, proprietario iure,& titulo donationis præsentis.*

290 Et tandem dicebatur † tunc clausulam AD HABENDVM positam in executiuis operari contra principalem dispositionem, quando aliàs nihil operaretur, vt tradunt Ias.in l. qui Romæ, §. duo fratres num.73. vbi Ripa num.83. ff. de verbor. obligat. Gratus resp.9.num.142.& resp.17. num. 44. in princ. Soccin.Iun. cons.95. num.2. prout in casu isto,quia si per clausulam AD HABENDVM non esset immutata natura feudi ex pacto, & prouidentia,nihil operaretur, eo magis, quia cùm ista natura deducatur ex clausula IVRIS FRANCORVM, possunt stare simul,quod primogenitus succedat, & quod feudum possit alienari, prout intellexerunt Neapolitani,& habetur per Cap. volentes,latè prosequtur Armeng. art. 2.sect.1.inspect. 1.nu.64.& seq.vbi voluit id præsertim locum habere,cùm simus in feudo hæreditario.

Sed pro D. Mariana respondeba-

291 tur † tàm per clausulam EX CORPORE positam in inuestitura, quàm etiam per clausulam AD HABENDVM non esse immutatam naturam feudi antiqui, quod expressè dixit Petrus de Gregor.de conceff. feud.par.5. quæst.3.num.8. vbi limitando quæ supra dixerat num.7.in quo affirmauerat posse Principem facere de nouo feudo antiquum, quia soli Principi præiudicium inferebatur, subdit hæc verba: *vnde infero, secus esse si verba concessionis dictarent, concedimus Titio tale feudum antiquum sub iure noui feudi, quia si feudum antiquum efficeretur nouum fieret præiudicium agnatis, qui succedunt in feudo antiquo, cap.1. §. his verò deficientibus,de gradib. success.in feudis, qui tamen nõ succederent in feudo nouo, Cap.1. de duobus fratribus à Capitaneo inuestitis,& ideo nõ obstante tali forma concessionis feudum antiquum non efficitur nouum, cap.1.cum ibi notatis, de vasall.decrep.ætat.* & num.10. reddit rationem dicens, *& ratio est, quia non potest forma feudi antiqui mutari ex facto noui successoris, vt ex antiquo faciat sibi feudum nouum per nouam feudi concessionẽ,vt dixit Bal.cõs.2.incip.de quęstione ista in 1.volum.* Ex quibus dicebat D. Mariana, satis esse responsum ad obiectum partis, & ad ea quæ idem Petr.de Gregor.tradit num.19. nàm illa doctrina procedit in casu per ipsum Petr.de Gregor.proposito, hoc est si reperiatur concessio facta iure antiqui feudi, seù si dicatur in concessione inuestimus eum tanquam de feudo paterno, & antiquo, qualiter huiusmodi concessio intelligatur, & sic limitatio cadit super hac conclusione, quæ latè distat ab ea,de qua in ista causa agebatur,ibi enim agebatur de faciendo feudum nouum antiquum,hic de faciendo antiquum nouum, in quo vt ipse Petr. de Gregor.& omnes dicunt,non potest forma mutari in præiudicium agnatorum; vnde si feudum istud est antiquũ respectu antiquæ inuestituræ,non est effectum nouum, ex adiectione clausulæ EX CORPORE, & clausulę AD HABENDVM, quia si per clausulam *ad habendum* esset concessa facultas alienandi(quod pars nititur ex pręfatis cõ-

clusionibus elicere) destructa esset tota
292 natura feudi ex pacto, † quod neque Rex, neque partes facere potuerunt in præiudicium agnatorum, vt tradit Petr. de Greg. de conceſſ. feudi par. 3. quæſt. 7. nu. 48. & ſeq. & ſic dictum Bald. in cap. 1. §. inſuper de prohib. feud. alien. per Federic. in quęſtio. per ipſum propoſita, an ſi vaſallus commiſerit felloniam, Domino illam remittente dicatur feudum nouum, vel antiquum non obſtat huic concluſioni, quia feudum illud fuerat iam per feloniam apertum
293 Domino, † quod ipſo iure fit ex tegul. tex. in l. 3. ff ad l. Iuliam Maieſtatis, licet ad auocandum feudum requiratur ſententia declaratoria, vt per And. in cap. 1. §. ſancimus el 2. quo tempore miles num. 9. vnde tanquam feudo, quod nouiter ab ipſo concedebatur poterat legem imponere, quam volebat, & ſic Bald. doctrina in caſu ſuo habet locum, quia ſiuè per ſententiam feudum fuit amiſſum, ſiuè nulla præcedente ſententia: ſed Principis gratia fuerit ius caducitatis remiſſum, verum eſt dicere, feudum ipſo iure fuiſſe amiſſum, & Domino apertum, & ſic poterat forma mutari, quod dixit Bal.

Neq; refragari doctr. Affl. in Conſt. Regni cùm circa iuſtitiam nu. 9. qui li-
294 cet in principio numeri dicat, † quod ſi in confirmatione feudi facta per Regem addatur noua qualitas, feudum antiquum efficitur nouum, tamen ſubdit: *Sed nolo, quod erres, nàm dicit Iacob. Butr. in prima rubr. Cod. quod hoc eſt verum quoad id, quod eſt additum, non ad totale corpus, nec quantum ad additum, quando in toto confunditur, vt ff. de vſucap. l. eũ qui ædes*, quia ſi haberet locum cõcluſio partis, tota feudi natura deſtrueretur. Vndè cõcludendũ dicebatur, nullam eſſe habendam rationem de huiuſmodi clauſulis, nec de doctrinis pro parte aduerſa adductis.

Et ad doctrinam Blaſc. de Sancto Angelo, & Blaſc. Lanciæ dicebatur verum eſſe immutari feudum per clauſulam IVRIS FRACORVM, quia reſtringitur forma, & fit de libero pactionatum, quod hic ceſſat, quia hæc clauſula prius reperiebatur in inueſtitura, ſed nõ èconuerſo, quod poſſit tolli hæc clauſula in præiudicium agnatorum.

Et quantum ad clauſulam EX CORPORE additam in inueſtitura, dicebatur, illam clauſulam fuiſſe poſtea reuocatam, & Regem ipſum declaraſſe eius intentionem non fuiſſe aliquid immutare, vt patet ex eius verbis, quæ ſic ſe habent, *quia in confirmatione, quam ſuper fecimus de prædictis, noſtra fuit intentionis ipſam fuiſſe confirmationem iuxtà modum, & formam priuilegij ſupra nobis oblati*, quatenus tamen illa permanſiſſet non potuiſſet præiudicare agnatis, vt dictum eſt, nec per illam fuiſſet alterata natura feudi pro ſe, & hæredibus, ſi dictio (*Hæredibus*) eſt intelligẽda de filijs, vt latiùs dictum eſt in 2. art. & reſtrictio, quę oriri poteſt ex clauſula EX CORPORE, iàm inerat per clauſulam IVRIS FRANCORVM, quæ ad filios, eiusq; primogenitos ſucceſſionem deferebat, Immò expreſſam haberi voluntatem Regis nolentis immutare antiquam formam inueſtituræ.

Ad ea verò, quæ dicebantur de clauſula AD HABENDVM, VENDENDVM, & ALIENANDVM, reſpondebatur. Primò, non obſtare aſſumptum Bart. & aliorum in d. l. qui Romæ §. duo fratres, quorum meminit Cacher. in allegat. deciſ. 112. & 164. nàm aſſum-
295 ptum, † quod per huiuſmodi clauſulam videatur renunciatum fideicommiſſo, præterquàm, quod magnam habet controuerſiam, non per hoc inducitur per illam clauſulam annullatum eſſe fideicommiſſum in præiudicium vocatorum, ſed tantum illius, qui conſenſit illam apponi clauſulam, & per conſequens non eſſe doctrinas applicandas ad caſum iſtum, vt dicamus feudum eſſe effectum nouum in præiudicium agnatorum deſcendentium à Peregrino, & factam poſtergationem, quæ fieri omnino eſt prohibita.

Re-

Respondetur secundo, quia dicta clausula si apponatur inter alias executiuas non operatur effectum alie-
296 nationis, quia † non alterat, nequè ampliat dispositionem principalem, vt ex clem.1.de præben.vbi Scrib.omnes, & alij per Dec. adducti cons.413. col. fin.tradit Cacher.d.decis.164. vbi hac vtitur distinctione, qua & vsos fuisse alios affirmat in principio. quod aut huiusmodi clausula apponitur in verbis dispositiuis, & tunc inducit licentiam alienandi feudum, aut est apposita clausula in executiuis,& non alterat materiam, & dispositionem principalem, quam post alios probauit D. Nicol Intrigl.de feud.cent.2.art.6.nu. 58.† Quando autem dicatur apposita inter executiua, declarant ijdem Cacher. & Intrigl. ille d.decis.164. his verbis, *Quando autem dicantur posita in executiuis, dignosci potest si fuerint scripta in medio clausularum executiuarum, vt putà si sint positæ post clausulam de quibus Castro, & bonis infeudatis Princeps se deuestiuit,dictumque N. inuestiuit, & in possessionem corporalem, seu quasi posuit,& induxit per traditionem vnius dagba*, Intriglio. vero ita exēplificat *putà si fuerit scripta in medio clausularum executiuarum, dùm Princeps de dicto feudo se deuestit, & inuestit prædictum D. Gasparem eumquè in possessionem corporalem inducit statim apposita clausula prædicta ad habendum, vel post clausulam constituti possessorij, quæ etiam respicit executionem*, Quod isto casu factum esse dicebatur, nàm postquàm dictum est, *& eundem Ioannutium donatarium in possessionem induxit per fustem*, sequitur statim supradicta clausula AD HABENDVM,& eisdē ferè verbis de quibus in hac inuestitura, vsus est Osasch. decis.164.num.3. dicens, *dictumquè Nicolaum inuestit, & in possessionem corporalem.seu quasi posuit, & induxit per traditionem vnius dagba*, (& addit ipse,) *quæ verba nemo negabit concernere executionem*. Quod idem dixit D. Reg.de Ponte cons. 57.nu. 55. & seq. vbi subdit hæc verba, *tales clausulæ naturam rei non alterant,dispositionem nouam non inducūt, & nihil operantur*,(& paulo post subdir)*ideoque videtur hodie passim, & indistinctè, quod de prædicta clausula ratio aliqua non habetur, & nulla ratione,nisi quia non reperitur apposita in corpore gratiæ, aut dispositionis*.

298 Dicebatur tertio † dictam clausulam non alterare, nequè mutare principalem dispositionem, etiam si esset posita in verbis dispositiuis, si fuisset contraria principali dispositioni, nè induceretur contrarietas, correctio, & repugnantia, vt post Dec. cons. 139. & alios tradit idem Intriglio. d.cent.2. art.6.num.60.quod ad istum casum de quo agimus applicari dicebatur,nàm sicut superius dictum est, feudum ex clausula IVRIS FRANCORVM potius ad naturam feudi ex pacto, quàm hæreditarij accedere, per illam clausulam AD HABENDVM &c.mutaretur natura feudi in præiudicium agnatorum,quod fieri minimè posset,vt secundo articulo iàm est dictum,nám non solùm stanteclausula prędicta AD ALIENANDVM, verum etiam stante dispositione Cap.volentes,per quod alienatio permittitur, non potest feudatarius alienare feudum contra naturam ipsius, affirmantibus id Pern. consil.4. Petr.de Gregor.de concess.feud.par.3.
299 q.6.& Milan.decis.8.num.3.† licentia enim alienandi intelligitur data sub eadem forma,quam habebat Bal.cons. 185.col.3.lib.3.Milan.d.decis.8.nu.44 & transit cum sua causa,& cum eadem clausula IVRIS FRANCORVM,prout erat penès Margaritam donatricem, quæ possidebat in forma stricta, Lucas de Penn.in l.1.col.8.vers.& quia tale feudum C.de imponen.lucrat.descript. lib.11.Milan.d.decis.8.num.45. Bero. cons.212.num.9.lib.2. Quod eo magis videtur affirmandum, si adsit alia clausula reseruatiua,vt dicit idem Intriglio. loc.cit.num.60. quam hic adesse dice-

batur, cùm in inuestitura Regis facta Ioannutio dicatur in fine ipsius, *Curia nostra, & cuiuslibet alterius semper iuribus saluis.* Et ad id quod dicitur aduersus Osasch. dicebatur illius doctrinam non procedere ex suo capite, sed ab alijs grauissimis Doctoribus, approbari, vt per Intriglio.& de Pont.loc. cit.& dùm allegat ipsum num.15.dicentem operari inter filios, dicebatur Osas. non loqui in feudo, quod habebat clausulam IVRIS FRANCORVM, secundum quam, vt est dictum in secundo articulo, nō potest fieri postergatio, sed præcisè debet succedere primogenitus vocatus à prouidentia Principis. ex quibus videbatur affirmandum, Margaritam non potuisse sub alia lege dare, quam ipsa habebat, etiam si voluis-
300 set, immò † nec voluisse credendū est ex Andr. post glos.in Constit.vt de successionibus, Pern.cons.6.col.2.cons.13 & 18. latè Magon. decis. Florent. 54. sub num.26.Milan. decis.1. num.137. & decis.8.num.15.& 43.Lib.1. Vnde dicebatur potius appositam fuisse illam clausulam de stilo Notariorum, & ipsorum ignorantia, quàm quod per illam, aut Margarita, aut Rex voluisset
301 de nouo concedere, quia verum est † nunquam partibus innotescere clausulas, & an clausula solita sit apponi in donationibus, neque mirum, si Notarius ignorabat qualitatem rei donatæ, ad quod faciunt dicta per Mastrill. decis.190.num.23.& seq. & quę diximus in decis.causæ inter Vniuersitatem Ciuitatis Regalis, & Illustrissimum Ducem ipsius.

Sed quatenus illa clausula deberet operari aliquem effectum, & inde dici feudum nouum, dicebatur, illam tantum locum habere posse respectu Margaritæ, vel ipsius Ioannutij, qui sua vita durāte possent alienare, nec alienationem stante Regis assensu reuocare, non aūt respectu agnatorū, qui non possent reuocare durante vita possessoris, vt per And.in c.1. §.hoc quoq; de success.feu. nu.6.& post Alex.& alios tradit Osasc. dec.164.n.16.vers.item potest responderi, & nouissimè D.Ioa.Franciscus del Castill.post Petr.de Greg.& alios decis. 196.nu.50.

Ad quod etiam necessarius erat Regis assensus, stante dispositione Constit. Constitutionem diuæ memoriæ, nàm licet feudum ex pacto, & prouidentia
303 sit inalienabile ex sui natura, † poterit tamen alienari per feudatarium cum Regio assensu, & valebit eius alienatio in vita alienantis, & sic in sui præiudicium tantum, non autem successorum, quibus tale feudum debetur, quæ sunt verba Petr. de Gregor.de concess.feud. par.3.quæst.6.nu.9.vers. infero etiam, & sic omnes Siculi affirmant, & ita interpretantur Capitulum volētes, quod habere locum respectu feudi ex pacto affirmant, durante tamen vita alienantis, non autem in præiudicium successorum, vt declarat Cannet.in §. procedit etiam num.14. & seq.pag.77. ex quo dicebatur, non apparere ineptam responsionem istam, sicut videtur Aduocato partis, vt ipse dicit in respons. huius causæ art.2.sect.1. insp.1.nu.73. sed propriam, & veram, nàm licet per Cap. volentes hoc permictatur, secundùm interpretationem Prudentum illius Regni, nihil tamen obstat, quod exprimatur, quia abundans cautela non nocet, quemadmodum dicimus de clausula IVRIS FRANCORVM, quæ nihil addit Constitutioni Regni, VT de successionibus, & tamen in inuestitura dicitur, quod viuant Iure Francorum.

Et si dicatur, prædictam donationem fuisse Regio assensu vallatam, vnde quod non poterat Margarita, id Regius fecit assensus. Respondetur pri-
304 mo † Regem non posse elargare primæ concessionis strictam feudi formam in præiudicium vocatorum, quibus fuit ius acquisitum vigore primæ concessionis, nec de plenitudine potestatis ad tex.in c.1.§. & si libellum de alien.feudi pater. valebit tamen in vita alienantis, Pern.in 4.not.num.38. post Capitulum

tulum volentes,& conf.25. in 16.carta vers. non obstat,Ruin.cons.7. num.13. lib 1.& cons.9. num.25. lib.3. vbi loquitur de feudatario, & Rege consentiente,Petr.de Gregor.de concess.feud. par.3.quæst.5.num.3.4.7.& 10.vers.a. verò casu,Milanens.decis.8,nu.4 lib.1. Cumias ad cap.si aliquem in verbo antiquis num.143. Soccin. Iun.cons.77. num.24.lib.1.Intrigl. de feud.cent.2. art.2.num.351.& sequen. & quod ipsa confirmatio; & alterario formæ facta cum consensu Regis solùm valeat in præiudicium ipsius consentientis, & non in præiudicium successorum, dicit Aluar.in cap.1. in vlt.not.num.4. de eo qui finem fec. & in cap.1.num.3. & num.8.an agnat. sequitur Capic. in inuestit. feud. verbo feudorum diuisio in vers. limita 4. fol.163. vbi dicit feudum retinere naturam suam, quod non solùm in feudo, sed in maioratu dixit Molin.de primogen. Hispan.lib.1.cap. 8.num.31. vers. quod nèdum procedit vbi loquens in terminis huius decisio-
305 nis affirmat † non posse Regem spem maioratus à primogenito auferre, & dare secundogenito, sic enim ait, *Esset namque absurdissimum asserere, quod ex eo, quod maioratus ex Principis facultate institutus fuit, possit Princeps filio primogenito, absque causa legitima etiam viuente patre successionem maioratus sibi in spe debitam auferre, atque illam in filium secundogenitum transmittere, atque omnes primogeniorum leges, conditiones, & substitutiones reuocare.*

Quarto dicebatur, nec Regem voluisse talem facultatem alienandi concedere, quia illa(vt est dictum)posita est in executiuis, non in dispositiuis verbis, & quia non solum confirmauit donationem,sed inuestituram factam Ioannutio, & quia in specie confirmauit, cum conditione, *vt viuant Iure Francorum, & maior natu, &c.* & sic excludit expresse facultatem alienãdi, cùm repugnet huic conditioni appositæ in confirmatione, immò si fuisset posita dicta clausula in dispositiuis, non esset intelligenda secundùm partis intellectum, quia fuisset contraria principali dispositioni, vt tradit Osasch. d.
306 decis.164.num.5. & † semper intelligi potuisset citra præiudicium successorum, quibus ius fuerat quæsitum, ex prima concessione, Osasch. d. decis. 164.num.6. & Intrigl.d.cent.2.art.6. fol.178.

Respondetur quinto, hanc difficultatem cessare per clausulam SALVIS, quæ legitur in assensibus præstitis donationi factæ per Margaritam, in quibus legitur f.91.à ter.ibi *Curia nostra, & cuiuslibet alterius, semper saluis iuribus*,& eadem leguntur verba in assensu,seù inuestitura data Ioannutio, quãdo petijt tolli clausulam EX CORPORE fol.93. per quam clausulam non intelligitur alijs velle præiudicare, qui ius habent,& sic successoribus vocatis, sed intelligitur prout erat ante confirmationem, ita Andr. in cap.1.num.7. qui success. teneant. Petr.de Greg.de concess. feud.par.8.quæst.15.num.2.&
307 † cum hac clausula nullum fit præiudicium formæ antiquæ,cuius confirmatio desideratur, Anchar. in cons.124. 2.col.Pern.cons.3.in 1.car.vers.non ob stat, & cons.24. in 14 colu.vers.& primo circa illud, & ita tradit Petr. de Gregor. de concess.feud.par.3.quæst. 10.vbi adducit Cumiam in cap. si aliquem verb.antiquis num.248. Intrigl. cent.2.de feud.art.2.num.569.& 307. & Oldrad. cons.137. & stante dicta clausula habet locum regula, quod resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris,quia Regis intẽtio est non præiudicare tertio.

Nec obstare dicebatur,dictam clausulam non operari respectu nõ expressorum, quia respondetur non fuisse expressum præiudicium primogeniti, & aliorum successorum,quorum ius per hanc clausulam fuit reseruatum, Immò Regem in confirmatione præfata non confirmasse donationem iuxtà ipsius seriem,continentiam,& tenorem,prout fieri solet, sed eam confirmasse iuxta seriem,

feriem, & tenorem sacrarum constitutionum Imperialium Regni nostri, quæ sunt Constitut. constitutionem diuæ memoriæ,& aliæ quæ impediunt facultatem alienandi, & introduxerunt Ius Francorum ab intestato, vt tenet Petr. de Greg. de conceß.feudi par.8.quæst. 13.num.7.

Nec etiam obesse dicebatur, quod Donna Mariana approbauit declarationē Margaritæ, per quam nominat, Ioannutium pronepotem,& sic etiam per consequens approbauit hanc facultatem alienandi, quæ in eadem inest donatione, quia respondetur, confessionem Margaritę differre à facultate alienandi, nā Margarita poterat declarare, Ioannutium esse eius fratrem consobrinum, non autem potestatem alienandi concedere, quia non erat in eius posse,

308 † neque est inconueniens, vt ego impugnem actum, & possim me iuuare confessione facta in actu impugnatiuo, eo magis, quando vnum non dependet ab alio, & quando non impugnatur, sed datur instantia, in qua possit verificari ad tollēdam contrarietatem, vt est tex. expressus in cap. examinata de iud. vbi Felyn. num. 3. & Capyc. decis. 70. num. 1.

309 His omnibus discussis †fuit conclusum in hoc articulo, feudum Placæ non fuisse effectum feudū nouum per donationem factā à Margarita, cùm in 1.art. fuerit habitum pro vero, Ioannutium fuisse descendentem à Ioāne de Rainerio,& fratrem consobrinum Margaritę, cùm id non fuerit oppositum vllo vnquam tempore, neque alium extitisse, qui eum præcederet,& cùm in hoc feudo præualeat qualitas pacti,& prouidētiæ, non potuisse effici feudum nouum, immò nec Regem id voluisse, & quoad clausulam AD HABENDVM fuit habitum pro vero, illam non immutare naturā feudi, neq; vt dicit D. de Pon. d. conf. 3. num. 78. clausulas positas in executiuis alterare dispositionem principalem, iuxta tex.& not. in clem. 1. de præb.

ARTICVLVS QVARTVS.



QVoad quartum principalem propositum Articulum dicebat D. Antonius, obstare D. Marianæ transactionem initam inter Peregrinum, & Antonellum Ioannutij filios super hoc feudo Placæ, per quam Peregrinus renunciauit iuribus sibi cōpetentibus super hoc feudo Placę; vt

310 legitur fol. 167. quam † validā fuisse etiam absque Regis assensu affirmabat, ex text. in cap. 1. §. si vasallus feudum vers. si vasallus ibi, *nàm & transigere rectè poterit* si de feud. fuer. controu. inter Domin.& agn.

Ex quibus iuribus id annotarunt Andr. ibidem in princ. Præpos. num. 1. Aluar. num. 2. Affli. num. 1. idemq; affirmat Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. 1. auctor. in quæst. incip. à Regnicolis num. 8. Petr. de Gregor. de conceß. feu. par. 4. quęst. vlt. vers. ex quibus infero, & alij adducti per Intrigl. cent. 2. ar. 5. num. 114. D. Consiliar. Ioa. Andr. Geor. alleg. 3. num. 11. & per Armengol. in allegat. pro D. Antonio sect. 1. art. 3. inspect. 3. num. 4.

Dicebatur secundó principaliter validam fuisse illam transactionem sine assensu, ex quo feudum remansit penès vasallum, nempè Antonellum iàm cognitum Regi, à quo habuerat inuestituram, quotiescumque enim feudum remanet penès vasallum valet transactio l. si pro fundo C. de transaction. vbi notant Scribentes valere in re Pupilli, & Ecclesiæ sinè decreto, & in his ter-

311 minis † quotiescumque agitur super feudo, si possessio remanet penès possessorem conuentum, validam esse, tradit Capyc. post multos DD. dec. 156. nu. 9. Marin. Frecc. de subfe. lib. 2. 1. auct. §. à Regnicolis nu. 8. Cannet. ad cap. si aliquem §. at non est omictendum nu. 8. fol. 189. Molin. de primog. Hispan. lib. 4. cap. 9. nu. 22. aduersus Afflict. in cap. 1. §. si vasallus l'vltimo num. 13. si de feud.

feud.fuerit controuer. vbi voluit, non valere transactionem, quia dicitur causam antiquam possessionis mutare, nec feudum eã possidere ex causa primæua, sed ex noua, ad quod plures Doctores adducit Intrigl, d.cent.2.cap.5. nu. 120.& 124.

Quibus minimè obesse dicebatur, quod pro D.Mariana dici poterat, nempè, feudum non fuisse tunc penès Antonellum, sed penès Ioannem Vallonum, quia & si naturalis possessio tunc temporis existeret penès illum, Antonellus tamen obtinuerat inuestituram,
312 † quę licet propriè dicatur possessio, & abusiuè, quando per hastam fuit inuestitus, vt in cap.1. quid sit inuestitura, & possessio penès Vallonum fuerit vitiosa post mortem Margaritę, quia sine assensu, ciuilem tamen possessionem remansisse penès Antonellum, certum est, & per cõsequens validam fuisse transactionem sinè assensu, quia feudum remanebat penès vasallum à Domino electum, vt tradit D.Consiliar.de Georgio alleg.3.num.12.

Ad huiusmodi tamen disputationem euitandam, an sine assensu valeat transactio stante dispositione Capituli Imperialem, & Constitutionis constitutionem diuæ memoriæ, quia posset vasfallus transigendo alienare indirectè, fingendo sibi moueri litem, prout in his terminis loquuntur Afflict. decis.138. Iul.Clarus in §.feudum quęst.38.& alij adducti per Molin. ad cap.9.num.19. li.4. Dicebatur in hac trãsactione adesse assensum Regis, quo stãte omnis ces-
313 sabat difficultas, nàm † assensus Regis omnem tollit obstaculum, vt statuit Summ. Pontifex in cap.1. de transact. ibi, *Vires plenissima notionis ex nostra auctoritate suscipiat*, vbi Glos.& DD. Ad quod faciunt tex. in cap. constitutus de religiosis domib.& in l.2. ff. de reb.eor.& in l. adoptio ff. de adopt. & quæ tradunt Angel.& Ias.in l. contra iuris §.fin. num.7. vers.6.ff. de pact.& Scrib.omnes in cap.1. §.donare qual. olim feud.pot. alien. & hoc esse indubitatum in feudis,& fideicommissis, tradit Peregrin. dict. artic. 52. sub num. 88. & generaliter in maioratibus,& fideicommissis firmarunt Pinell. in l.1. C. de bon. mater.3.par.num.50. in 8. limitat. vers. *sed hoc de transactione sublimitandum puto*, D. Antonius de Padilla in l. vnum ex familia §. si de falcidia nu.10.ad fin.ff.de leg.2. Menchiaca lib.3.controuers.cap.6.num.7. idquè etiam confirmatur auctoritate D.Lodou.Molin.de primogen.Hispan.
314 lib. 4.cap.9.num.22.vbi voluit † trãsactiones, Regia accedente auctoritate in feudis validas esse, sicuti etiam in maioratibus, etiam sinè Regia facultate institutis, quia (vt supra dixit num. 20.ex tex in cap.1.de transact.) vbicunque super aliqua re trãsigi non potest, ex eo, quod alienari prohibita est, vel ex alia quacunque causa, si tamen Principis accedit asẽsus, trãsigi potest, vnde transactionem istam esse firmissimam dicebatur, quia cùm transigentes non habeant dominium rei, super qua litigatur, Regis assensus facit, ùt sit perpetua, quoad omnes; idquè probari ex tex.in cap. veniens de transact. à contrario sensu, & dicebatur, in tantum huiusmodi transactionem esse va-
315 lidam, vt † non possit dici de nullitate ipsius, quod notant DD. in cap.1. de confirmatione vtili, vel inutili, Abb. in cap. ea quę de senten.& re iudic.nu.3.Hippol.Riminal.in cons. 239.
316 num.32.& 33. vbi concludit † non esse amplius disputandum de tali casu, nec posse rescindi ex capite lęsionis enormissimæ, immò cessare omnem restitutionem, Archidiac. & Io. Andr. in cap.1.de pact.in 6. Alex.cons.140. num.69.lib.6. Mantic.de contract. lib. 26.tit.9.nu.23.32.& 36. Schrad.cons. 5.num.464.cùm Principis confirmatio suppleat defectum formæ, personæ, & solemnitatis, vt post Bald. in l.fin ff.de testam.& Oldrad.cons.255.tradit Lancellott. de attentat.cap.12. limit.52. num.2.& 3. ad quæ etiam faciunt tradita per Paris.cons.118.num.15.vol.1. ex quibus dicebatur, quod si Regia auctoritas in fideicommissis,& maioratibus

tibus plurimum valet in præiudicium omnium ascendentium, quantò magis id operari debet in feudis, quæ sunt bona prouenientia ab ipso Rege, quod eo magis procedit in feudo hæreditario, prout esse istud Placæ, iàm in secundo articulo erat fundatum, vt tradit Afflict.decis.240.num.11.

317 His accedebat † dispositio Cap. Regni Siciliæ, quod incipit volentes aliquibus tamen concurrentibus, vt nempè si fuerit transactio facta sinccrè & bona fide, ad tex. in cap.1. de controuers.inter vasallum, & Dominum, Ibi, *Vel cum aduersario transegerit, dummodò fraudulenter actum non sit*, vbi Scribent. Curt.in tract.feud.4.par. num.97.Intrigl.de feud.centu.2.art.5. nu.117.Peregrin. de fideicom. art.52.

318 num. 8. † quam bonam fidem, tunc interuenire dicebatur, quando adest lis, vel litis occasio, aut illius probabilis timor, vt voluere Bart.&cæteri Scribentes in l. cùm hi §.sed cum lis ff. de transact. Immò sufficere non esse ita clarum ius transigẽtis super fideicommisso, vel maioratu, vt voluit Peregrin. de fideicommiss.art.52.nu.102. quam litis dubitationem declarat Intrigl. d. cent.2.art.5.num.117.dummodò de facili non possit recuperari feudum, vel fuerit lis mota de facto, vt dixit Bart. in l.2.C. de transact. quæ tamen intelligunt Scrib. quando non potest dici, quod per calumniam, & in fraudem Domini, & successorum fuisset deuentum ad transactionem, ita quod esset voluntaria, & per indirectum facta alienatio, argum. tex. in l. in summa ff. de condit. indeb. l.contra iuris §. fin. ff.de pactis, l.Præses C. de transact. de quo latius infra in responsionibus ad oppositiones D.Marianæ.

Sed aduersus prædicta dicebat D. Mariana, veram esse conclusionem transactionem fieri posse à vasallo, quæ desumitur à cap.1. §. si vasallus si de

319 feud.fuct.controuers.† sed illam procedere attento tempore dicti Capituli, & ante l. Imperialem, de prohib. feud. alien.per Feder.vt post Affli. in d.c.1. affirmat D.Molin. de primogen. Hisp. lib.4. cap.9. num.9. dicens esse veriorem opinionem, & magis communem post Soccin. consf.87. num.10.lib.3. & Soccin.Iun. cons.77.num.76. cum sequent.lib.1.Iuli.Clar. lib.4. sentent.§. feudum quæst.39. per quam legem Imperialem omnis alienationis actus prohibetur, vnde nullam dicebatur esse habendam rationem illius consuetudinis, cui fuit Imperiali lege derogatum, & hoc attento iure communi feudorum, licet D. Marin. Frec. de subfeud. lib.2.in quæst.incip.à Regnicolis num. 8.dicat etiam, secundum legem Imperialem posse fieri transaetionem sine assensu, sed vt omnis tolleretur disputandi occasio, hanc quæstionem esse sopitam per Constitutio. Regni, quæ incipit Constitutionem diuę memorię, per quam in specie transactiones fieri prohibetur sine Regis assensu, ex mẽte And.in d.c.1.§.si vasallus feudũ nu.9. si de feud.fuer.controu.qui dicit: *Quid autem de trãsactione dicitur, quod possit vassallus Domino ignorante transigere, videtur absurdum ab omni latere, cùm*

320 † *transactio sit actus voluntarius per conuentionem, & Aquilianam stipulationem ff.de transact.l.2.* Et quãuis Andr. loco cit. causam illius perquirens dicat *fortè hæc iura considerauerunt, quod in transactione est timor litis*, alius maior se opponit, nempè alienationis in fraudem domini, ideoquè stantibus dictis legibus, nullo modo transactionẽ fieri posse absque Regis consensu affirmabatur.

Ad secundum partis motiuum, quo intendit probare validam esse transactionẽ, quando res penès possidentem

321 remansit, respondebatur † conclusionem prædictam intelligi, dummodò non præiudicet successoribus maioratus, vt dixit Molin. cap.9.lib.4.nu.23. Item procedere conclusionem prædictam, quando petit rem tanquam liberam, secus si petit rem tanquam de maioratu, tunc enim non valet transactio,

factio, quia sicut alienare diceretur possessor, si penès petentem rem dimitteret, ita etiam dicatur alienare si petens illam dimictit penès possessorem, qui non est legitimus possessor, vt idem D. Ludouicus Molin. declarat loc. sup. prox. citat. num. 17 prout in casu isto, nam Peregrinellus petijt feudum ad se pertinere tãquam primogenitum, & ex pacto, non autem in forma larga, ex quo fit, vt non prȩsumatur facta transactio bona fide, sed in praeiudicium successorum, cùm Antonellus non fuerit verus possessor, obstãte illi forma inuestiturae, quae prohibet in alium quàm in primogenitum feudum venire

Et tandem dicebatur, non obstare doctrinam Molin. dùm Afflictum contrariam opinionem tenentem in feudis impugnat, qui asserit, trãsactionem nullam, ex quo desinit possidere ex causa antiqua, nàm cùm Afflict. loquatur in materia feudali, quàm legendo, consulendoq; & iudicando optimè sciuit, magis erit standum Afflict. quàm Molin. sicut in materia maioratus magis erit sequenda doctrina Molinae, vltra quod attenta dispositione Constitutionis cõstitutionem diuae memoriae, per quam omnis actus prohibetur fieri in materia feudali, non est reprehensibilis doctrina Afflict. & licet assensus validet, non tamen operatur in praeiudicium agnatorum, & Afflict. nihil aliud voluit dicere quam, Principem supplere defectum iuris, non autem tollere ea, quae sunt
322 partium, † non enim praesumitur velle tertio praeiudicare ex l. 2. §. merito, & §. si quis à Principe ne quid in loco publico, de quo nos larius diximus ad rub. de constit. Princip. cap. 2. num. 23.

Dicebatur preterea pro parte D. Marianae, assensum à Rege interpositum non prodesse, ex quo istud feudum habet naturam feudi ex pacto, & proui-
323 dentia; † quam Dominus mutare non potest in prȩiudicium successorum ex doctr. not. Andr. Isern. in d. cap. 1. §. si vasallus feudum num. 9. si de feud. fuer. controu. qui sic ait. *De transactione quod non noceat alijs agnatis certum est, quia non cauetur de ea, quod eis noceat, nec est ratio premissa quare sententia nocet*, quod idem dixit Afflict. ibi num. 14. & Intrigl. quem pars allegat cent. 1. art. 5. num. 135. vbi sic inquit.
324 *Et † transactio cum Domini consensu praeiudicaret agnatis in feudo hereditario, etiam conficientibus inuentarium, secus in feudo antiquo ex pacto, & prouidentia, vel mixto*, vt idem Molin. tradit lib. 4. cap. 9. nu. 10. & Pinell. in l. 1. de bon. mater. 3. par. num. 44.

Ad ea verò quae tradit D. Consiliar. Marin. Frec. de subfeud. lib. 1. prima author. in quȩst. incipiẽte à Regnicolis num. 8. dicebatur, illum loqui simpliciter, & in casu quo res possessori dimittitur, quod tamen erit intelligendum secundùm Andr. vt non praeiudicet agnatis, licet respectu transigentis possit illi praeiudicare, & non alijs, & ita respondet ad Petr. de Gregor. & alios in princip. à parte adductos.

Nec opitulari poterat Cap. volentes, quod à parte adducitur, de quo suprà,
325 nàm † illius dispositio procedit, forma inuestiturae non reluctante, & assensus Regis operatur in praeiudicium Regiae Curiȩ, vt inquit Petr de Gregor. de concess. feud. par. 3. quaest. 6. num. 7. qui subdit num. 8. haec verba, *Quatenus vero fieret praeiudicium successoribus expressè nominatis in prima concessione feudi, valebit tantum huiusmodi mutatio forma in praeiudicium ipsius feudatarij consentientis tantùm*, ideoquè, vt in secundo articulo huius decisionis dictum est per omniũ ora habemus Cap. volentes suum sortiri effectum, forma non repugnante, vt dicit Canner. in §. at non erit inutile num. 33. fol. 133. Nec Cap. volentes operatur magis, quàm assensus hominis, vnde nullum praeiudicium infert successoribus.

Quod eo magis affirmandum dicebatur, quia assensus fuit subreptitiè impetratus, non enim fuit exposita Regi qualitas feudi, quod scilicet erat cum clausula IVRIS FRANCORVM antiquum,

quum,& quod fiebat postergatio,vnde
316 † nullum effectum operari huiusmodi assensum,non enim Rex concessisset, aut durius concessisset,cap.super literis vbi Scribent.de rescript. cap.1. in fine de feud.guard.Oldrad.cōs.81.in princ. & cons.227. in fin.& Rota coram Illustrissimo Seraphino decis.752. num.5. in fin. nàm subreptio, quæ procedit ex taciturnitate iuris alterius, ipso iure annullat actū,Archidiac. in cap.si post quā de præben.in 6.vbi Philipp.Franc. num.6. vers. extra glos. & in specie
317 † quod assensus sit nullus, quando non est expressum, feudum fuisse antiquum, ex Andr.Affli.Ruin. & alijs tradit Roland.cons.49.nu.55.
318 Et in casu quo † non fuit expositum Regi feudum pertinere ad secundogenitum,in proprijs terminis fuit decisum in Sacro Neapolitano Consilio assensum esse subreptitium, vt testatur Dominus Cons.Frec.de subfeud.lib.2. §.superest, vt aliqua,à num.1.vsque ad 14.fol.171. & tamen agebatur de feudo hæreditario,ibiquè affirmat feudum cùm clausula IVRIS FRANCORVM esse ex pacto,& prouidentia,idquè in Regno Siciliæ nullam habere difficultatem, adeo, quòd taliter impetratus in Regno assensus sit subreptitius, docet Intrigl. cent.2.art.6.nu.165.vers. declaratur 17.

Vltra prędicta dicebatur pro D.Mariana,assensum istum nihil opitulari trāsactioni, stante clausula, quatenus ritè,
319 ac rectè facta fuerit, † ex qua excluditur confirmatio, iuxtà tradita per D. Regentem Lanarium cons.15.num.17. & 18. Item etiam si non esset posita, ità deberet intelligi,quia quando transactio est facta mala fide, & per calum-
330 niam nihil operatur ,nàm confirmatio Principis non confirmat malè gesta, l.auctoritatem C. vnde vi, Gramatic. decis.65. num.50. & alij per Peregrin. relati art.52.num.89. in fin. ex quibus omnibus dicebatur,assensum Regis(etiā si profiguus, potuisset esse) non confirmare transactionem prędictam.

Dicebatur præterea, deficere in hac transactione omnia,quæ ad validitatem transactionis etiam super re allodiali, requiruntur,& Primò, quia nullam ptenditur adfuisse litē, quæ licet fuisset mota pro parte Peregrini, nullū tā allegatur ius in transactione prędicta, quod pertineat ad Antonellum, nisi tantùm esse factam ad preces amicorum, immò in contrarium constat de expresso iure Peregrini,qui erat primogenitus, & sic istam non fuisse transactionem,sed potius cessionem iuris primogenituræ, quod Peregrinus habebat,quam nihil operari in præiudicium successorum venientium iure proprio,
331 sed † tantùm illius, qui renunciat, vt apparet ex traditis per Marc. Ant. Peregrin. de fideicomm.art.52 num.91. & 95.& sic donat omne ius, quod ipse Antonellus non habebat, quia erat secundogenitus, quod alienare est sub colore quæsito transactionis, ideoquè non præiudicat successoribus in inuestitura comprehensis, voluit Alex. cons. 15.num.8.lib.5.Decius cons.193.nu.4. cons.263.num.3. & cons.269.num.5. Ias.cōs.64.lib.3.& in l.2.C.de iur. emphiteut.num.208. Peregrin. vbi supra num.82.& seq.

Præterea dicebatur,nullam litis dubietatem præsupponi potuisse,cùm feudum istud esset ex pacto, & prouidentia, & ad primogenitum pertineret, ideòquè dubietatis causas non fuisse expressas in transactione, quia quando alicui permittitur transigere, oportet, vt causa sit vera, quia non est in potestate contrahere volentium causas fingere,quando sunt prohibiti alienare,
332 quæ cùm manifestè deficiant parti † , quæ se fundat in transactione incumbit onus probandi, tradit Osasch.decis. 171.num.11.Bursat cons.151.num.520. vol.2. Ioseph Ludouic. concl.1.rub.de probat.vers. infertur 9.& vers. infertur 29.Intrigl.de feud.cent.1. art.7. num. 69.vers.cui etiam.Et tandem nequè vtilem fuisse huiusmodi transactionem, cùm pro ea nihil acceperit, vt ex eiusdem

dem transactionis lectura ostēditur, sed in omni parte damnosam fuisse, & sic
333 † nullam ex hoc etiam capite, ex reg.text. in l.transactio C.de transact. Galliaula consil.40.nu.11. & cons.17. num.72.

Neque dici potest, Florestam remansisse pænès Peregrinellum, quæ nunc reperitur pænès D. Marianam; Nàm Floresta non erat in dominio Ioannutij, tāquam sua, sed loco pignoris, eamquè fuisse relictam titulo instirurionis, & portionis debitæ iure naturæ, vt legitur in testamento Ioannutij, & si nūc reperirur pænès D. Marianam, hoc effectum fuisse ex alio titulo, vt lariùs est dictum in 6.articulo.

His exceptionibus respondebat D. Antonius, dicens, tunc posse dici, calūniosè factam transactionem, quando actor calumniosè litem proponeret ad euincendum feudum, non autem quando reus id faceret ad retinendum,
334 nàm † eo casu transactio substineretur, vt tradit Castrens. in l. 2. post princ. C.de transact. versic. sed obstat vnum, & in l.sub prætextu, col.2.num. 6.C.eod.tit.quia†potiùs toleratur reus malitiosè se defendendo, quàm actor malitiosè molestando, vt dicit Bart. in d. l. 2. num. 1. vsque ad num. 3. Emanuel Xuares in thes. com. opin. verb. transactio, & Surd. consil. 451. lib.3. num.51. quæ omnia in hac transactione ad eius validitatem reperiri dicebatur, præcesserat enim transactionem lis mota per Peregrinum, ius erat dubium, ex eo, quod si feudum erat effectum nouum in personam Ioannutij, poterat illud donare secundogenito, cùm receptissimum apud omnes sit in
338 Regno Siciliæ†primum acquisitorem non ligari forma, vt post Petr.de Greg. de concess.feud part.3.quæst.7.versic. ego autem, & alios, tradit Io.Franciscus del Castiglio decis.106.nu.82.accesserat illi Regius assensus, dubium erat, an esset feudum hæreditarium, vel ex pacto, an esset maioris valoris Floresta, sic etiam erant alia, quæ non solùm dubium liris euentum reddebant, sed certam decernebant, atquè legitimam fuisse causam transactionis, prout in ipsa transactione asseritur, Vndè si sufficit litem motam fuisse de facto, vt supra ex Barr.in dicta l.ex transactione dictum est, & tradit post alios Becc. consf.109.num.6. quanrò magis id erit affirmandum, quando causæ litigandi
337 non leues fuerunt, cùm † sufficiat ad validitatem transactionis, quod extirerit causa lirigandi, ex qua probabiliter potuerit adesse ius, vt not.Bar.in d.l.2. immò sufficeret, trāsactionem fieri propter litem, licet non fiat in lite, vt tradit glos.in l.2. C.de transact. & sequuntur Soccin.Iun. cons.98.nu.2. & 14.lib.2. Fachin.cons.36. lib.11. vol.1.vbi subdit, transactionem tùnc habere omnia substantialia requisita sua, & conuenire diffinitioni traditæ per Iureconf. in l.1. ff.de transact.cùm eius finis sit lites dirimere, quorum omnium est ratio, quia in his omnibus casibus, satis constat de bona fide transigentium, & ex simili transactione resultat, alienationem non fuisse voluntariam, †quam lex feudalis abhorret, atque impugnat, vt Andr.anī maduertit in cap.1.§. si vassallus num. 8.si de feud.fuer. controuers. & Molin. d.cap.9.num.10.sed potiùs dici alienationem necessariam, & ideó sicut sententia nocet omnibus successoribus, vt tradunt Molin.d.cap.8.lib.4.Menoch. consil.412.nu.95. & consil.503. num. 25.& Rosent.post alios cap.6.memb.1. conclus. 27. & Dominus Consiliarius Fabius de Anna consil. 18. num.18. licet nu.2. referat opinionem aliorum, dicentium non nocere successoribus non citaris & ignoranribus, ita & transactionem ex causa, & bona fide factā, quæ hoc casu sententiæ æquiparatur, &
339 † non minorem auctoritatem habet, ad tex.in l.nō minorem C.de transact. cap.1.de lit.contest. Peregr. d.art. 52. num.88. ex quibus omnibus dicebatur transactionem fuisse validam, & omnibus iuris requisitis vallatam, & faciunt quæ supra dicta sunt in hoc Articulo,

in c. incipien. his accedebat dispositio cap. Regni nu.317.& fol.106.

Ad id verò, quod dicitur, non fuisse
340 vtilem, respondebatur satis † vtilem fuisse, si aliquam probetur recepisse vtilitatem, vt docet glos. in l. transactio, vbi Bald.& Salycet.not. C.de transact. immò sufficere, si vtilitas potest haberi ad tempus, vel sub conditione, & quouis modo possit ad transigentem peruenire, l. si super possessione C. de transact. & sufficere vtilitatem esse minimam, l. 3. §. debitor ff.de transact. quod autem fuerit vtilis, apparet, quia retinuit pænès se Florestam, quæ, vt in facto erat probatum, maioris fuerat valoris, quàm feudum Placæ, quodquè apparebat ex testamento Ioannutij, qui legauit Florestam Peregrino, de qua ipse liberè poterat disponere, in quem voluisset, cauitquè in eo testamento, vt contentus esset dispositione per ipsum facta. Neq; his refragari dicebatur, Fisci si postea euicisse Florestam, quam si hodie possidet D. Mariana, alio iure, & nouo possidet. Nàm respondebatur, inspiciendum esse tempus litis moræ, quia si eo tempore sententia lata fuisset, inuenisset vtiquè transactionem fuisse validam respectu vtilitatis, sic etiam habito respectu ad præsens tēpus, dicebatur causam euictionis ortam fuisse à Hieronymo, qui denunciauit Regiæ Curiæ, Florestam indebitè possideri per Peregrinellum, & sic causam debere obstare hæredibus Hieronymi, à quo descendere se asserit D. Mariana, nàm si ipse tacuisset, non vtiq; posset opponi, quod hodie opponitur. Ad quod facit tex. in l. si seruus plurium §. si quis ante ff. de leg. 1. vbi Iureconsul. sic ait, *sed si subiecit delatorem sibi, vt ei hæreditas adiudicetur, & oneribus careret, vel minùs plenè defendit causam, non se exonerat exemplo eius, qui collusoriè de hæreditate litigauit*, quod annotauit Bartol. in dict. l. si seruus plurium §. si hæreditatis, assignans rationem, quia siuè dolo, siuè sola culpa contingerit
341 est turpitudo, † quam non potest allegare, qui eam admisit, maximè cum propria vtilitate, l. filium ff. de liber. causa, cum alijs adductis in allegat. Armeng. artic. 3. inspect. 2. num. 80. & sic stante delatione facta per Hieronymum, & consensu præstito per Nicolaum eius filium, qui contentus remansit, Florestam dimittere, acceptis 600. vntijs oblatis Hieronymo per Fiscum, non potest hodie dicere, transactionem non fuisse vtilem, quia ipse, si defendisset Florestam, nequè contentus remansisset, oblata per Fiscum pecunia, adhuc pænès se ex titulo antiquiori retinuisset Florestam.

Et licet transactio ista non fuisset reciproca, nequè aliquid commodi ex illa percepisset Peregrinellus, nontamen ex hoc posset inferri, illam fuisse nullam, quia valuisset in vim transactionis, generaliter, & largo modo
342 sumptæ, † cuius appellatione venit quicunque recessus à lite, l. 2. vbi Paul. Castrens. Soccin. & Riminald, in l. transactio circa med. versic. & illud, quod sic dicitur C. de transaction. vbi Alciat. numer. 41. & Rebuff. post med. versic. notandum, affirmat, transactionem latè sumptam denotare quemcumque actum, per quem concordia inducitur, vel ab obligatione receditur, vel ad finem aliquod perducitur, vt dixit Glos. in l. 1. §. conuentionis versic. transigendi, vbi DD. ff. de pactis, Osasc. decis. 91. num. 24. & Rota decis. 119. num. 8. & 13. in nouissimis,

At pro parte D. Marianæ dicebatur, nequè transactionem ex isto solo capite infirmari, nequè si ex isto infirmaretur sibi obstare prędicta, cùm veniat ex persona propria, nequè factum Hieronymi sibi nocere posse, siquidem licet turpiter fecisset Hieronymus, habito respectu ad consanguinitatem, non per hoc prędiudicauit successoribus, cùm ex re iudicata apparuerit, iniustè fuisse possessam Florestam, quæ iniustitia à tempore Ioannutij considerabilis erat. Nequè obstare text. in d. l. si ser-

seruus plurium, §. si quis ante ff. de leg. primo, nam Hieronymus denunciauit fisco feudum indebitè possideri per Peregrinum, & sic non esse in terminis dictæ legis, nequè est certum, Florestam fuisse maioris valoris, quàm feudum Piacæ, cùm sit contrarium probatum in facto, vt patet fol . .

Præterea ad confirmationem oĩum pro parte D. Antonij adductorum, dicebatur transactionem istam 200. ferè annorum curriculo fuisse confirmatam,
343 & obseruatam † cùm 30. annorum spatium sufficiat ad purgandum omnẽ maculam, quam transactio ista habere potuisset, vt voluerunt Bald. cons. 261. num. 4. Menoch. cons. 73. nu. 4. Fachin. consil. 73. nu. 14. lib. 1. Hyppol. Rimin. cons. 23. nu. 139. & consil. 562. nu. 36.
344 nàm † per lapsum 30. annorum non solùm præsumitur bona fides in transactione, vt post Bart. in l. vltima C. vnde vi, tradunt Affl. decis. 40 num. 12. & D. Couarr. in regul. possessor 2. part. relect. §. 8. nu. 3. sed etiam præsumitur interueniſſe omnia necessaria, tam ad substantiam, quàm ad sollemnitatem actus, ita Bart. in l. qui in aliena §. 1. ff. de acquir. hæred. Crauet. de antiq. temp. 3. part. nu. 1. vers. primus casus est, & in consil. 707. n. 30. Decia resp. 28.
345 num. 11. lib. 3. quia † ex continuata, & diutina obseruantia inducitur quidam quasi contractus, à quo nequè Principi ipsi resilire licet sinè causa, vt post Paul. de Castr. Iasonem, & Afflict. tradit Cacheran. decis. 139. numer. 12. & consil. 31. numer. 70. Menoch. consil. 73. num. 14. & Molin. d. cap. 9. lib. 4. qui licet affirmet, auctoritatem Principis non tollere facultatem dicendi de nullitate ob delictum, vel ænormissimam læsionem, tamen num. 37. & 38. declarat, transactionem obseruatam per longissimum tempus 30. annorum os claudere successoribus, ne aduersus illam ve-
346 nire possint, immò † decem annorum spatium sufficere ad plenissimam firmitatem transactionis; tradit Siluan. consil. 88. num. 27. lib. 2. quem sequitur Guttier. consil. 1. num. 10. & Barbosa in l. post dotem nu. 48. ff. solut. matrim.

Huic motiuo respondebatur pro D. Matiana, istam temporis longitudinem non obstare vocatis ex pacto, & prouidentia Principis, & sic primogenitis, quia vt superius ex Frecci., & alijs dictum est, quot sunt personæ, tot sunt inuestituræ, & præsumitur feudum deuolui ad Principem, & iterum concedi, & sic nullum tempus nocet successori, vt latiùs videndum erit in articulo sequenti, & tradit Peregr. consil. 18. num. 15. lib. 1. immò ex facti serie contrarium apparere dicebatur, quia omnes successores post Ioannem, licet litem non mouerint, conquæsti tamen fuerunt, vt latiùs infra dicetur.

Insuper pro D. Antonio dicebatur
347 † in dubio pronunciandum esse pro transactione ex Reg. text. in l. terminata C. de fruct. & lit. expens. *Ibi nefas est litem alteram consurgere ex litis prima materia*, & habetur in l. causas, & l. fratris C. de transaction. Crau. cons. 151. in fine, & consil. 598. ad finem, Mier. in tract. maior. part. 4. quæst. 22. num. 8. Mantic. de contract. lib. 76. tit. 9. & vltimo nu. 45. qui omnes considerant fauorem publicum quoties ex transactione lis, aut litis occasio tollitur, quam rationem finiendarum litium, & publicam vtilitatem magis versari in illis, quæ mouentur super feudis, quàm in alijs considerauit Mier. loc. citat. vbi ait, litium dubitationem esse causam, sufficiẽtem, ad hoc, vt Princeps cõfirmet transactionem, quia in hisce litibus solent integri status, expendi, ideo multò magis militare dicebatur, quando transactio fit inter fratres, & alios sanguine coniunctos (prout hic) † quorum concordiam iura semper commendant l. si id, quod §. si quis serui operas ff. de donat. inter vir. & vxor. l. cùm pater §. dulcissimis ff. de leg. 2. ex quo, transactionem fa-

K 2 no-

uorabilem esse dicebatur ex Mant. lib. 19. titul. vltim. numer. 45. & num. vltimo.

Sed replicabat D. Mariana, prædicta procedere in dubio, sed non vbi tàm clara apparet iniustitia partis, ex nullitate ipsius, ex defectu assensus, & alijs supradictis.

Vltra omnia prædicta dicebatur pro D. Antonio, quatenus hæc transactio non subsisteret, iuxta terminos transactionis, attamen valere in vim cessionis, & renunciationis, quæ accedente consensu primogeniti facit contractum perfectum, quod in terminis feudi concessi, secundum ius Francorum, docuit Andr. in cap. 1. §. hoc quoque numer. 8. de successfion. feud. vbi dùm
349 quærit, † an si viuens iure Francorum vendat feudum cum consensu primogeniti, & moriatur primogenitus alius, qui venit post eum, qui non consensit, reuocet, respondet sub distinctione, aut moritur primogenitus iste viuo Patre, & potest reuocare; quia non fuit primogenitus, qui concessit, licet primo natus, cùm is dicatur primogenitus, qui primus inter fratres reperitur post mortem Patris.

Aut verò post mortem Patris moritur primogenitus, & tunc non potest reuocare, quia ille contractus fuit perfectus ab alienante cum consensu illius, qui erat successurus. Cuius decisionis eam ipse tradit rationem; Nàm cùm feudum sit concessum pro primogenitis, alius agnatus non reuocat, quia non est primogenitus, necesse est enim, vt sit primogenitus, adhoc vt succedat Patri alienanti, cùm ergo ille, qui fuit primogenitus successerit Patri, & iste assensum præstiterit alienationi, cæteris agnatis est interdicta facultas reuocandi feudum, quia est etiã interdicta successio.

Secundo arguit Andr. si frater, aut Nepos succedit in feudo ex persona primogeniti, tunc obstabit illi, quod obstaret primogenito, qui propter cõsensum præstitum, non potest reuocare, quod eo fortius procedit, cùm succedit secundum Cõstitutionem Regni, quia Constitutio facit succedere fratrem, & Nepotem in ijs, quæ fuerunt tempore mortis, non autem in ijs, quæ sunt alienata per primogenitum, quia Constitutio illa non dat facultatem reuocandi filio secundogenito, vnde cùm feudum sit datum Titio, & primogenitis, non autem Titio, & descendentibus, omnes alij descendentes sunt exclusi, nec continentur inter successores, quando lex solùm illis prouidet. Ex his dicebatur, venditione facta per feudatarium cum consensu primogeniti, contractum remanere firmum, & ita intellexisse Affl. loc. cit. & in c. 1. §. Titius filios in 3. notab. ante nu. 1. si de feud. fuer. controu. ex quo videtur constitutum esse aliud ius in isto feudo, in quo viuitur iure Francorum, ab alio, in quo viuitur secundum ius Longobardorum. nàm in isto, cùm omnes agnati sint vocati, alienatio non valet reuocante agnato, etiam si cum Domini consensu sit facta, in feudo verò, quod est concessum cum clausula IVRIS FRANCORVM, & vocantur primogeniti, aliud ius sit statuendum, cùm sint vocati primogeniti tantùm, Vndè ex prædictis omnibus dicebatur, transactionem, siuè cessionem illam factam à Peregrino cum consensu Ioannis primogeniti reddere possessorem feudi Placę ab omni molestia tutum, ex quo fuit contractus perfectus, quouis modo accipiatur, siuè vt transactio, siuè vt cessio, vel alienatio.

His respondebat D. Mariana pluribus medijs, & primo, doctrinam Andr. non esse applicabilem ad casum istum, Andr. enim loquitur, quando vassallus vẽdit feudum cum consensu primogeniti, & assensu Domini, quia ille actus venditionis non habet alium defectum, secus verò in casu isto, in quo actus ille transactionis nullus fuit, tanquam transactio, quia non interuenerunt requisita à iure in transactione, vt est di-

ctum

ctùm, nec in donatione facta per Ioannutium adfuit consensus primogeniti, quia Peregrinellus, qui erat primogenitus non interuenit in actu donationis, vnde si loquimur de actu donationis factæ per Ioannutium, adest consensus primogeniti, & sic non potest adaptari doctrina Andreæ ad casum istum. At si loquimur de transactione facta inter Antonellum, & Peregrinum, hæc similiter processit absque consensu primogeniti, quod si postea sequuta fuit ratificatio Ioannis filij Peregrini, non est secundùm doctrinam Andreæ alienatio, quia alius dicitur actus transactionis, alius verò alienationis, vt patet; Immò dicebatur assensum minimè suffragari, qui si fuit præstitus transactioni, non ex

350 eo tenditur ad cessionem; quia † assensus non extenditur de casu ad casum ex tradit. per Andr. in Cap. Imperialem de prohib. feud. alien. per Federic. nu. 4. nec in feudis valet regula, si non valet quod ago vt ago, valet, vt valere potest, eo magis, quia nec Rex voluit assentire dictæ transactioni inualidę, ex quo fuit apposita clausula, dummodò ritè, ac rectè processerit.

Secundo dicebatur, Andr. nullo pacto dicere, quod pars affirmat, vnde ad eius doctrinæ intellectum deueniendo dicebatur, non posse intelligi secundum intellectum partis, quia destruerentur omnes concessiones feudi habẽtis naturam pacti, & prouidentiæ, stante iàm firmata conclusione, quod feudum, in quo viuitur Iure Francorum fit ex pacto, & prouidentia, prout in proprijs terminis doctrinæ Andr. loquitur Loffred. d. conf. 1. n. 68. aut opus esset dare aliam naturam feudi, quod est cõtra expressam doctrinam Andreæ in d. cap. 1. §. hoc quoque, vnde dicebatur secundùm eundem, Loffredum, & Capicium in inuestitura verbo *feudorum genera* vers. *ex pacto, & prouidentia*, Andr. in d. cap. 1. §. hoc quoq; nõ perstitisse in illa opinione, sed arguisse potius, immò contrarium tenuisse, & ibi, & in cap. 1. §. præterea nu. 16. vers. sed ponitur in Themate, & vers. vnde satis, quę sit prima causa benef. amitt. Cùm ipse ad inibi dicta se

351 remictat, sed † in d. cap. 1. § hoc quoque de success. feud. processisse opponendo, prout solet Andreas facere, & postea (vt Capyc. dicit) soluendo argumenta aliter conclusisse, & (vt dicit Camerar. in cap. Imperialem fol. 98. lit. K.) Andr. modò argumentis contrarijs, quę ipse format Responder, modo verò aliquas quæstiones, quæ obstare his, quæ scribit cogitat, tacitis illis soluit, & denique ad rem reddit, ex quo fit obscura Andr. doctrina, quod quidem occasionem dedit Rosent. cap. 9. memb. 2. concl. 79. num. 13. cum seq. dubitandi, an Andr. id affirmauerit secundũ Const. Regni, de cuius viribus ipse nihil disseruit, & prudenter quidem, cùm dubitauerit, an illa Cõstitutio habuerit aliam rationem, quam ipse ignorare poterat, cùm sit Ius particulare Regni, nec aliquis ex DD. allegatis, etiam declaret, excepto Loffredo in d. cons. 1. num. 73. vers. colligere, ergo debemus.

Et sic dicebatur pro parte D. Marianę, non obstare doctrinã Andr. Primò, cũ ipse idem in seq. quæst. in qua agit, an filij nasciturі possint reuocare, affirmet eos posse, & rationem assignet, quia voluit omnibus prouidere, qui de cognatione essent, *Non enim* (inquit) *videtur datum, vt omnes agnati simul veniant, sed successiuè, prout quisque est in gradu proximior, l. cum ita §. in fideicõmisso ff. de leg. 2. vnde, qui est in primo gradu admictetur, donec viuit, eo mortuo sinè hærede descendente masculo, admictitur sequens*. Hæc Andr. qui in d. cap. 1. §. hoc quoque num. 9. in fin. ait, *His casibus natus post, venit suo iure ad reuocandum paternum feudum alienatũ sinè consensu suo, & venit, non sicut ad hæreditatem alienantis, vel patris negligentis, qui actionem habuit ad reuocandam vtili reiuendicatione d. l. 1. & 3 de donat. quæ sub modo, immò illa dire-*

Ela, quæ competebat, & posset competere alienanti sine assensu.

Si ergò agnati possunt reuocare alienationem eo modo factam cum cōsensu primogeniti, quomodo potest esse tutus emptor feudi ex pacto ab alijs successoribus? vndè concludendum est, aut Andr. id non affirmasse, aut non esse verum, quod omnes affirmant, posse agnatum reuocare alienationem factā per feudatarium, quę ratio, & sequentes, cùm congruant naturę feudi, soluūt difficultatem partis.

Et si diceretur, Andr. in d. q. loqui de feudo diuiduo, respondetur, verba Andreæ, quę sequuntur aliud docere, ipse enim subdit, *Videtur donare, qui taliter feudum dedit, vt post mortem primi perueniat ad secundum, & sic de singulis, in quo post diem mortis erit donatio, & concessio per se, & dabitur vtilis reiuendicatio post mortem primi*, quæ verba, aut expræsse loquuntur de feudo indiuiduo, aut omninò de illo sunt intelligenda, cùm respondeat ijs, quæ superius dicta erant per ipsum Andr. vt notum est ijs, qui persæpe illum legerunt.
352 Hoc † enim vtitur loquendi modo Andr. proponit quæstionem, deindè opponit, & postea resoluit argumenta ex interuallo, nec dicit ad primum, aut ad secundum argumentum, sed substātialiter respondendo ijs, quæ superius ab ipso dicta erant, immò interponere solet vnam, vel plures conclusiones, easque primò resoluit, quàm principalem propositam, & in fine dicit aliqua verba, quæ primam resoluunt, vndè dicebatur, Andreæ doctrinam non esse ad casum istum applicabilem, vel quia contrarium inibi affirmauit, vt patet, vel quatenus hoc non admitteretur, quia processit disputando, vt Loffredus dixit d. conf. 1. nu. 75.

Dicebatur ergo secundùm eundem Andr. in cap. 1. §. præterea nu. 16. quæ sit prima causa benef. amiss. non esse veram simpliciter conclusionem, de qua in d. c. 1. de success. feud. dùm asse-
353 rit † in feudis, in quibus viuitur iure Francorum solùm primogenitum succedere, ipsumque solùm posse reuocare, alios verò agnatos non succedere, quasi in vita primogeniti sit feudum ex pacto, & prouidentia, post verò sit hæreditarium, vt dicebat quidam Doctor, quem reprehendit Loffred. cons. 1. num. 76. in fine vers. ex quibus, Nàm idem Andr. in d. c. 1. §. præterea, cùm argumenta posuisset pro fisco in casu, quando primogenitus commisit felloniam in vita patris, an debeat secundogenitus succedere, per quæ videbatur excludendus secundogenitus, quæ sunt eadem, de quibus in d. c. 1. §. hoc quoq; num. 8. Respondet, fiscum non succedere in locum primogeniti, sed secundogenitum, & ait, *illa quæ debentur alijs aliquo damnato. non infiscantur ff. de bon. damnato l. fin. §. si in libertum, C. de Episc. & Cler. si quis præsbyter*, & postea declarando, quid sit illud ius primogenituræ, & quid operetur illa primogenitura, vt omnem tolleret oppositionem argumentis, sic ait. *Vnde satis videtur, quod hoc non obstet præmissis, quod id, quod dicitur, primogenitum præferri, habet vim, & virtutem, vt si veniant ad successionem fratres, excludat omnes primogenitus, ita dicēt Const. vt de successionibus in principio.* Et postea ad maiorem declarationem, respondendo ijs, quę dicuntur ad exclusionem agnatorum, vt doceret, eos non esse exclusos à successione feudi primogenituræ, & sic posse reuocare, quando ius primogenituræ ad illos peruenit, hæc inquit: *Propter hoc non substulit naturam feudi antiqui, & ea iura, quæ dicunt, agnatos succedere post ipsius obitum, & primogenitos debere tenere, dùm viuunt, & illis obeuntibus deferri ad sequentes ex natura feudi ex vi pacti, & concessionis, ac principali prouidentia.*

Quod autem Andr. aut recesserit ab opinione firmata in d. § hoc quoque, & tenuerit expræssè, quod alij agnati succedant, vt in d. §. præterea, vt dicit Dom. Regens Loffred. in d. conf. 1. nu. 76. aut etiam in d. c. 1. § hoc quoque affir

affirmauerit, quod diximus (vt dicit Capyc.) & in fine correxerit, & emendauerit, quod prius dixerat, quocunque modo intelligatur And. concludendum dicebatur, Andr. doctrinam non esse admittendam in beneficium D. Antonij, sed in beneficium D. Marianæ, cùm ex illa probetur, feudum cum clausula IVRIS FRANCORVM esse ex pacto, & omnes agnatos ordine successiuo vocari, & quoad ea, quæ Andr. dixit in d. §. hoc quoque, & in d. §. præterea si vasallus nu. 16. vers. sed ponitur, dicebatur, esse intelligendum, durante vita primogeniti, qui potuit sibi præiudicare, non successoribus.

Et quantum ad Constitutionem Regni spectat, ex adductis supra verbis Andr. Respondetur, dùm ait: *Constitutionem illam non tollere naturam feudalem, nisi in ijs, quæ expræssè dicit* cùm ergò Constitutio solùm disponat, quod primogenitus præferatur alijs fratribus, in hoc, in quo disposuit expræssè locũ habebit, sed cùm non dicat, quod alij agnati nõ succedant post eius obitum, non videtur aliquod esse innouatum, immò Constitutionem illam expræssè admittere agnatos post obitum primogeniti, quia admittit fratrem, & ex fratre nepotem, ergò nullum obstaculum facere dictam Constitutionem, sed potius in ipsius beneficium esse allegandam, dicebat D. Mariana; Nàm verum esse dicebat Andr. affirmare, durante vita primogeniti, & eius descendentiũ excludi à successione agnatos, quemadmodum ipsis deficientibus, succedere agnatos, & descendentes ab ipsis, quo casu potius dicetur remoueri impedimentum, & redire ad agnatos, q̃d Regni Constitutio non remouerat, eius enim verba sic se habent: *Nec est verisimile, Cõditorem illius Constitutionis, & Iura Francorum tollere, nisi ea, quæ expræssè dicit sublata, exponi dicit primogenitum præcellere, & excludere alios, in hoc non erit dubium, quod excludit, sed quod non veniant agnati, post eius obitum, ex quo erat feudum antiquum, hoc non dicit, pro quo est, C. de inoffic. testamen. l. si quando in princip.* (& postea subdit) ad maiorem declarationem suæ opinionis, *potius dicetur remoueri illud impedimentum, & reuerti ad agnatos, quod Ius Francorum, vel Regni Constitutio non remouit*, Cur autem primogenitus alijs præferatur, dicit idem Andr. ibi: *hic primus inuenit se genitum ante alios*, & sic ille succedit, & non alius, durante eius vita, sed ipso defuncto, alij succedunt agnati, quia leges non tolluntur, nec corriguntur, nisi in illis, quæ exprimuntur, vt tollantur, & corrigantur.

Ad id verò, quod dixerat, Constitutionem Regni admittere fratrem ad successionem eorum tantùm bonorum, quæ reperiuntur tempore mortis, dicebatur, illam Constitutionem hoc non dicere, immò extendi ad omnem casũ successionis, quia dicit, fratrem, vel nepotem habere idem ius; quod habebat frater, vel patruus, cui succeditur, cùm Constitutio limitauerit tantùm successionem ad fratrem, & nepotem, in alijs verò non est limitata natura feudi, quẽadmodum, nec obstat, quod dicit Andr. quod obstaret agnato illud, quod obstaret primogenito, quia in feudo ex pacto succedit agnatus iure proprio, &
354 † tot sunt inuestituræ, quot sunt personæ, vt dicit Dom. Frecc. de subfeud. lib. 3. differ. inter feud. hæreditaria, & ex pacto 1. differ. num. 2. & sic patet responsum ad argumenta, quæ adduxerat Andr. pro contraria opinione, ex quibus dicebat Dom. Reg. Loffred. d. consi. 1. num. 76. Andr. concludere, fratrem, & nepotem succedere in feudo, in quo viuitur secundum Ius Francorum, & per consequens posse reuocare alienationem factam à defuncto, cessante illa ratione, per quam dicebatur, eos non succedere, & consequenter non reuocare, vt supra num. 68. idem Dom. Reg. Loffred. dicebat hæc verba: *Et sic innuit Andr. quod in themate proposito, licet in feudo hæreditario filius, vel agnatus non reuocet alienationem cum Domini*

mini consensu factam, tamen in feudo pacti, & prouidentiæ reuocabit, & consequenter consensus illius agnati; licet in hoc casu pacti, & prouidentiæ noceat ipsi consentienti, dùm viuit, si consensus Domini interuenit, non tamen repellit aliū agnatum sequentem, & licet hæc verba Loffred. declarent verba Andr. respectu feudi ex pacto, & prouidentia diuidui, tamen cùm feudum, in quo viuitur Iure Francorum sit feudum ex pacto, & prouidentia, non aliud ius, quàm id, quod in feudo ex pacto diuiduo statuendum est, præterquàm in successione ordine primogenituræ, quia filius succedit, vnde ex his omnibus dicebatur, doctrinā Andreæ, aut non obstare, aut pro D. Mariana fore allegandam.

Ad quorum omniū declarationem, & quod doctrina Andr. intelligatur, ità vt dictum est, adducebantur dicta per D. Frecciam de subfeud. lib. 2. §. superest num. 13. in fin. vbi sub distinctione de-
355 clarat † quantum operetur hic consensus primogeniti, sic enim inquit, *Aut feudum est hæreditarium, siue nouum sit siue antiquum, & non habet dubium, vt vendi possit etiam filio dissentiente, aut est ex pacto, & patris, & Regis non sufficit consensus, nisi etiam ipse, vt primus agnatus consentiat, & eo tantùm viuente prodest*, & postea subdit, *ista sunt regulæ feudales, ex quibus plura deciduntur dubia*, sic ergò patet, consensum primogeniti validare actum, non vt prò patruo excludantur agnati, sed ad tempus, durante vita primogeniti tantum, & in hoc articulo Dom. Iudices huius causę in eam deuenerunt sententiam, vt non obstaret transactio inhita inter Peregrinellum, & Antonellum fratres.



ARTICVLVS QVINTVS.



AD Quintum Articulum pro parte D. Antonij Stella, & Pacti, dicebatur obstare D. Marianæ præscriptionem multiformē, quæ tutum cum reddebat in possessione feudi Placæ, & Primò præscriptionem annalem, cùm sit facta
356 alienatio in agnatum, † non enim potest agnatus succedens in iure feudali reuocare alienationem factam ab agnato, si post mortem alienantis stetit per annum, vt habetur in cap. 1, §. Titius filios si de feud. fuerit controuer. Alex. ad Bart. in l. si cui, C. de præscrip. 30. vel 40. annorum, verb. certè sic, versic. item videtur, & in addition. ad eundem in l. 1. §. permictitur vers. hæres masculus, de aqua quotid. & æstiu. vbi Bald. ante fin. dicit, agnatos debere esse multùm sollicitos, ne patiantur labi tēpus anni, cùm ergò nedùm annus, sed plures anni sint elapsi post donationem factam Ioannutio, & transactionem inter Antoninum, & Peregrinellum filios Ioannutij, tutum reddebant possessorē à petitione D. Marianæ.

357 Secundo dicebatur † obstare D. Marianæ præscriptionem quatuor annorum, ex l. benè à Zenone C. de quadrien. præscriptio. quam deducebant ex Regis assensu, tàm super donatione, quàm transactione, vt ex Rauden. resolut. 36. num. 20. nàm videtur habere à Domino confirmante, non autem à refutante, Molin. de primogen. Hyspa. lib 1. c. 8. n. 8. & 9. Mant. de tacit. coniect. lib. 23. tit. 29. num. 7. Milan. decis. 8. num. 23. lib. 1. Manent. cons. 43. num. 32. 36. & 46. & cons. 4. num. 14.

358 Tertio dicebatur † obstare præscriptionem decem annorum, quæ resultat ex consuetudine succedendi in feudo iam inducta, & non inducēda interpretatiuè c. cum dilectus de consuet. vbi Ant. de Butr. Abb. & alij num. 3.

359 Quartò dicebatur obstare † præscri-

scriptionem 30.annorum,quæ locum habet in feudis cap.1.§. si quis per 30. si de feud.fuer.controu. quæ currit tam contra vassallum, quàm contra Dominum,& habetur per Canner.in cap.volentes §.colligitur fol.23.& Cumiam in cap. si aliquem verb. antiquis num. 430.vsque ad nu.466. Intrigl.de feud. cent.2.art.5.n.88.& .l.in hac præscriptione nō requiratur titulus c. placuit §. potest 16,q,3. l.omnes C. de præscrip. 30. vel 40. annorum Couarr. in reg. possessor 2.p.§.5. nu.2. vers. secunda conclusio;attamen hic adest titulus, ad
360 sunt.n. plures inuestituræ, †quæ dant titulum habilem ad præscribendum,ex Bald.in l.2.nu.32. C.de seruit. & aqua Afflict. in cap.1. nu.10. de consuetud. recti feudi, & quod bona fides adfuerit
361 non erat dubitandum † quæ procedit nèdum in titulo vero, sed etiam ficto,ex Bart. in l.Celsus nu.17.de vsucap. Ripa in cap. cùm Ecclesia Sutrina num.89. vers.amplia de caus.possess.& propriet. latè Cumias in cap. si aliquem verb, antiquis nu.458. vsque ad nu.460.eò magis, quia præterierunt 40.anni, quo tempore mala fides non est amplius allegabilis, Couarr.in Reg.possessor 2.p. § 8.nu.45.Valasc.consult.95.num.16. Cæphal.conf.315.nu.57.& conf.316. nu.47.& 89. Surd.conf.296.nu.6.
362 Sic etiam†obstare Constitutionem consuetudinem prauam, quæ fuit Imperatoris Federici, per quam statutum est preualere præscriptionem 30. annorum,& hæc procedit in Regnis, vtriusque Siciliæ, nec non cap. Regis Martini,quod incipit continua, vbi præscriptio 30. annorum liberat possessorem ab omni molestia,quod non esse temporale,sed perpetuum in Regno Siciliæ,docet Cumias ad cap.si aliquem verb.antiquis nu.441.cum seq.

Dicebatur vlterius ad huius rei cōfirmationē, quod sicut in feudo ex pacto, & prouidētia diuiduo secūdum ius Lōgobardorūm, si per 30.annos probetur fuisse seruatum ius Frācorum, & primo genitus successerit,& possederit,altero fratre consentiente, præscribitur ius illud succedendi, ità idem erit dicendum
363 in hoc casu. † in quo secundogenitus præscripsit istud ius succedēdi, consentiente fratre primogenito,& nepote,& auctorante Patre, vt ex Andr. in cap. Imperialem §.præterea Ducarus n.37. circa med. vers. His deficientibus de prohib.feud.alien.per Federic.vbi etiā Affl.nu.38.& 39. Io.Thom. de Marin. de gen.& qualit.feud.rub.13.de feud. iur.Francor. nu.8.circa finē,& Intrigl. vbi supra nu.25.& 26.

Et randē dicebatur, quādo prędicta non procederent, prout procedere debere affirmabant D.Antonij Aduocati,
364 saltem negari non posse†obstare centenariam possessionem, atque immemorialem, quod tradunt Affl.in cap.1. Quæ sinr regalia verb. flumina num. 4. vers.breuiter, Molin. de primoge Hisp. lib.4.cap.10.sub nu.10. Petr.de Greg. de concess. feud. p.2.q.10. vers. nonus effectus Canne.in c.Volentes §.sed ope rèpretium n. 34.fo.26.Intrigl.de feud. cent.1.q.51.nu.52.& cent.2.art.32.n. 43. idemquè tradit Milanen. decis. 8. num. 18. loquens in mutatione formæ, quod etiam tradunt Io. Borcholten in repet.cap.1.quæ sint regalia nu.15. cùm sequent.Bertazol.cons.110.nu 15. & 16. lib. 1. in ciuilibus, & quod sint elapsi centum, & duodecim anni à die, quo Ioannutius donauit Antonello,clarum redditur, nàm donatio fuit facta in anno 1407. vt legitur fol. 93. & lis fuit cæpta anno 1519. & si consideramus transactionem inter Antonellum, & Peregrinum, elapsi sunt anni 99. quia fuit in anno 1407.& lis,vt dictum est fuit mota in ann. 1519.& si attendimus tempus ratificationis factæ per Ioannem filium Peregrini, quæ fuit in anno 1431. sunt elapsi anni 88.nàm
365 † quotiescunque lex prohibet aliquā rem præscribi, non intelligitur de centenaria,& immemoriali.Bald.in cap.1. §.præterea de cap.Corradi, & in auth. quas actiones C.de Sacrosanct Eccles. & post alios Anton.Gab. com.opin.lib. 5.tit.

5.tit.de pręscript.concl.1.nu.1. 2. 50. 63.66.& 67 & alij per Tiraquel. addu cti de retract.conuent.§.11.glos.2. nu. 12. & 28. Hieronym.Gabr. consil.59. num.14.lib.1.

Nequè his refragari dicebatur ꝙ D. Mariana allegabat, nempè Ioãnutium, & Antonellum non habuisse realem possessionem Placæ, sed ciuilem, quia respondetur, Antonellum non egere
366 accessione temporis patris, & † solam ciuilem possessionem sufficere ad inducendum pręscriptionem, ex l.3.§.Labeo ff.de acquir.possess.vbi glos. & per eam in terminis Rota decis. 188.nu.2. p.2. in nouissimis diuersorum.

Sed quia principalis huius articuli difficultas consistit in eo, an scilicet pręscriptio noceat successori, dicebatur pro parte D.Antonij, quatenus D.Marianæ actrici prodesset regula, quod præscriptio non nocet successoribus, illius tñ intentioni aduersari limitationes regulę prædictæ, quarum prima est non procedere regulam prædictam,
367 † quando alienatio facta est cum consensu proximè successuri, nàm tunc obstat præscriptio agnato reuocare volẽti, vt colligitur ex Andr. in c.1. §. hoc quoque nu.9. de success. feud. ibi *dummodo tamen non sit præscriptum*, Aluarot. ibi nu.6.vers.sed vtrum, Petr. Rauen. in fine, cuius decisionis ea est ratio, quia alienatio fuit facta cum consensu Domini, & proximioris agnati, proùt in casu isto, in quo fuit facta alienatio, cũ potestate sibi concessa ad alienandum, & consensu primogeniti Peregrinelli, ac etiam ipsius primogeniti Ioannis.

Secundo dicebatur, limitari regulã,
368 † quando præscriptio est completa contra maiores, antequam purificaretur ius non dùm natorum, Alciat.consi. 39.lib.3. vers. Secundo quando, quod erat in casu isto, cùm fuerit completa præscriptio, antequàm ad Peregrinellũ litis auctorem ius peruenisset reuocãdi alienationem.

369 Tertio, qñ † prædecessores sciebant currere præscriptionem, prout in casu isto ex Bart. in l. filiusfamilias § diui de leg.1.quæst.vltim.& Alciat.d.resp. 39.vers. Tertio quando.

370 Quarto, quando † super alienatione fuit facta transactio, immò cùm sola transactione sufficere tempus 30.annorum dixit Molin. de primogen. lib.4. cap.9.vers.37.& 38.

371 Quinto, quando † tempore alienationis non erat viuus, vel natus ille, qui reuocare volebat, Afflict. d.c.1.§. Titius nu.3.si de feud.fuer.controuers. Molin.lib.4.cap.10.num.10. quòd hic esse dicebatur, quia tempore consensus Peregrini, & eius filij non erat alius agnatus, nec filius, qui potuisset contradicere.

372 Sexto, limitatur † non procedere, quoad descendentes ab alienante, quia quatenùs præscriptio non procederet contra agnatos successores, quia vnus non habet causam ab alio, sed à Rege concedente, ad text.in l.1.§.pro secundo C.de caduc.tollen.attamen hoc diuerso iure statuendum est in descendẽtibus ab alienante, qui à Patre habent feudũ, cùm in feudo ex pacto receptissimum sit filium non posse repudiare hæreditatem Patris, & retinere feudũ, sed debere, aut vtrũq; acceptare, aut vtrũq; repudiare, vt docet tex.in c.1.an agnatus, & Cam.eruditè in respõso post Canet.in ver.in causa, hanc distinctionem, seù declarationem ex Andr. in c.1.§. quid ergo col.2.in fin. de inuest. de re alien.fac.colligit Pist.q.8.nu.76.tom2.

373 Septima limitatio erat, † quando feudum est receptum pro se, & hæredibus, etiam cùm clausula IVRIS FRANCORVM, pròut in casu isto, quod hęretarium esse contendebat D. Antonius vt supra demonstratum est in secundo articulo, & post Frecc.de subfeud.lib.2. vers.superest num.3.fol.120.tradit Intrigl.de feud.cent. 1.q.7.nu.47.& seq.

His omnibus pro parte D. Marianæ actricis respondebatur, pręd ictã exceptionem præscriptionis minimè obstare, quæ nunquam fuit opposita, nec hodie opponeretur, si causa terminanda esset

in

in Regno Siciliæ,quia cognouerũt Aduocati illius temporis opitulari mininimè posse huiusmodi præscriptionem, quæ non procedit in feudo ex pacto,vt dicetur,nec vbi adest titulus,est tractandum de præscriptione, vt etiam latius dicetur.

Sed generaliter respondendo dicebatur,in hac causa non posse locum habere aliquam ex oppositis præscriptionibus,& præsertim præscriptionem centum annorum, immò nec quatragenalem, nec tricenalem, ad quod fundandum dicebatur,esse detrahendum de numero annorum tempus quo vixerũt Peregrinus, & Ioannes eius filius, qui transactioni consensit, quia Peregrinus vixit vsque ad annum 1455. & Ioannes vsq; ad annum 1473.qui cùm potuerint sibi ipsis præiudicare,eorum vita durante, vt tradit Andr. in d.c.1. §. quid ergo nu.7.de inuest.de re alien.facta,& Canner.ad Cap.volẽtes §.sed magna fol.58.nu.48. non potest iuuari D. Antonius cursu illorum annorum, quia nec ipsi poterant contradicere, nec alij dùm ipsi viuebant, iuxta tradita per Andream in d.c.1.§ hoc quoque de success.feud.nu.9. vndè corruit centenaria præscriptio, & solùm remanent
374 anni 46. & cùm † præscriptio detur contra negligentẽ agere, vt dicit And. in d.cap.1.§. quid ergo de inuest. de re aliena facta,non autem contra eum, qui voluntariè iuri suo renunciat.potest enim vita sua durante sibi præiudicare, nõ autem post ipsius mortem alijs, nàm vt ait Marin.Frecc.de subfeud.lib.3. de differ.inter feud.hæredit.& ex pacto,& prouidentia differ. 1. hæc feuda ex pacto præsumuntur data ad vitam,'& post mortem primi, concessa iterum succes-
375 sori, & cùm † durante vita primi non possit agere successor, non potest dici, quod cæperit præscriptio contra illum,nisi post mortem illius,ad quem spectabat ius agendi contra Antonellum, & eius successores, & sic ab anno 1473.vt ait And.in d.cap.1. de inuest. de re alien.facta num.7.vbi sic ait.*Nec potest currere tempus illi, qui non potest agere, donec res est apud illum de concedentis voluntate* & cùm post Ioannutium postergantem,Peregrinus cesserit iura, & ratum habuerit Ioannes, qui poterat reuocare, omnes istos alienasse affirmandum est.Ex quo fit,vt non possit dici cœpisse currere, antequàm Ioannes, è vita decederet,quod accidit anno 1473. quia contra volentes expresè non datur remedium præscriptionis, sed contra non agentes, quando potuerunt agere, vnde resultat, quod contra Peregrinum secundum, & alios sequentes non potuerit currere vsquè ad illud tempus, quia ipsi non poterant agere durante vita alienantis,vel alienationi consentientis, cùm
376 † feudum sit datum,vt succedatur in eo, ordine successiuo, vt latius dixit Andr.in cap.1.§. hoc quoque de success.feud num.9.vers.*non enim videtur datum*,&hoc etiam dixit Petr.de Greg. cuius auctoritas magna est in Regno Siciliæ de success.feud.par.2. cap.10. num.47.

Nec respectu sequentium vsquè ad Peregrinellum dici potest, adesse consensum, aut negligentiam, quia omnes conquęsti, & protestati sunt de iuribus competentibus super feudo Placæ,nàm Peregrinus secundus, qui fuit filiu Ioannis donationem fecit Ioanni filio suo de iuribus sibi competentibus super dicto feudo Placæ, cum conditione,quod possit comparere in iudicio, & extra pro illorum recuperatione, & quod non possit se concordare, nec transigere, vt legitur fol.63. in instrumento donationis, quam ipse Peregrinellus fecit prædicto Ioanni, vbi sic ait, *Cum hac conditione semper, & omni futuro tempore, non aliter, neque alio modo,quod ipse Magnificus Ioannellus non possit, nec valeat modo aliquo de ipsis feudis supra donatis se concordare, transigere, vel aliam concordiam facere*, Hoc idem fecit Ioannes cum Peregrinello, & sic nèdum non adfuit tacitus consensus, qui in præscriptionibus sub intel-

intelligitur, ſed expreſſus diſſenſus, & poteſtatio.

Ad quod firmandum adducitur, ꝙ in donatione dicitur, ꝙ licet donans non poſſit reuocare donationem, niſi propter ingratitudinem, id neque ſucceſſor eius agere poſſet, ſi donans eius prædeceſſor non reuocauit, vt dicit Imperator in l.fin. C.de reuocand. do-
377 nat.quod tamen † intelligitur, vt locum habeat, quando donans in vita ſe preparauit ad agendum, vt docuerunt Hoſtien.num.7.Henric.Bohic.nu. 3. & Immol. num.29. in cap.fin. de donat. vnde non poteſt dici, & opponi Peregrino ſecundo, *ſilentium eius maneat ſemper*, vt inquit Imperator in d. l.fin. cùm per illam ceſſionem iurium ſibi competentium ſuper feudo Placæ, & alia verba, quæ ſupra adducta ſunt, declarauit expreſſum diſſenſum cum præparatione ad agendum; Nàm
378 † is tacere dicitur, qui habuit ſcientiam, & nihil dixit, vt voluit Imol.in d. cap.fin.nu.14. qui poſtea num.29. declarat, intelligi, quando donans non egit in vita, vel ad agendum ſe non parauit, & adducit ad hoc text.in §.fin. iuncta gloſ.inſtitut.de iniurijs, vbi is tacere iniuriam dicitur, qui eam in animum non reuocauit, hoc eſt iratus non remanſit, quemadmodum hoc caſu, nèdum in animum reuocauit ius, quod habebat, ſed vt animum recuperandi Placam patefaceret, in mandatis dedit, vt neque tranſigere, neque ſe concordare potuiſſet Ioannes eius filius, &
379 quod † iſte conqueſtus ſufficiat, dicit Accurſius in d.l.fin.C. de reuocand donat.quem ſequitur Bald. nu.5. dùm loquitur de feudatario, qui ingratitudinem commiſit.

Comprobatur idem auctoritate Andreæ in c.1.§.porrò, quæ ſit prima cauſa beneficij amit. num. 23. qui voluit
380 † tùnc hęredi Domini competere actionem reuocandi feudum ob ingratitudinem, vel aliam cauſam (quod aliàs poſt mortem Domini non liceret) quādo in vita conqueſtus eſt, per l. quæ à Patre, ff.de teſtam. militari, vel ad animūm reuocaſſet, vel cœpiſſet, vel paraſſet ſe ad quęſtionem, vel reuocationem feudi, vel dùm veniſſet ad reuocationem defunctus eſſet l. poſthumus ff. de inoffic.teſtam.

Adducitur etiam ad hoc Ludouic. Roman.conſil.284. in fin. quem ſequitur Ripa in l.in quartam nu.39. ff. ad l. falcid.& in d.l.fin.num.208.qui voluit donationem primo loco factam, reuocatam cenſeri per aliam donationem, vel diſpoſitionem in alium factam à donatore, undè licet Peregrinus primus, & Ioannes eius filius iura ſua tranſtulerint in Antonellum, cùm tamen Peregrinus ſecundus in Ioānem filium, & Ioannes in Peregrinum filium iura ceſſerint, ſequitur vt dici non poſſit, negligentes fuiſſe.ac ſilentio pręterijſſe ius, quod habebant.

381 Nec † eſt neceſſarium, ut hic conqueſtus reuocatio, aut proteſtatio fiat Iudicialiter, vt voluit Corn. conſ.15. col.fin.lib. 1. & ante ipſum Bald. in d.l. fin. nàm ad hoc eleganter reſpondet Rip.in d.l.fin.nu.208.affirmans, ſufficere extraiudicialem reuocationem, & in ſpecie in donatione alteri facta, immò dicit, non ſolùm iſto caſu, quando donauit, ſed etiam procedere, quando minatus eſt donator ſe velle alteri donare, ex quibus omnibus dicebatur, centenariam excludi pręſcriptionem, eſſent prætereà deducendi anni minoris ætatis, tàm Peregrini, quàm aliorum, & ſic nec etiam eſſent triginta anni.

At quando hæc vera non eſſent, prout veriſſima eſſe in facto eſt probatum, dicebatur non obſtare, quę ad fundandam pręſcriptionem ſunt adducta pro D. Antonio Statella reſpectu omnium præſcriptionum, quia ſumus in feudo ex pacto, & prouidentia, in quo vt Andr. dicit, quem omnes ſequuntur in dicto cap. 1.§. quid ergo nu.7. de inueſt.de re alien.facta, *Pater nō praiudicat filio nō hæredi in alienatione, & ſi filius cōſentit non pręiudicat alijs agnatis, de quo dictum eſt plenè ſupra de ſucceſſ.*

383 *ceff. feudi, & sic † negligentia* Patris, *vel agnati non reuocantis feudum, contra quem praescribitur oberit sibi, in vita sua, & pro iure, quod habuit, contra desidet, & negligentes, praescriptiones sunt inductae, & videtur mirabile cum omnibus, inter quos est accessio temporis debet esse pro, & contra, cùm non possit in parte, & in parte, vt ff. de procur. in causa* (& postea subdit) *non tamen videtur inter hos accessionem esse, quia habet causam vnus ab alio, immò omnes habēt à concedente feudum, nec potest currere tempus illi, qui nō potest agere, donec res est apud alium de concedentis voluntate.* Haec Andr. cuius doctrina comprobatur à Pet. de Greg. de conceff. feu p. 2. quaest. 10. num. 47. & 51. qui ait, *& non nocet nisi tantum feudatario viuenti, contra quem incepta fuit, & completa praescriptio, non autem agnatis; nec domino feudi, postquam fuit eis apertum, vel ius in feudo quaesitum*, accedunt Cannet. in Cap. volentes § at operepretium, nu. 17. & seq. f. 26. Cumi. in cap. si aliquem in verb. antiquis nu. 445. vbi post disputatam quaestionem, sic ait, *Prima autem opinio nobis magis arridet, vt praescriptio contra vnum, alteri non noceat in feudo antiquo ex pacto* Intrigl. de feud. cent. 2. art. 5. nu. 882. fol. 163. Mastril. decis. 105. num. 18. & 19. tom. 2. Peregrin. art 41. nu. 17. Osasc. decis. 177. Natta cons. 437. num. 5. & latius num. 7. Schrad. par. 8. c. 6. nu. 6. Rosental. de feud. c. 7. memb. 20. conclus. 85. per tot. cuius decis. ratio est, quia quot sunt personę, tot sunt praescriptiones, vt dixit Petr. de Greg. de conceff. feudi par. 2. q. 10. num. 47.

Ex qua doctrina Andreae colliguntur plures conclusiones pro responsione. Prima, non obstare praescriptionem agnato vendicanti feudum ex pacto. Secunda, consensum vnius non obesse alteri agnato. Tertia, negligentiam Patris, vel agnati non reuocantis feudum obesse sibi, pro iure quod habet. Quarta, accessionem temporis non prodesse praescribenti, respectu successorum, & hoc esse mirabile in hoc feudo, cùm alias prosit. Quinta in hoc feudo vnum ab alio non habere causam, sed à concedente feudum, Sexta, non posse currere tempus agnato, dùm res est apud alium de voluntate illius, qui poterat apud se retinere, ex quibus satis apertè responsum dicebatur omnibus, quę in hac materia dici possunt, & sic starc pro D. Mariana regulam, quod exceptio praescriptionis non obstet in feudo ex pacto in damnum successorum.

Et ad id quod allegabatur Andr. in c. 1. §. hoc quoque, de success. feu. dùm de iure reuocandi alienationem agens nu. 9. circa finem dicit, *non tamen, quod esset praescriptum*, Respondebatur ex traditis per Lipatul. ad Andr. verbum istud And. intelligi debere, vt loquatur secundum opinionem aliorum, nàm alias malè loqueretur, cùm secundum ipsum Andr. praescriptio non habet locum in feudo ex pacto, & prouidentia, ad quod plura allegat, & sic respondebatur ad primam, secundam, tertiam, quartam, & quintam limitationem.

384 Ad sextam limitationem † quam Pistor. colligebat ex And. in c. 1. §. quid ergo col. 2. de inuest. de re alien. facta distinguendo inter filium, & agnatum inquiens, filio nocere, non autem agnato, dicebatur, Pistorem virum alioqui eruditissimum non percepisse mentem Andreae, aut non elaborasse super intellectu illius, & ex eo deceptum esse, quod Andr. affirmauerit, ideo praescriptionem non nocere agnato, quia non habet causam à praedecessore, sed à primo acquirente, quod secus est in filio, qui causam habet à Patre, quia tenetur esse illius haeres, ideò non potest dici, quod idem sit in ipso, quod in agnato, nàm si vera esset hęc conclusio Pistoris, necessarium esset concludere, Andream dixisse contra ea, quę supra affirmauit in dicto capite, & contra communes Doctorum conclusiones, si quidem Andr. num. 7. vers. pater, nullam constituit differentiam

inter filiū,& alios agnatos,immò apertè loqui pro filio, dum ait, *Pater enim non præiudicat filio non hæredi in alienatione, & si filius consentit, non præiudicat alijs agnatis*,& sic expreſsè affirmat, filium reuocare poſſe alienationem à Patre factam, quod dicit Iacob.Beluiſ.in cap.1. an agnatus, mortuo quidem alienante filium poſſe reuocare, quia licet teneatur eſſe hæres, facto inuentario ſuccedit, vt quilibet agnatus, & ſic non eſt facienda, neque admittenda huiuſmodi diſtinctio.

Vt autem cognoſcatur,opinionem Piſtoris ſubſiſtere minimè poſſe, ponderabantur rationes ipſius, Prima eſt quia agnatus non habet cauſam ab vltimo moriente, ſed à primo, quod non eſt ſic in filio, qui à Patre capere videtur, ad quod allegat cap.1.§. ſi Capitan. de feudo Marchiæ & not,per Bald.& DD.in d.cap.an agnatus, quo loco Cujacius dat rationem, dicens: *Quoniam ſi filius cenſeretur feudum non à Patre proximè defuncto, ſed ab Auo obtinere,tum ſanè Patruus filij,qui auo proximior eſt in gradu,potius ſuccederet in feudo, excluſo filio, ſed cùm Patruum in ſucceſſione feudi excludat, palam eſt illum feudum non ab auo, ſed à Patre ſuo nanciſci*, ſed huic rationi reſpondebatur, obſtare quæ Andr. &

385 omnes dicunt † in feudo ex pacto,patrem non poſſe præiudicare filio,quam tenuerunt Andr.loco cit.& Beluiſ.in d, cap.1.an agnatus, & licet deterioris ſit conditionis filius, quàm agnatus, hoc intelligitur in eo, quia filius non poteſt repudiare hereditatem,& præcapere feudum, quod ex illo tex. cap.1. an agnatus annotarunt Scribentes omnes ibi, ſed quia ſi eſſet verum, quod filius teneretur ad onera hæreditaria, & propter illa cogeretur vẽdere feudum, vel de fructibus ſatisfacere, mutaretur natura feudi ex pacto, ex quo Doctores cogitauerunt declarare illam concluſionem, vt procedat, quando filius non confeciſſet inuentarium, quia eo caſu tenetur ad onera hæreditaria, & de fructibus ſatisfacere,ſi autem confeciſſet inuentarium,dicere,quod teneatur de fructibus feudi ſatisfacere, hoc eſſet contra naturam feudi ex pacto,de quo vt Matin. Frecc.lib.3.de ſubfeud. de differen.inter feud. ex pacto,& hæredit differ.1.num.2. dicit, feudum videtur datum ad vitam, & iterum conceſſum à Rege, ad quem fuerat deuolutum,quæ ratio nõ eſt ſeparabilis à filio, ſed complectitur filium, ſicut, & agnatum:& ſic ceſſat argumentum Piſtoris, dùm vult obeſſe filio, quod non nocet agnato, prout aliæ rationes per ipſum adductæ, & cùm ſatis ſit admittere differentiam in aliquo,non eſt corrigenda natura feudi ex pacto in filio, vt tranſeat in aliam naturam, per ea quæ Andr.dicit in cap.1.§.præterea, quæ ſit prima cauſa benef. amiſſ.num. 16.vbi dicit in caſu illo *Propter hoc non ſubſtulit naturam feudi antiqui, & ea iura quæ dicunt agnatos ſuccedere*, (& poſtea ſubdit dicens,) *nec eſt veriſimile, conditorem illius Conſtitutionis iura Francorum tollere, niſi ea quæ expreſsè dicit ſublata*. Si ergo non eſt veriſimile voluiſſe nocere filio, q ita charus eſt primo acquirenti, ſicut alius agnatus, & in illo immutare naturam feudi, cùm ſatis ſit illum grauare ad ſuſcipiendum onus hæreditatis Patris, & ſi non confecerit inuẽtariũ teneri de proprio,& nõ grauare illum in feudo ex pacto,in quo ſi agnatus ab onere excluditur includitur filius, qui auo eſt agnatus,ſicut, & alius, & ſi tenetur eſſe hæres, hoc eſt propter honorẽ Patris, nè ſine hærede decedat ſuo,ſed non,vt per hoc præiudicet ſibi in feudo,quod nõ à Patre,ſed à primo acquirente habet, ita vt non poſſit illud vẽdicare, ſi fuerit alienatũ.

Nec poteſt dici,quod habet a Patre, quia hoc non eſt verum, cùm nemo hoc dicat, aliud enim eſt, vt ſuccedat poſt Patrem, aliud verò, quod habeat à Patre, nã tunc dicitur remoueri impedimentũ,vt dicit And.loc. cit. idquè ex

eo

386 eo confirmatur,quod† si pater alium hæredem instituit, filius non minus, quàm alius agnatus vendicabit feudum, neque tenetur esse hæres, quod si regulare esset, vt teneretur filius ad onera paterna,quemadmodū tenetur in feudo hæreditario; etiam si non fuerit institutus hæres,non posse feudum capere, tanquàm quilibet agnatus, quod dixerunt Beluis. & Omnes ad d.c.1. an agnatus, Camer. in eius responso post Cannet.ad d.cap. si aliquē in verb.in causa ista fol.355.

Neque obstat, quod dicit Pistor. quod si esset successor primi preferendus esset patruus Nepoti, nàm prætetquàm, quod quæstio illa fuit semper disputata, licet hodie receptissimum sit, Nepotem in successione aui præferri patruo, tamen quia secundùm naturam successionis feudi videtur vocata prima linea, vt in cap.1. de success.feud.& cap.1.de natur.success. feud. non est incongruum, vt primò succedat filius, & eo mortuo, etiam viuo patre, nepos ex illo, qui subingreditur locum ipsius, deindè illo defuncto patruus.

Præterea dicebant, Pistorem deducere suam conclusionem ex illis verbis Andreæ in d. cap.1.§. quid ergo num.7.de inuestit. de re aliena facta ibi, *Pater non praiudicat filio non hæredi*, ergò filio hęredi præiudicat, quia declarantur ex ijs, quæ idem Andreas dicit infra dùm num.8. dicit *quomodo ergò intelligentur iura dicentia,in feudis præscriptionem tricennalem sufficere*, & respondens questioni dicit,*item quando esset datum eo tenore,vt filij succederent sicut hæredes, non ex prouidentia concedentis feudū* [& paulò post] *item quando filius non fecisset inuentarium,& sic compelletur ad omnia, ad qua defunctus ligatus erat*,Cùm igitur verba Andreæ verificentur in casibus per ipsum explicatis, non benè deducitur talis doctrina, quæ omnes alias conclusiones destrueret,sed dato casu,quod noceret filio alienantis,certùm est, non nocere alijs descendentibus, per rationes prædictas, & presertim in feudo,in quo primogenitus vocatur,ex speciali pacto,& prouidentia Domini, qui licet teneatur esse hęres patris, tamen speciali iure capiet feudum.

Ex his rationibus dicebatur, non obstare,quę à Pistore dicebantur,cùm ferè omnes rationes in vnum reincidant.

Ad septimum dicebatur,nō esse respondendum,cùm sit iàm probatum, illud feudum habere naturam ex pacto,& prouidentia.

Ad Constitutionem Regni consuetudinem prauam,& adcap. Regni cō-
387 tinua†respōdet Cumi.in d.cap.si ali quem verb.antiquis n.445.dicens,*nec refragatur generalitas Cōstit.consuetudinem prauam, & cap. continua, quod fuerint condita propter contrahentium securitatem, ergò contrà omnes agnatos locum habere debent, quoniam respondetur,quod dicta leges cōditę fuerunt mixtim fauore præscribentis, & odio non petentis,quodpatet in Constitutione consuetudinem,ibi præsente etiam in Regno aduersario suo,& ibi Glos.1. qua etiam dicit,quod tricēnalis præscriptio in odiū possessoris primi est inducta l.fin.C.de edict. Diui Adriani tollend. cùm simil.* & inibi etiam respondet ad cap.continua, & paulò post hęc ait. *Nàm agnatis, quibus nullum est delatum ius, nulla imputari potest negligentia, ergò contra eos præscriptio nulla currere debet, iuxtà prædictam regulam,non valenti agere non currit præscriptio d.l.fin.C.de ann. præscriptio cum similibus, & hæc est cōmunis opinio, quam veram autumamus.*Item etiam ex Andr. in d.c.1. §. quid ergo de inuest. de re aliena, facta colligitur primò, per dictam generalitatem verborū Cōstitutionis nō tolli iura specialia, quę non corriguntur expressè,quia in dubio non præsumitur legem corrigi.Secundò,vt procedat in feudo nouo,quod potest alienari sinè consensu filiorum. Tertiò,vt ha-

beat locũ in feudo hæreditario. Quartò quando filius non fecisset inuentarium, nàm in feudo ex pacto expresse tenet, non comprehendere illud dispositionem illius tex. quod etiam dicit in dicta Constitutione ibi, *Si verò post præscriptionem feudum aperiatur domino, vel agnatis, aut filijs ex prouidentia concedentis, non nocebit Domino, agnato, vel filio, nisi ei tantùm, contra quem præscriptum est*.

Respondebatur præterea adductis pro parte D. Antonij Statellæ, & primò ad annalem præscriptionem, eam non procedere hoc casu, cùm non sit contra agnatum, qui noluit reuocare antè annum, & sic obstaret Peregrino primo, non autem in præiudicium aliorum.

388 Nec obstare quatriennij præscriptionem † ex l. benè à Zenone C. de quatrien. præscript. quia non est donatio facta à Principe rerum ad ipsum perventarium, licet assensus eius interueniret, non enim Rex concessit feudum vti suum, sed Margaritæ donanti, siue donatum feudum refuranti, assensum præbuit, & sic non esse in terminis l. prædictæ, vt post Frãcisc. Balb. tract. de præscrip. par. 5. princ. secundæ partis quæst. 8. limit. 5. diximus ad rubric. de constit. princ. cap. 1. num. 19. Neque obstat agnatis in feudo ex pacto, quia, vt dixit D. Frecc. de subfeud. lib. 2. §. superest vt aliqua num. 13. in fin. *aut est ex pacto, & patris, & Regis non sufficit consensus, nisi etiam ipse, vt primus agnatus consentiat, & eo tantum viuente prodest.*

Neque decem annorum præscriptionem obesse, quia secundùm Andr. in cap. 1. §. Præterea Ducatus de prohib. feud. alienat. per Federic. non præscriptio, sed consuetudo succedendi dicitur, opus enim est, quod fuerit secundùm illam iudicatum, vbi esset controuersia, an feudum esset de iure Longobardorum, vel Francorum, de quo hodie non quæritur, sed ambæ partes confitentur esse secundum Ius Francorum.

389 Ad quartum dicebatur † præscriptionem 30. annorum minimè obstare, quia illa præscriptio, de qua in d. cap. si quis per triginta si de feu. fuer. controuer. procedit, quando est controuersia inter Dominum, & vassallum de re feudali, & fuerit præstitum seruitium per 30. annos, quia tunc siuè Dominus contendat rem esse feudalem, vassallo negante, siue illo affirmante præscribit, vt sit feudum.

Ad id verò, quod dicitur ex Andr. in d. cap. Imperialem, §. præterea duca-
390 tus num. 37. † in feudo, in quo viuitur secundùm ius Longobardorum potuisse præscribi ius succedendi secundùm Ius Francorum, etiam in præiudicium aliorum, quando fratre consentiente id actum fuit, respondetur ex eod. Andr. Primò hoc non tollere successoribus ius, quod habent, sed onus in illos transferre, contrarium probando, vt dicit Andr. ibi.

Secundo, hoc ideo esse, quia non constabat de natura feudi, & allegabatur per possessorem feudi in isto feudo successionem regulari secũdum Ius Francorum, ad quod probandum adducebatur ita fuisse seruatum in successione illius per antecessorem, & cùm huiusmodi vsus receptus, & approbatus sit per Constitutionem Regni, vt de successionibus, neque aliter probari possit, quàm aut per inuestituram, quam non existere præsupponitur in casu Andreæ, aut per vsum sic viuendi in illa familia, sequebatur vt pernecesse debuisset admitti illa probatio, vt onus transferat probandi contrariam consuetudinem in aduersarium cõtrarium affirmantem.

Quantum verò ad præscriptionem
391 centenariam, dicebatur, † aut illam prætendi ante litem motam, aut post ipsam, si de tempore ante litem, iam fuisse dictum non adesse tempus centum annorum, si computatio fieri debet à die post mortẽ Ioannis filij Peregrini,

quia

quia illius consensus non transtulit ius præscribendi in vita sua, quia contra ipsum nõ poterat opponi de præscriptione, quia poterat sibi præiudicare, & respectu aliorum non poterat currere, quia non poterant agere, vt est dictum, aut post litem motam, & non nu merari centum annos, & sic non posse opponi de hac præscriptione, & nullum tempus currere in Regno Siciliç, post conclusum in causa.

392 Secundo dicebatur † hanc conclusionem, quod præscriptio centum annorum præiudicet successoribus, non admissi à Peregrino, post alios multos, quos allegat in tract. de fideic. art. 41. nu. 17. rationibus per Andr. adductis, nec à Pistore quæst. iur. lib. 2. q. 8. num. 73. & licet aliqui DD. dicant, immemorialem obstare, hęc sanè opinio intelligenda est, quia tanti temporis lapsus facit præsumere omnia ritè, ac rectè processisse, hoc est, feudum non fuisse ex pacto, cùm in eo successerint omnes vti hæredes, non vti agnati, quia tempus hoc posse introducere concedi posset, sicut esse de iure Longobardorum, vel de iure Francorum, sed cùm constet de qualitate feudi, & non solùm per vnam, sed plures inuestituras, hoc nullum ex DD. dicere, nisi Pistorem, nec rationes per eos adductas, quę centenariam, aut immemorialem admittunt ad casum præsentem accomodari posse, sicuti nec exempla maioratus, nam si contendat non esse bona maioratui subiecta, probari potest esse pręscriptum, quia potuit esse, vt fuerint libera, & hodie sint vinculata, & è contra, quod bona fuerint de maioratu, & hodie sint libera, cùm possit dari casus, vt ea à maioratus vinculo liberentur, & libera maneant, sicut etiam in fideicommissis, quia potest interuenire assensus Regis in maioratu, & alia causa maioris vtilitatis bonorum fideicommisso subiectorum, quod cessat

393 in feudo ex pacto, in quo cùm † nec Dominus possit assentiri alienationi in præiudicium agnatorum, vt dicitur in d. c. 1. de alien. feud. pater. sequitur, vt nullo pacto possit prodesse pręscriptio ad inducendam postergationem, cùm constet de titulo, per quem primo genitus vocatur ad feudi successionem, excluso secundogenito, quia cùm constat de titulo, tùnc pręscriptio, quæ oritur ex antiquitate temporis nihil operatur: tempus enim ad id prodest, vt inducatur iustus titulus, si ergo titulus est iniustus, quid proderit possessio, quæ iniusto titulo fundatur. pręscriptio enim, quæ fundatur in sola tẽporis diuturnitate nulla est, obstante dispositione d. cap. Imperialem. quemadmodum si diceret, & allegaret de inuestitura, & ꝓbaret se possedisse spatio

394 30. annorum, tùnc benè prodesset tempus ad probandum titulum, ità Camer. in cap. Imperialem fol. 8. col. 2. litera C. post Isern. in cap. 1. §. si quis per 30. si de feu. fuer. controuers. vndè iste titulus iniustus causaret malam fidem, vt post multos dicit Dominus Consiliarius de Georgio alleg. 14. nu. 18. quando igitur constat de titulo, tùnc non potest allegari immemorialis, quæ inducit titulum, sed discutiuntur vires tituli, vt idẽ Dominus Georgius loco cita. post multos, quos allegat, & hoc motiuum augetur, ex eo, quod omnes descendentes ab Antonello successerunt in hoc feudo secundum, clausulam IVRIS FRANCORVM, de primogenito in primogenitum. & ad maiorem declarationem, quod feudum istud sit ex pacto, & prouidentia adducebatur inuestitura in personam D. Antonij, in qua ipse confitetur esse feudum ex pacto, & prouidentia, vt in processu fol. 366. vnde cùm constet de qualitate feudi, & hic modus succedendi sit seruatus, non potest obstare præscriptio, quæ agnatis successoribus non nocet, immò nec in feudo hæreditario hoc procedere pos-

395 set, nàm † regula l. cùm à matre C. de rei vẽdicatione non habet locũ in actu nullo, quia idem ipse, qui fecit, reuocare posset, & sic idem potest facere

hæres, ex traditis per Luc. de Penna in l. quemadmodum C. de agricol. & censit.nu.1.lib.11. & Reg. de Ponte consil.61.nu.31. quia allegare titulum inualidum, & ostendere titulum inualidum paria sunt, secundum D.Consiliar. de Georgio d. alleg.14. ex quibus omnibus dicebatur, nullam esse habendam rationem possessionis centenariæ, siuè immemorialis, & quia nō adest hoc tempus secundum requisita, & quia si adesset, non prodesset.

His replicabatur pro parte D. An-
396 tonij † non repugnare præscriptioni immemoriali, siuè centenariæ, si actus iste, qui præscriptioni repugnat, probetur factus vltrà centum annos, nàm debet attendi potiùs immemorialis, quàm ille actus, vt voluit Innocentius in cap. veniens de verb. signific. Couarr. in reg. possessor 2.p.§.3. num.7. versic. hic falsum esse apparet, Molin. de primog. Hisp. lib.2.cap.6. num.61. versic. si verò factum hoc, vndè licet inuestitura in personam Ioannutij de Pactis dicat, secundum ius Francorum; tamen hęc non resistit postergationi factæ cum assensu, & tot annorum spatio comprobatæ.

Sed. huic responsioni replicabatur
397 † assensum illum fuisse inualidum ex ijs, quæ supra dicta sunt in art.3. & per consequens, non potuisse tribuere pręscribendi facultatem, ex traditis per Molin. loc. cit. vndè cùm titulus, quem ex transactione acquisiuit sit iniustus, quia neque ipse Peregrinus, neque Rex potuerunt præiudicare successoribus, sequitur, vt immemorialis possessio non obstet, quæ sine titulo obstare potuisset, cùm ex tanti temporis diuturnitate potuisset resultare titulus ipsius, & doctr. Innoc. respondetur, aliud esse, quod ostendatur, actum esse contrarium illius, quod post centum annos est factum, super quo cadit pręscriptio, aliud verò esse, si ostendatur titulus, super quo fundatur præscriptio, nàm quò ad primum actus ille contrarius non contradicit præscriptioni, quę se fundat in tempore immemorabili, quod legitimum dat titulum, quia potest esse, quod bona hodie sint separata à maioratu, quę fuerunt de maioratu, ex titulo legitimo. Quo verò ad secundum, quando præscriptio se fundaret in titulo, quem appareret esse inualidum, tunc nullum tempus prodesset, quia si tempus est causa iustæ possessionis, & tituli, vt præsumantur omnia ritè, ac rectè facta, & iustè possessionem fuisse acquisitam, si constat de contrario titulo, qui contradicit possessioni, non potest dici ex ea iustum esse acquisitionis titulum, quia se fundat in titulo nullo, & inualido.

In hoc articulo fuit similiter decretum, non obstare præscriptionem, nec Regem potuisse præiudicium inferre successoribus, & sic stante nullitate assensus, & subreptione, quia non fuit expositum Regi, Antonellum esse secundogenitum, quod est fundamentum, corruere etiam ędificium, quod est possessio feudi prædicti.

ARTICVLVS SEXTVS.



Quod sextum Articulum dicebatur ad exclusionem D. Marianæ Actricis, ipsam non esse admictendam ad reuocationē feudi Placæ, ex quo Ioannes de Pactis, qui erat etiam Dominus feudi Floreste, cuius inuestitura erat concepta in forma larga, & sic de eo poterat in quemcunque disponere; illud reliquit Peregrino, à quo Actrix descendit, quod feudum Florestæ erat maioris redditus, quàm Placa, ex quo fit, vt filius institutus in re certa, & hęres particularis, etiam dato cohærede
398 vniuersali, quo casu pro legatario habetur l. quoties C. de hæred. inst. glo. in l. cùm à matre verb. non prohibetur C. de reiuend. non reuocat alienationem factam per Patrem de feudo ex pacto, & prouidentia ex Bal. in d.l. cùm à matre num.6.7. & 9. Alex. in l. si.

l. fin. §. in computatione num. 8. C. de iure deliber. vbi Iason num. 10. dicit communem, Tiraquel. de retract. li gnag. §. 1. glos. 9. num. 48. Cumias ad cap. si aliquem in verbo antiquis num. 180. & num. 401. Greg. Lopez ad l. 24. tit. 13. par. 5. verb. entonces. Ant. Gomez in l. 40. Tauri num. 84. Molin. de primogen. Hispan. lib. 4. cap. 1. nu. 17. quidquid dixerit Glos. in l. fin. §. in computatione verb. confundantur de iure deliber. contrarium affirmans, quę tamen ab omnibus reprobatur, teste Pinello in l. 1. par. 3. nu. 80. C. de bon. matern. & licet in varias abierint sen-
399 tentias scribentes† veram tamen resolutionem eam esse dicebat D. Antonius in feudo hęreditario, vel mixto, nihil referre vtrum habuerit compensationem, vel ne, quia ex quo habet qualitatem hæreditariam, iudicatur tanquam res hæreditaria, at in feudo ex pacto, si non fecit inuentarium, non attendi, an sit hæres, vel non sit, sed sufficere, quod ex bonis Patris alienātis aliquid fuerit consecutus, quia etiā quod sit res minima, eam accipiendo approbasse censetur Patris voluntatem, & non poterit contrauenire, ad quod allegabantur, Paul. Castr. cons. 207. lib. 2. Boer. decis. 23. nu. 20. Curt. Iun. de feud. par. 4. nu. 148. Afflict. in constitut. vt de successionibus nu. 71. Pern. cons. 18. nu. 3. & post Scribentes ad cap. Volentes Petr. de Greg. de concess. feud. p. 2. q. 10. num. 4. Cumias ad cap. si aliquem verb. antiquis num. 391. & Cannet. ad cap. Volentes §. nō potest reuocare fol. 101. Milan. decis. 8. nu. 392. lib. 4. & multis comprobat Menoch. cons. 81. nu. 9. & Alciat. resp. 33. n. 22. li. 9. vbi dū concludit, Patrem non posse præiudicare filijs in feudo ex pacto, limitat tamen non procedere, quoties filius approbasset testamentum ipsius, & nu. 25. concludit, accedente Principis consensu posse disponere in præiudicium filij.

Et quod in hoc feudo respectu descendentium non prosit inuentarium, pręsertim si Peregrinus primus illud non confecisset, deducebat Aduocatus Conuenti ex Bal. in c. j. §. hoc quoque num. 20. de success. feud. Affl. ad Constitut. constitutionem Diuæ Memoriæ nu. 4. 10. & 11. Ioannes Crot. in l. filiusfamilias §. Diui num. 146. vbi Ferd. Loazes nu. 191. & Ambros. de Opizon. nu. 172. ff. de leg. 1. & Molin.
400 d. cap. 1. nu. 75. lib. 4. quod † si filius ita institutus in re certa se obligauit de euictione (prout in isto casu dicebatur se obligasse) obstabit consensus successoribus, secus si simpliciter fuit renunciatum, & non se obligauit, vt post Natt. cons. 470. & Pinell. loc. cit. num. 83. concludit Mastrillus decis. 55. nu. 36. quibus addebatur alia distinctio, aut. n. id, quod recipit filius excedit legitimam, & tenetur quotitatiuè, & non quantitatiuè, vt post plures tradit Rosent. c. 9. conclus. 23. nu. 15. si autem non excedit legitimam, eo casu ex magis communi sententia idem affirmat nu. 10. & 16. non habere recursum filium aduersus feudum, sed aduersus hæredes, ex sententia Imolæ in cap. ex parte sub nu. 23. vers. sed aduerte de feud.

Nec obstare dicebatur; quod D. Garf. Mastrill. tradit decis. 55. dùm as-
401 serit† hæredem sanguinis posse vendicare feudum, nàm ibi successor fecerat inuentarium, & nihil habebat in bonis, & fuerat postergatus gradus, vt ibi nu. 4. & 35. sed in casu isto postergata fuerat ætas, quod esse permissum dicebat Armengol. ex adductis in d. resp. huius causę sect. 1. art. 1. nu. 245. cùm res reducatur ad ius commune feudorum, secundum quod omnes filij succedunt, eo magis, quia Peregrinus non fecerat inuentarium, & habuerat recompensam, quo casu dicebatur pręiudicare sibi, & descendentibus, qui ex eius persona venire debent ad feudum, vt concludit Cumias ad cap. si aliquem verb. antiquis num. 401.

Immò etiam si confecisset inuentarium

tarium, adhuc non posset reuocare, vt tradit Bursat. cons.3. num.30.31. & 32.vbi loquitur in feudo ex pacto prælegato per patrem, & dicit, hoc procedere etiam si filius iure proprio vult venire ad reuocationem, & confecisset inuentarium, quia non obstante inuentario, non potest contrauenire facto patris, quando in hæreditate adsunt bona æquiualentia, vbi alleg. Alex. cons.23. num.11.lib.5. Mandell.cons. 76 num.6.Roma.cons.18.in fin.Curt. de feud.par.4. vers.2.in fin.num.130.
402 †, & quod etiam confecto inuentario non possit agnatus hæres venire contra factum defuncti, tenet Pinell. de bon. matern. lib.1.3.par. num.81. vers.ampliatur septimo, Loffred.cons. 2.nu.169.& seq.Soccin.Iun.cons.108. num.41. lib.2. & in feudo loquitur Boer.decis.23.n.20. Vinc. de Franch. decis.153.num.17. & decis.355.nu.7. vbi dicit, hæredem etiam confecto inuentario teneri approbare factum defuncti, etiam iure proprio, & non potest reuocare alienationem rei propriæ factam per defunctum, quando in hæreditate reperitur æquiualens, nec potest dicere hæres, redde mihi bona mea, & capias bona hæreditaria, quia tenetur approbare factum defuncti etiam in re propria, & hoc dicit procedere, reiecta opinione Cannetij in Cap.volentes §. sed occurrit quæstio nō otiosa fol.102.& Gramat.decis.93. qui aliter sentierunt. Et demum hanc opinionem esse magis communem, & tenendam docet Gabriel cons.125. per tot.lib.1. & tenuit Blasc.Lancea, qui sic iudicatum fuisse testatur ad Cap.volentes 2.notab. num.8. & plures alios adducit Mastriil. ad Petr. de Gregor. de conceff. feud. par.3. quæst.5, num.16.lit.C. Quod eo magis procedit, quando res data in cambium est feudalis, vt tenet idem Cannet.in Cap. volentes §.sed occurrit quæstio fol.102. quam reuocationem nec poterat facere Peregrinellus Tertius, quia est hæres Peregrinelli primi, vt post Loffredum, & alios tenet Pinell.de bon. matern.l.1.p.3. nu.81. vers.ampliatur:

Quod tanto magis affirmandum dicebatur ex quo feudū Florestę erat maioris redditus, quàm feudum Placæ. vnde procedebat, vt attenta dispositione paterna in vtilitatem filij postergatio firma remanere debeat, stante bona fide, quam habuit Ioannes de Pactis, vt considerant DD. & præsertim Milan.decis.8.num.35.nam regu-
403 la illa, † quod pater non potest alienare feudum ex pacto, & prouidentia, non procedit, quando illa dispositio esset vtilis, & profigua in beneficium filiorum, & successorum postergatorum ex doctr. Bald.in cap.1.nu.5. qui success. teneant. & respondet Syluan. cons.15.num.36. & 37. vbi voluit loquens in emphiteusi, quod si pater vni prælegauerit totam emphiteusim, & alijs filijs tantundem de bonis suis in recompensationem emphiteusis, valet
404 prælegatum, & † bonum est argumentum de emphiteusi ad feudum, vt voluit Specul. tit. de feud.§.quoniam vers.40.num.63.in fi. & Nos diximus in authen. ingressi verbo sua cap.15. Vnde motus Menoch. cons.104. num.
405 54.dixit† regulam, quod hæres non potest impugnare factum defuncti, procedere, quando à defuncto habet tantundem, quantum ex alterius dispositione potest consequi, & allegat multos, & præsertim Molin. de primogen. Hispan.lib.4.cap.2. nu.17. idquè communiter approbari per Scriben. testatur Rosental. cap.6. conclus.69. num.37.lit.V. & cap.2. conclus.73. & cap.9.conclus.73.num.3.aliquibus tamen concurrentibus, nempè quod appareat, relictum fuisse non simpliciter, sed in compensationem eius, quod deberi poterat, & quod fuit acceptatum, ex Angel.cons.191. quem laudat Ias. in l.2.num.209. C.de iur. emphiteut. Andr.Barbat. in cap.potuit col.18. de locato, Dec.cons.389.col.penult. vers. 2.principaliter, quæ omnia in casu illo dice-

dicebatur adesse, nàm ex verbis Testamenti apparet, fuisse relictum in compensationem omnium iurium, quę Peregrinello cōpetebant, & eam fuisse acceptatam, & prohibitū aliud petere p verba rogatiua, vt apparet ex verbis testamenti fol. 113. quę sic se habent *Item relinquo iure institutionis, & recognitionis naturæ Peregrino filio meo charissimo ex quondam Raineria con. sorte mea feudum vocatum Sancti Georgij, & Grassetta cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis,* (& paulò infra subdit) *Pro quo volo, & mando, dictum Peregrinum esse satisfactum de dicta hæreditate, & bonis meis, & etiam de omni, & toto eo, ad quod fortè sumus obligati quocunque iure, titulo, ratione, vel causa, quod non possit aliud petere, nec habere de rebus, & bonis meis* (& paulò post) *si molestauerit, vel quæstionem fecerit cōtra ipsos hæredes, & bona hæreditatis meæ, ipso casu de facto sit priuatus, & cadere debeat ab ipso derelicto.*

406 Et hanc conclusionem † in filio, qui acceptauit donationem, aut legatum, quod valet tantùm, quantùm feudum alienatum, quod non possit contrauenire alienationi factæ per Patrem post Angel. Barbat. & alios tradit Philip. Port. lib. 4. comm. concl. vers. tenendo aliam partem, Iul. Clar. in §. feudū quæst. 42. nu. 12. Pinell. in d. l. 1. par. 3. num. 81. verb. ampliatur quarto, post multos alios ab eodem adductos, & melius id declarat Menoch. d. cons. 89. num. 72. & cons. 401. num. 37. & ponderauit Petr. de Gregor. in responso reddito in hac causa num. 24. vsque ad num. 32. regulariter enim dispositio feudatarij de feudo nulla est, nisi sit ad beneficium filij, ita Albert. Brun. cons. 105. nu. 2. & 3. Aluar. in cap. 1. §. ècontrario col. 1. vers. nota bonam regulam de inuest. de re alien. facta Frec. de subfeud. lib. 3. de differ. int. feu. ex pact. & hæred. differ. 6. & post illum Inrrigl. de feud. cent. 1. q. 51. nu. 58.

Quibus omnibus accedere dicebatur, si dispositio Ioannutij non haberet locum, & ipsum, & Antonellum defraudatos remanere, nàm cùm Ioannutius duos habuisset filios, Peregrinum, & Antonellum vltrà alios, & vtrique voluisset feuda relinquere, si Peregrinus obtineret Placam remaneret etiā cum Floresta, de qua poterat, vt supra dictum est disponere Ioannutius, qui si pro certo habuisset futurum esse, vt non haberet locum dispositio ipsius de feudo Placæ, in beneficiū Antonelli, nō vtique reliquisset Florestam Peregrino, sed eam reliquisset Antonello, esset igitur inconueniens, vt remanerent defraudat Ioannutius, & Antonellus,

407 nàm † ea interpretatio semper accipienda est, per quam vtriquè parti consulitur, & quę minus sit onerosa, ac inęqualis Castrens. in l. 1. num. 3. ff. si quis caution. Becius cons. 99. num. 26. & post Dec. & alios tradit Surd. cons. 333. num. 19. & cons. 389. nu. 18. Menoch. cons. 322. num. 8. Ex qua dispositione cùm pateat vtriquè esse cōsulrum, sequebatur, vt etiam ex hoc valida fuerit postergatio, & donatio facta per Ioannutium Antonello.

Neque his dicebatur obstare, Florestam, seù vnc. 50. super illa fuisse legatas Peregrinello pro sua legitima, quia licet fuerit dictum per Ioannem, quod relinquebat iure naturæ, tamen fuerūt addita alia verba prægnantia, quę excludebant Peregrinellum, & eius posteros à successione feudi Placæ, & hoc magis declarare dicebatur, quia valor Florestæ erat longè maior legitima, nàm licet allegetur diminutio valoris

408 Florestæ, † debet tamen attendi tempus illud, in quo fuit facta commutatio, & non postquam facto successorum fuit deteriorata, ad tex. in l. ex mille iugeribus §. 1. & l. bonitatis ff. de euiction. cum alijs congestis per D. Presid. de Franchis decis. 298. Peregrin. de fideicom. art. 52. num. 55. & sequenti.

Neque dicebatur, esse considerabile ad diminutionem valoris dicti feudi Florestę, illud non esse feudum nobile, nàm

cessores molestiā inferre possessori in feudo Placæ, reuocando donationem factam à Ioannutio, licet non vti hæres ageret, sed tanquam legatarius, cui fuit res legata, cum hac conditione, ne plus posset petere, nec habere de bonis ac rebus eius, & secundum illam conditionem acceptauit, prout idem Rosental. dicit in d. c. 3. memb. 2. conclus. 73. num. 3. quia in hoc casu etiam nudus legatarius tenetur seruare defuncti dispositionem, non quia hæres, aut legatarius, sed quia spontè sua factum illud defuncti approbauit.

Respondetur primo, hoc non procedere, quando relictum fu t loco legiti-
415 mæ, nàm † legitima dicitur quasi debita, Glos. vlt. in l. mulier §. cùm proponeretur ff. ad Trebell. & vtraque censetur æs alienum respectu Patris, Bart. in l. à filia ff. ad Trebell. cum alijs adductis per Intrigl. de feud. cent. 2. art. 72. num. 13. & 14. nàm omne grauamen à legitima ipso iure reijcitur l. quoniam in prioribus, & l. scimus §. cùm autem C. de inoffic. testamen. quod docuit Schrad. d. par. 8. cap. 8. num. 18. vers. Præterea quoque, & vers. quinim-
416 mò, † & in filio, quod possit feudum reuocare, quando fuit institutus in re certa, dicit idem Rosent. d. c. 1. memb. 2. conclus. 23. num. 7. & sequent. quia
417 clarissimū, & indubitati iuris, est † feuda ex pacto, & prouidentia non imputari in legitimam, quod tradunt Scribent. in l. omnimodo §. fi. C. de inoffic. testamen. & sic decidunt Angel. in §. optimè in auth. de Nupt. Raphael Cuman. & Paulus in l. patroni in fin. ff. ad Trebellianum, & alij per Peregr. adducti de fideicommis. art. 36 nu. 108. fol. 205, & D. Præsid. de Franchis decis. 368. num. 4. vbi sic ait, *aut est feudum hæreditarium, & imputatur in legitimam, aut est feudum ex pacto, & prouidentia, & non imputatur, quia illud nō habet iudicio defuncti*. Cùm igitur feudum Florestæ fuerit relictum iure institutionis, quod feudum est in forma larga, & vt tale debeat imputari in legitimam, & legitima debeat absque onere ad Peregrinum peruenire, sequitur, vt non debeat mirum videri, si vtrumque feudum ad ipsum perueniret, Placę iure proprio, & ad se spectans ex prouidentia Regis, & pacto primi acquirentis, Florestę iure institutionis ex iudicio defuncti.

Dicebatur secundò, in hoc legato Florestæ nullam adesse conditionem, quæ impediat repetitionem feudi Placæ, & hāc prohibitionē nunquam præ-
418 sumi, nisi expresè facta fuerit, vt eleganter idem Schrad. ex Bart. Alex. & alijs tenet d. par. 8. cap. 8. num. 18. neque aduersus hæc obstare, quod censeatur tacitè prohibita hæc repetitio per illa verba, quod non possit aliud petere, nec habere de bonis, ac rebus eius, quia respondetur, per hæc verba non esse impeditum hæredem petere, quod aliàs à testatore sibi erat debitum, quia non hæreditario, sed proprio iure petit, ita tenuit Bald. in l. liberti, libertęquè num. 31. C. de oper. libert. quem alij sequuntur, immò vtrumque erat debitum, feudum Placæ, vt est dictum ex forma inuestiturę, & feudum Florestæ pro legitima relictum. Sed quatenus hæc non militarent, dubitatio cadere poterat in actionibus personalibus, at in realibus nullam habere dicebatur dubitationem, ex doct. Bald. in l. si adulta nu. 3. C. de hæred. action. vbi loquendo de istis clausulis, *de stando, tacitum, & contentum, & quod amplius non petat, atque renunciet omni iuri suo*, dicit *per hæc verba tollūtur obligationes, non dominia, vnde in hoc casu si ista non prætenderet ius obligationum: sed prætenderet ius emphiteuticum, tanquam filia non tanquam hæres, ab isto iure non censetur prohibita, cùm testator non potuit hoc ius ad alium applicare*, (& subdit num. 4.) *& etiam ista verba prohibitionis non habent aliam vim, quàm vim compensationis*, & idem dicit in d. l. liberti, libertæq; C. de oper. libert. num. 34. vers. attende tamen, & idem dicit Bart. loquens in emphiteusi in

leg.

l. iurisiurandi §.si liberti ff.oper.libert. & Couarr. in cap. Officij de testamen.
419 nu.8.vers.posset verò habere,tenet † legatarium,cui factum fuit legatum de plus non petendo,posse, quod suũ erat recuperare, respectu bonorum fideicommisso subiectoru m, quæ post mortem Patris aliũdè filius capit.not. DD. in l. cohæredi §. cum filio ff. de vulg. Sal.in l.scimus § repletionem post Bal. ibi nu.6.C.de inoffic.testam.

Tertio dicebatur, Peregrinum non acceptasse feudum Florestæ cum illis conditionibus, immò illius inuestiturã petijsse,prout descendens à Ioannutio, qui fuit filius Ansaldi,& non fecit mentionem paternæ dispositionis, sed tanquam feudum ex pacto,& prouidentia, & ita fuit inuestitus, vt dictant verba inuestituræ.

Et sic non obstat Capitulum primum An agnatus, quia Peregrinus nõ fuit institutus hæres, & sic non tenetur habere ratum factum defuncti, ad tradita per D. Præsid.de Franchis dec.1. quia cùm feudum sit antiquum,non
420 nocet illi paterna dispositio †, quia non capit ab vltimo moriente, sed à primo acquirente, vt idem D. Præsid. dixit decis.368.num.4.in fine, & licet filius teneatur esse hæres Patris, nec possit retinere feudum etiam ex pacto, & repudiare hæreditatem, hoc tamen intelligitur,quando ꝑ ipsum stat, vt nõ sit hæres,secus verò quando per patrẽ, vt in casu huius decisionis, quia illum non instituit, sed quatenus acceptasset Peregrinus cùm clausulis in testamento appositis, (quod negabatur) id tamen dicebatur esse intelligendum. Primò si expresse hoc fecisset. Secundo, vt repellatur à consequutione bonorum in hæreditate testatoris contẽtorum, non quod per hoc legatarius rei certę non possit consequi feudum pactionatum, prout in consequutione emphiteusis, vel aliorum bonorum ad ipsum iure perpetuo spectantium, tradit Magonius decis. Florent.18.nu.15. & Surd.cons. 112. Tertio, vt hoc non intelligatur, quando fuit aliquod relictum pro legitima, quia cùm debeat absque onere peruenire ad filium, non potest prohibere, ne aliud petat, quod iure proprio ad ipsum pertinere potest.

Et tandem dicebatur, inuentarium liberare ab hac disputatione, quia eo confecto poterit feudum retinere,& licet Peregrinellus excluderetur, quia non confecit inuentarium, non tamen hoc procedit in filijs ipsius, qui si confecerunt inuentarium, non excluduntur in reuocatione feudi, vt tradit post alios Schrad. de feud. par 8. cap.6. & cap.8.num.23.vers.2. licet.
421 Et,quod † filius, vel agnatus, qui adiuit hæreditatem alienantis (inuẽtario legitimè confecto) possit feudum alienatum reuocare, si hoc feudum sit ex pacto, & prouidentia ex Isern. & alijs tuetur Schrad. de feud.d. cap.8. num.26 & 27. & latè Rosental. de feud d.cap.9.memb.2. conclus.71. per tot. vbi ait hanc esse receptissimam opinionem, à qua dissentit Pistor, qui lib.2.controuers.feud.quæst.13.nu.33. & seq. contrarium in filio persuadere conatur,eandemquè sententiam tuentur Siculi,vt Cumias in cap.si aliquem in verbo antiquis num.391. 392. & 399. vbi dicit, filium qui non confecit inuentarium sibi soli,non alijs successoribus nocere.

Dicebatur quartò, Ioannutium non reliquisse feudum Florestæ Peregrino liberum, sed multis oneribus grauatum, primò enim voluit, vt decedente Peregrino absquè filijs succederet Thomas eius filius, quo etiam decedẽte absque filijs perueniat ad eius hæredes vniuersales, & eorum hæredes. Præterea grauauit prædictum Peregrinũ, vt solueret vncias triginta eius hæredibus vniuersalibus,& tandem,vt renunciaret bona sita in Ciuitate Pactarum, quæ dictus Peregrinus Iure proprio possidebat, prout hæc omnia in testamento leguuntur fol. . . vbi sic ait,de primo grauamine,*sub lege,onere,*

&

et conditione infrascripta, videlicet, quòd si dictus Peregrinus *mori contigerit quãdocunquè sine liberis de suo corpore masculis tantùm, & non fœminis, quod ipsũ feudum, cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis perueniat, & peruenire debeat ad Thomasium charissimum filium meum, & dictæ quondam Raineria primæ consortis meæ, si vixerit, & si non vixerit, ad eius filios masculos tunc superstites, seù filium masculum superstitem legitimos, & naturales, & si tunc non superessent perueniant, & acquirãtur dictis hæredibus meis, & eorum hæredum filijs.*

Et quò ad grauamen 30. vnciarum, sic ait. *Item quod de redditibus, & prouentibus ad manus suas peruenien dis eiusdem feudi, statim me decedente dare, tradere, & assignare teneatur infrascriptis hæredibus meis vncias auri triginta conuertendas, & distribuendas per eos in satisfactionem præsentis testamenti.*

Et quantùm ad Tertium grauamen de bonis sitis in Ciuitate Pactarum, sic ait. *Item quod cedat, & renunciare debeat omnia iura sua, quæ habet, & sperat habere, & quæ sibi acquisita sunt in bonis burgensaticis, censualibus, & morticinis communibus inter me Thomasium, & ipsum Peregrinum existentibus in Territorio Ciuitatis Pactarum, eorum confinibus limitatis, &c.* Ex quibus apparet non solùm esse valdè diminutum ex oneribus prædictis valorem dicti feudi Florestæ, sed nec ascendere ad legitimam posse.

Et pro complemento dicebatur, prout supra dictum est, hoc feudum Florestæ nunquam fuisse proprium Ioannutij, sed ab eo possessum, vt perciperet vncias annuas quinquaginta, vnde ortum habuit, quod Regalis Patrimonij Tribunal illud auocauerit, & licet hodie repetiatur pœnes D. Marianam, hoc accidit ex alio titulo. Vndè nec attento primo statu, nec hodierno poterat opponi hæc compensatio.

Neque his obstare dicebat D. Mariana, quòd Hieronymus de Pactis fuerit causa, vt perderetur, quia non per hoc sequitur, vt ipse potuerit per denunciationem ab ipso factam in beneficium Curiæ Regiæ præiudicium inferre successoribus, quia vt sæpius est dictum iure proprio venit.

Et in hoc articulo, fuit etiam resolutum, non obstare istam compensationem, auocationis feudi, quia feudum Floresçe nunquam fuerat Ioannutij, vnde ex his omnibus fuit condemnatus D. Antonius ad relaxandum, & dimictendum feudum Placæ in beneficium D. Marianæ de Pactis Quintanadueñas, non obstantibus oppositis, fuerunt tamen aliqua reseruata in sentẽtia lata per Supremũ Italiç Consilium sub die 8. Iulij anni 1616. vt in ea legitur, quæ hic posita est, & Hispano idiomate scripta, vt sequentia verba demonstrant, quia sic fuit lata, licet aliæ etiam latino sermone proferantur.

423 † *Visto este processo, que es entre partes de la vna D. Mariana Melchiora Quintanadueñas Maroli, & Pacti Varonesa de la Floresta, y el Marques D. Antonio de Quintanadueñas, como padre, balio, y su legitimo administrador Actor demandante, y de la otra D. Antonio Statela, Caruso, Roca, y Pacti, Marques de Spacafurno, possedor de la Varonia de la Placa, Reo demandado sobre la reiuendicacion del feudo de la Placa.*

Hallamos la dicha D. Melchiora Quintanadueñas Maroli, y Pacti actora hauer probado su accion, y demanda, y lo que probarle conuino, para obtener en esta causa, declaramosla por bien probada, y el dicho D. Antonio Statela Caruso, y Pacti reo demandado no haber probado sus excepciones, y defensiones, y lo que probar le conuino declaramolas por no probadas, en consequencia de lo qual deuemos declarar, y declaramos pertenecer à la dicha D. Melchiora el feudo de la Placa,

cenciado Marcos de Torres, D. Antonio de Castro, el Licentiado D. Antonio de Camporedondo, y Rio.

Passò ante mi Lorenzo de Aguirre Secretario de Su Mageftad del Reyno de Sicilia, en Madrid à 20. dias del mes de Deziembre de 1623. años, y lo firme de mi mano.

SVMMARIVM.

1 *Correctio supremi Magistratus, ad Regem tantùm pertinet.*

2 *Magistratus electio, & depositio, ad Principem spectat.*

3 *Prorex iure communi, & regijs ordinationibus contra Magistratum inquirere, & visitare prohibetur.*

4 *L. fin. C. vbi Senat. vel Clariss. verba expenduntur.*

5 *Attentatum contra Principis reseruationem, nullum est.*

6 *Attentata contra iuris communis dispositionem, sunt inualida.*

7 *Dictio, nullum, vniuersalis est, & omnẽ excludit casum.*

8 *Dictio nisi, de sui natura praecedentibus aduersatur.*

9 *Iurisdictio in dubio, cumulatiuè concessa intelligitur.*

10 *Dictio, tantummodo, est taxatiua.*

11 *Dignitati exhibenda est reuerentia.*

12 *Confugiens ad domum regiam, inconsulto Rege abstrahi inde non potest.*

13 *Magistratus, tanquam album sunt ad sagittam.*

14 *Differẽtia inter casũ certiorandi Principem, & examinandi testes.*

15 *Intellectus §. volumus autem, auth. vt Iudic. sine quoquo suffr.*

16 *Officiales ordinarij, & maiores exempti sunt à Praesidis iurisdictione.*

17 *Iurisdictio concessa, non comprehendit casus, quos sibi Princeps reseruauit.*

18 *Proconsul in causis Principi reseruatis procedere prohibetur.*

19 *Causae illustrium personarũ, sunt Principi reseruatae.*

20 *Clausula, alter nos, quam habeat vim.*

21 *Visitatio Magistratuum in generali commissione facta Proregi, non comprehenditur.*

22 *Declaratio Regis circa potestatẽ clausulae, alter nos, in Proregum priuilegijs adiecta.*

23 *Christus, non omnem, quam habebat potestatem, concessit Petro.*

24 *L. si grauiùs C. de dignit. lib. 12. ponderatur.*

25 *Luca de Penna verba ad intellectum l. si grauiùs C. de dignit. lib. 12.*

26 *Contra Officialem delinquentem extra officium, potest inquirere Prorex, & eum capere, secus si circa officium, quod declaratur.*

27 *Officiales inferiores certos habent Iudices de iure communi, si delinquant.*

28 *L. Praefectus augustalis C. de offic. Praef. august. fauet Magistratibus, nè à Prorege iudicentur.*

29 *Proconsul maioris est auctoritatis, quã ceteri Iudices.*

30 *Bald. doctrina in l. si aliquam §. cum plenissimam ff. de offic. Procons. qualiter intelligatur.*

31 *Prorex, an aequiparetur Praefecto Praet.*

32 *Supremum Tribunal ad instar Praefecti Praet. est idem cum Rege.*

33 *Proreges successerunt Praesidibus, & Proconsulibus Prouinciarum.*

34 *M.C.V. procedere potest ad liquidationem instrumẽti aduersus Consiliarios Collateralis Consilij.*

35 *Personae illustres, ratione periurij amittunt fori priuilegium.*

36 *Par in parem, non habet imperium.*

37 *M.C.V. supremam olim habebat potestatem.*

38 *Priuilegia cessant in priuata negotiatione.*

39 *Priuilegia contra publicam vtilitatem locum non habent.*

40 *Doctrina Reg. de Pont. de pot. Proreg. tit. de elect. Official. §. 7. qualiter intelligatur.*

41 *L. fin. C. vbi Senat. vel Clariss. an seruanda in Prouincijs sub Proregum regimine.*

42 *Lex fin. C. vbi Senat. vel Clariss. an locum habeat in Officialibus actu exercenti-*

centibus, & in quibus causis, nu. 43.
44 *Honor nullo comparatur pretio.*
45 *Honoris causa dicitur ardua, & vitæ par.*
46 *Honoris, & vitæ defensio æquiparãtur.*
47 *Clausula nullitatis, tacitè subintelligitur, quando lex stat in finibus prohibitionis.*
48 *Prorex potestatem habet ordinariam, & quandoque delegatam, & vtriusq; vis expenditur.*
49 *Iurisdictio ordinaria, siuè extraordinaria nunquam præsumitur, nisi in scriptis appareat.*
50 *Rex dicitur quasi flumen, à quo fluunt, & refluunt iurisdictiones.*
51 *Præses, iure communi in subditos suæ tantùm* Prouinciæ *potestatem habet.*
52 *Magistratus sunt pars corporis Principis.*
53 *Senatus dicitur pars Principis.*
54 *Princeps dicitur facere quod Senatus fecit.*
55 *Iurisdictio naturaliter homini non inest.*
56 *Iurisdictio probari debet.*
57 *Nullitas ex iurisdictione proueniens, dicitur insanabilis.*
58 *Statutum excludens nullitatis exceptionem, non reijcit eam, quæ prouenit ex defectu iurisdictionis.*
59 *Nullitas ex defectu iurisdictionis, maior est qualibet alia.*
60 P*ræsides Prouinciarum in principio eorum administrationis patentes literas ostendere tenentur.*
61 *Potestas delegata debilior est ordinaria, & minus fauorabilis.*
62 *Prorex non potest vti potestate delegata, nisi de ea prius doceat.*
63 *Visitare Ministros, soli Regi competit, & cui ipse delegauerit.*
64 *Specialia in generali concessione non veniunt.*
65 *Inquisitiones tàm generales, quàm particulares sunt prohibitæ in Regno.*
66 *Instructionis capitulũ* Proregi *assignatæ de modo procednedi contra Regios Ministros.*
67 *Instructio ad litteram, seruanda est.*
68 *Inducta ad diminutionem, non possunt operari augmentum.*
69 *Statutorum verba potius consideranda sunt, quàm mens imaginaria.*
70 *Instructiones à litteris patentibus declarandæ non sunt.*
71 *Informationem capere, & referre tantùm, aliud est, quàm testes recipere, & suspensiones inducere.*
72 *Officialis, qui Prouinciam administrauit non potest capi nisi causa fugæ.*
73 *Officialis nõ nisi à Principe, & pro graui causa remoueri, vel suspendi debet.*
74 *Captura non debet præcedere iudicium.*
75 *Magistratus ab officio suspendi, si contra eos probata sint, quæ priuationem inducant.*
76 *Magistratus quando possint ab officio, & Ciuitate arceri.*
77 *Præses Prouinciæ qualiter gerere se debeat in casibus* Principi *referendis.*
78 *Verbum* (os informareis) *in Proregis instructionibus, quam habeat vim.*
79 *Verba intelligũtur secundùm communem loci intelligentiã, vbi sũt prolata.*
80 *Exempla circa modũ procedendi à Rege indictum, aduersus Regios Magistratus tàm Neapoli, quàm alibi.*
81 *Litteræ Regiæ ad Ducem Macheda Siciliæ Proregem de Magistratuũ inquisitione.*
82 *Stylus Sacri Consilij Neap. & Regiæ declarationes faciunt ius.*
83 *Littera Regia ad Lemensium Comitem Regni Proregem, super inquisitione Magistratuum facienda.*
84 *Processus contra legis prohibitionẽ nullus est.*
85 *Forma à Principe data, si non seruetur, reddit actum nullum.*
86 *Constructa post noui operis nunciationem, demolienda sunt.*
87 *Error communis facit ius.*
88 L. *Barbarius ff. de offic. Proconsulis, procedit in Iudice ordinario, non in delegato.*
89 *Regentes Regiam Cancellariam, sunt pars corporis* Principis.
90 *Regentes eandem habent cum* Prorege *potestatem.*

91 Pro-

ARGVMENTVM.

Prorex Regni Neapolis, an possit via ordinaria, vel visitationis inquirere contra supremos Magistratus perpetuam iurisdictionis administrationem habentes, ad quod perpenduntur verba *l. final. C. vbi Senat. vel clarissimi*, Et an id expediat Regiæ Maiestatis seruitio, bono publico, & rectæ iustitiæ administrationi. Et an Rex possit validare processum nulliter instructum ex defectu iurisdictionis instruentis, pro quo declaratur exactè *text. in cap. ad petitionem de accusationibus*, & aliqua de potestate absoluta, & ordinaria Principis explanatur.

TERTIA DECISIO.



CVM ad aures Illustrissimi Don Petri de Castro Lemensis Comitis, ac Neapolitani Regni Proregis vigilantissimi querulæ voces peruenissent aduersus nonnullos Regni Magistratus, via visitationis, contra illos procedere decreuit, electis ad hoc duobus Iudicibus, & Fisci Patrono, qui de mandato illius processerunt ad formandam inquisitionem contra duos Regentes, & duos Regios Consiliarios Sacri Consilij Capuanæ, testes examinando, eosquè carceribus mancipando, & scripturas omnes à domibus visitandorum accipiendo, qui ante omnia à Ciuitate Neapolis iussi sunt abire in Vrbes illis assignatas, & nè ab illis egrederentur, eodemque tempore missis extra Ciuitatem

con-

consanguineis, & amicis, vt absque aliquo impedimento processum formare potuissent. Cùmque præfati Regentes, & Consiliarij de his conquesti essent apud Suam Maiestatem; Fuit de hac re exactè in supremo Italiæ Consilio pluries tractatum, gubernante ipsum Domino Don Bertrando de Gueuara Compostellanæ Ecclesiæ Antistite meritissimo; existentibus in eo Dominis Regentibus Michaele Lanz, Ioanne Baptista Cœleste Marchione Sanctæ Crucis, Don Antonio de Quintana Duegnas, nunc Marchione Florestæ, Hieronymo Caymo, Don Berardino Montaluo Marchione Sancti Iuliani, & Me; dicebant enim primo loco, processum à Prorege formatum esse nullum

1 ex defectu potestatis; cũ † supremi Magistratus correctio ad Regem solũ pertineat, ad illum enim pertinet manus impositio, ad quem spectat electio cap.

2 venerabilem de elect. ad † Principem namque spectat Magistratus electio, & depositio, vt Mastrill. ait de magistrat. lib. 3. cap. 1. nu. 23. Secundo nec Suæ Maiestatis obsequio, nec Reipublicæ conuenire, vt Proreges potestatẽ hanc habeant visitandi, & inquirendi contra Magistratus, perpetuam administrationem iurisdictionis habentes. Tertio stantibus prædictis, & nullitate processus, non posse Suam Maiestatem illum conualidare.

3 Quòad primum articulum nullitatis dicebant † id esse prohibitum Proregi. Primò attenta dispositione Iuris communis, & Regni Constitutionum. Secundò per instructiones datas Proregi. Tertiò per declarationes factas per Suã Maiestatem in alijs casibus similibus, tàm respectu Regni Neapolis, quàm Siciliæ, & Ducatus Mediolani. Quartò per litteras Suæ Maiestatis ad eundem Proregem datas, id in specie prohibentis, nè contra Ministros procederet via visitationis, sed instructiones seruaret.

Et quantùm ad ius commune attinet, dicebatur, Imperatorem Zenonem particulari lege statuisse, nè aduersus eos, qui supremum gerunt, aut gesserunt Magistratum, alius causam dicat,

4 sed sibi cognitionẽ reseruasse, † vt expressum habetur in l. fin. C. vbi Senat. vel Clariss. vbi Imperator in hæc verba respondit, *Post depositam videlicet administrationem crimen publicum, priuatumuè, cui tamen non per Procuratorem respondere liceat in hac alma Vrbe, vel in Prouincijs cõmoranti ingeratur, nullius alterius Iudicis, nisi nostræ pietatis huiusmodi esse cognitionẽ, vel sacri tantummodò cognitoris, cui nostra Serenitas huiusmodi negotij audientiam vice sua sacris apicibus mittendis mandauerit.* Immò in casu, quo Princeps alteri facultatem cognoscendi tribuerit, prohibuit, nè quid incõsulto Principe pronunciaret. *Adeò autem,* (inquit) *tantarum honores dignitatum duximus augendos, vt nè sacro quidem cognitori nostro, postquàm crimen fuerit patefactum contra huiusmodi viros, vel eorum substantias statuendi aliquid cõcedamus facultatẽ, sed hoc solummodo in huiusmodi viros, vice quoq; Principis auditori licebit, vt intentatũ apud se crimen si patefactũ fuerit, ad principalẽ referat notionẽ, vltionis aũt tantis inferẽdę dignitatibus modus, nõnisi in Principis residebit arbitrio.* Ex quo tex. dicebatur apertissimè colligi nullam esse inquisitionem à Prorege institutam, absque Suæ Maie-

5 statis ordinatione, nãm † cùm Imperator sibi soli reseruauerit contra præfatos Magistratus cognitionẽ, sequitur, vt quidquid cõtra illius dispositionẽ fuerit attentatũ, nullum sit, atque inualidum, quod probatur in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ el secondo, vt lite pendente nihil innouetur, ibi. *Nos quicquid ab alijs factum fu t; postquàm Prædecessor noster ad Curiam suam idem negotium reuocauit, irritum decernimus, & inane.* Quod etiam probant text. in cap. licet de offic. leg. cap. pastoralis §. præterea de offic. deleg. cum alijs concord. Bald. in l. scripta nu. 8. vers. *quia reseruata Papa nemo attentat* C. de precib. Imper.

per.offer.& in l.1.in 1.notab. C.de iur. aur.anul.Sebaſt.Vant.de nullit.rub.de nullit. ex defect. iuriſd. poſt alios, quos adducit num.98. & 99. fol.389. tract. tom.4. Card. Iacobatius de concil.lib. 6. art.4. nu.80. fol.288. tract. tom.13.
6 par.1. & quod † attentata contra Iuris communis diſpoſitionē ſint nulla, atque inualida, ſcriptum reliquerunt Panor. in cap.cōſiderauimus nu.2.verſ.*ex quo habes notabilem differentiam* de elect. allegat l.non dubiū C.de leg. cap.quæ contra ius fiunt de reg.iur.in 6.

Ponderātur præterea ſigillatim Imperatoris verba, quæ omnem alium Iudicem à prædictorum cognitione excludunt, ibi. *Nullius alterius Iudicis*.
7 Nàm † dictio nullum, cùm ſit vniuerſalis in torum negat iuriſdictionem, & omnia excludit, comprǽhendēs omnes caſus, & omnes perſonas, ad text.in l.ſi is, qui ducentā § vtrum.& ibi Bart. in princ.ff de reb.dub. cap.nullus de reg.iur in 6.l.nemo qui condemnare ff eod. l.Iulianus reſpondit de legat.3. Robert Lancellott.cap.4.de attentat. lit pendent. amplia.10.num. 2. & 3. fol.310 tract. tom.5. Ioan. Franciſcus Fara de eſſent.infant. cap.15.nu.2.fol. 394.tract.tom.8. par.2. per illam enim clauſulam, prohibuit omnes alios Iudices, iuriſdictionem exercere, vt habetur per Foller.in praxi crimin. verb. audiantur excuſatores nu.67 & 69.

Ponderatur vlterius dictio, *Niſi* cū verbis ſequentibus, ibi. *Niſi noſtræ pietatis huiuſmodi eſſe cognitionem*, per quę verba non ſolùm Imperator ſibi reſeruat cognitionem prædictarum cauſarū, ſed alios ab illarum cognitiōne exclu-
8 dit, † natura enim dictionis, *Niſi*, eſt aduerſari præcedentibus, tradit Mandoſ.de monitor.quæſt.31.nu.11.fol.65 tract.tom.3.par.2. Hieron. Alb. de poteſt.Papæ par.1.num. 172.fol.72.tract. tom.13.par.1 Iacob.Nouell. de iure prothom in verb.quod ſi forte, ex Bal. Angel. & Dec. nu.261. & 269.fol.29. tract.tom.17.

Perpenditur etiam ad excluſionem iuriſdictionis Proregis, quod ſubdit Imperator ibi. *Vel ſacri tantummodo cognitoris, cui noſtra ſerenitas huiuſmodi negotij audientiam vice ſua ſacris apicibus mittendis mandauerit*. Ex quibus verbis apertiſſimè edocetur expreſſam Imperatoris eſſe voluntatem omnem à Iudicibus ordinarijs iuriſdictionē adimere, dùm ſibi,vel illi,cui ipſe commiſerit iuriſdictionem reſeruat. per hæc enim verba *noſtra ſerenitas*, omnis tollitur diſputandi occaſio, quæ oriri potuiſſet, vel ex loci longinquitate, vel ex interpretatione ordinarij Iudicis poteſtatis, quaſi quod cumulariuè illa reſeruatio Principis procedere potuiſſet. Nàm
9 † cùm iuriſdictio alicui conceditur, cumulatiuè potius quam priuatiuè cōceſſa intelligitur, cap.dudum de prebend. lib.6. l.1.ibi Bart. C.de offic. Præfect. Vrb. cum alijs à nobis cumulatis ad rub.de conſt.Princ.cap.4.nu.19.dùm
10 igitur poſtea vſus eſt † dictione, *tantummodo*, quæ eſt taxatiua, & impedit extentionem, & eius eſt naturæ, vt niſi id, quod ea ratione adijcitur interueniat, actus corruat, ſequitur, vt ſi ab alio, quàm à Principe, vel cui ipſe delegauerit fuerit proceſſum, nullū ſit quod ab illo fuerit attentatum, cap.cùm Eccleſia Sutrina de cauſ.poſſ. & propriet. ibi. *Quod ad eos tantùm ſpectaret electio*, cap.cùm contingat de offic.deleg. ibi. *Niſi tunc tantùm cùm aſſerit in excommunicationis ſententia intolerabilem errorem fuiſſe patenter expreſſum*. Bald. de ſtat. in ver inſtrumentum nu. 14. fol.122.tract.tom.2. Ioan.Dilectus de arte teſtandi tit.5. caut.5. nu.5. fol. 121.tract.tom.8.p.1. Benuenut.Stracc. de mercatura in tit. mandati nu.8. fol. 300.tract.tom.6.par.1.

Dicebatur præterea maximæ conſiderationis eſſe Priuilegia, fauores, & gratias, quibus Imperator proſequitur prædictos Magiſtratus, dùm oculum habendo ad dignitatem illorum in d.l. fin. ait. *Vltionis autem tantis inferendę dignitatibus modus, non niſi in Principis reſidebit arbitrio, cùm ſit certū oportere*

tere accusatoris calumniam, reo videlicet protinus absoluendo, inconsulta quoq; nostra serenitate, prout leges sanciunt coerceri, ibique etiam subdit, *sedendi quoque in aliqua secretarij parte, qua Iudicibus inferior, altercātibus verò superior esse videatur*. Et alia, de quibus in text. prædicto.

His addebatur, qđ Imperator in prędicta lege disponit, vt in ijs tantùm casibus eximatur Magistratus, in quibus non potest per Procuratorem respondere; in alijs enim iurisdictionem non adimit, vt per hoc firmior remaneat regula, & eius mens colligatur, non enim negatur, Proregem aliquam iurisdictionem habere in Magistratus, sed illam, quā per inquisitionem, & visitationem sibi assumere intendit, & quæ illi est adempta per dictam legem finalem, & instructiones Proregum.

Verùm, quia dici posset, legem prædictam procedere, quando Iudex formasset processum ad finem procedendi, & sententiam super illo proferendi, non autem quando illum formauit, ad finem informandi Principem; Respondebatur, neq; id permissum esse per dictam legem, dùm ibi dicitur, cognitori à Principe delegato tantùm permitti, inquisitionem formare, dùm ait. *Sacro quidem cognitori nostro, postquàm crimen fuit patefactum*, & postea subdit. *Sed hoc solummodo in huiusmodi viros vice quoquè Principis auditori licebit, vt iteratum apud se crimen si patefactū fuerit ad principalē referat notionē.* Ex quibus verbis apertè colligi dicebatur, quàm accuratè Imperator processerit, etiā cum eo ab ipso delegato Iudice, vt solùm inquisitionem formare permiserit, quam alijs Iudicibus interdixerat.

Huius autem sanctionis causam idē Imperator inibi assignat, hoc est, vt
11 † reuerētia exhibeatur dignitati, dùm ait. *Adeò autem tantarum honores dignitatum duximus augendos, vt nè sacro quidē, &c.* quod declarauit Azo ad dictam legem dùm ait. *Et hoc est ratione priuilegij istarum personarum*, quæ ratio fouetur ex alia, quæ desumitur ex l. 2. tit. 17. par. 2. in qua disponitur
12 † nō posse abstrahi à domo Regis, ipso inconsulto eum, qui ad illam confugerit, si est honesta persona, nàm si Rex ille sapientissimus voluit, vt attingens ipsius domus parietes sinè ipsius scientia abstrahi non possit, quantò erit magis dicendum voluisse, vt ipso inconsulto tangi non possint, nec ab officij administratione abstrahi illi, qui sunt pars corporis sui, & qui diù, noctuquè insudant pro defensione vitæ, & Patrimonij Regis, & illius subditos ab iniurijs ma-
13 lorum hominūm tuentur; quos † tanquam albū esse ad sagittam dixit Sum. Pontif. in cap. qualiter, & quando el secondo, de accusāt.

Ad hoc ēt adducebatur tex in auth. vt Iudi. sine quoquo suffrag. §. volumus
14 vers. damus. & vers. si autem, vbi † Imperator distinguit inter casum certiorandi, & referendi, & inter casum examinandi testes & in §. necessitatem eodem tit. dat formā quomodo possit sine scripto procedi contra Magistratus, quòd si aliquid extorserint, vult, posse cogi ad restituendum sine scripto, vt in suo robore Magistratus etiam inferioris dignitas persistat. Inquit, enim: *damus licentiam Collatoribus detinere eum in Prouincia, & omne quod dederunt ei occasione furti hoc exigere, præsente tamen Deo amabili Episcopo, & causam ex non scripto examinante, donec reddat omne quidquid furatus ostenditur*. de quo latius infra num. 66. dùm agitur de nullitate, quæ processit, ex quo est contrauentum instructionibus.

15 Preterea ad hoc † ponderabatur, qđ inquit Imperator in authent. vt Iudices sine quoquo suffragio §. volumus autē, vbi voluit, quod si Iudices, qui è Curia emanant, deliquerint in Prouincia, ad Principem eorum excessus referantur, & licet ex dicto tex. colligant Bart. & Angel. Officiales minores posse astringi, atquè per Præsidem eorū cau-
15 sas cognosci, tamen † ordinarij, & maiores

iores à Præsidis iurisdictione sunt exẽpti, & solius Principis notioni subduntur, vt ex l. pars litterarum ff de iud. & ex l. 2. ff. de in ius vocand. vbi glos. quæ id etiam voluit in d. §. volumus in vers. examinari, tradit etiam D. Garsias Mastrillus de magistrat. lib. 5. cap. 6. num. 138. & sequent. qui dicit nu. 142. contrarium esse contra iura, & doctrinas apertè loquentes, licet viderit contrarium practicari, & quamuis ipse dicat nu. 145. non posse dubitari hodie in Regno illo, ex quo in eius commissione, siuè litteris patentibus est data facultas contra Officiales procedendi; Tamen ipsemet reseruat sibi disposita in instructionibus secretis, & addit in
17 fine nu. 146. † non extendi iurisdictionem ad casus, quos Princeps sibi reseruauit.

Corroborari dicebatur hoc ex eo, quod habetur in l. nec quicquã ff. de offi. Proc.
18 cons. & leg. vbi † in ijs causis, quæ ad Principem pertinent; Proconsulem abstinere debere decernitur, ibi *melius*
19 *feceris, si abstineat*. Vnde cùm † (vt dictum est) causę Illustrium Personarum, vt sunt Regẽtes, & Sacri Consilij Consiliarij, Principi sint reseruatæ; vt in d. l. fin. C. vbi Senat. vel Clariss. sequitur, vt cęteri Iudices ab illis debeant abstinere.

20 Nequè dicebatur obstare † clausulam (*Alternos*) quæ apponitur in litteris patentibus officij Proregis, quia licet Prorex possit facere ea, quæ ipse Rex potest, vt post Milanens. decis. 56. nu. 72. & seq. & alios quos adducit, dicit Mastrill. de magistrat. lib. 3. cap. 10. in allegat. pro D. Aloysia Mastrilli nu. 12. fol. 390. eam tamen magis ad decorem, quàm ad exercitium appositam
21 esse dicebatur, nàm † cognoscere de personis talium Magistratuum, & via visitationis procedere, est de ijs, quæ Principi sunt specialiter reseruata, & de ijs, quæ in generali concessione nõ veniunt, cap. quod translationem, vbi DD. de offic. leg. & tradunt Bald. in l. placet la prima nu. 14. C. de ped. Iud. & alij relati per Menoch. cons. 604. nu. 8. & in specie de Prorege Neapolis dicit Marc. Ant. Surg. de Neap. illustrat. lib. 1. cap. 22. nu. 6. & Mutius frater in addit. ad ipsum fol. 369. & ita constat
22 † fuisse declaratum per Philippum II. Regem nostrum inuictissimum, vt patet ex eius litteris datis ad Comitẽ Aluæ, dùm esset Prorex in Regno Siciliæ die 8. Aprilis 1591. quarum meminit magnus Iurisperitus Aloysius de Casanate in Allegatione pro Ciuitate Messanæ, qui illas ad litteram transcripsit fol. 17. quibus expresè cauetur, non posse Proregem disponere contra ordines Suæ Maiestatis, & clausulam prędictam ad decorem Domini Proregis esse appositam, nõ autem vt omnia possit, quæ ipse Rex potest. Ad hoc etiam conferunt, quę tradidit S. Tho. de regim. Princ. lib. 3. cap. 10. vbi loquens
23 de potestate concessa Petro, † dicit nec ipsi, nec successoribus eius esse cõcessã potestatem quandam, quæ soli Christo est tributa, ait enim ipse sãctus Doctor, *Vnde sacri Doctores quandam potestatem Christo attribuunt, quam Petrus non habuit, nec sui successores, & ipsam potestatem excellentem nuncupant, & sic potestas Petri, & successorum eius, non adaequatur potestati Christi, immò omnino transcendit, &c.* Sic igitur dicimus in Prorege, nam licet in eius titulo habeat clausulam *Alternos*, non tamen per ipsam esse concessa, quę Regi competunt in signum supremæ potestatis, & ex his dicebatur pro parte Ministrorum, nullum esse processum ex defectu potestatis.

24 Expendebatur præterea ad hoc † tex. in l. si grauius C. de dignitat. lib. 12. *si grauius* (inquiunt Imperatores) *vllum facinus admittatur*. & postea subdit, *super illustribus quidem nobis suggeri iubemus; super cęteris verò quadam minori dignitate decoratis, ad tui referri culminis notionem*.

Et licet contrariæ sententiæ fautores ponderent pro eorum opinione textus prædicti verba; illum tamen pro hac parte

parte facere dicebatur, nàm loquendo de supremis Magistratibus, inquit. *Si grauius vllum facinus admittatur nocēte persona extra carceralem custodiam sub fideiussione habita; superillustribus quidem, nobis suggeri iubemus*. Ex quo text. colligebatur. Principis voluntatem esse, vt ad ipsum grauia delicta superillustrium personarum referantur. Vbi
25 † Lucas de Pen declarans text. sic ait. *Si delinquant personæ in dignitate consistentes, siquidem superillustres sint accusati, eis extra carceres constitutis ad Imperatoris audientiam eorum accusatio est deferenda; Si inferioris sunt dignitatis ad audientiam Præfecti Prætorio, & per eos de commisso crimine quid constitui oporteat, est agendum*, qui subdit postea rationes, quarum vltima est ad hoc propositum aptior, inquit enim; *quia homines, qui habent de alijs iudicare, sæpe propter iustitiam multos aduersarios habent, vnde nō est passim credendum contra eos, nisi magna multitudo cōueniat, quia ex damnatione alicuius eorum, in opinione hominum, dignitati, & authoritati illius Ecclesiæ derogatur*.

Præterea respondebatur; dictam legem si grauius, intelligi in casu alicuius delicti particularis, non officij, prout colligi videtur ex verbis illis *extra carceralem custodiam sub fideiussione habita nobis suggeri iubemus*, quod qui-
26 dem Proregi nō negatur, nàm † si aliquis ex supradictis Ministris homicidium, aut aliquod graue delictum committeret, eo casu posset informationē capere & iuxtà formam dicti textus sub fideiussione carceratum detinere, donec Rege certiorato, ab ipso responsū obtineret. Quod faciendum esset, quia hoc casu non delinquit, vt minister, sed vt quilibet particularis homo, sicuti etiam si de corruptela certioretur Prorex; quæ probari postea minimè posset, si negotium in longum traheretur, posset quidem Prorex informationem secretò capere, eamque ad Regem transmittere, vt illa visa prouideret, si esset, vel pleniùs probandum, vel aliter procedendum contra ipsum Ministrum, non tamen posset contra ipsum procedere.

Ad huius conclusionis confirmatio-
27 nem cōferre dicebatur † non solùm Imperatorū curæ fuisse, vt summi Magistratus ab Ordinariorum cura essent exempti, sed etiam inferiores, quibus certos constitui decreuerunt Iudices, qui illorum cognitionem haberent, vt habetur in l. in sacris scrinijs nostris militantes C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. l. cubicularios C. de præpos. sacr. cubi. l. nè ad diuersa C. de silentiar. l. ex eo C. de agent. in reb. eod. lib.
28 Neque obstare dicebatur † l. præfectus Augustalis C. de offic. Præfect. Augúst. dùm ibi ait Imperator, *Præfectus Augustalis ordinariorum sub se Iudicū examinādi flagitia, &c* quia dicebatur legē istam pro Ministris allegari posse, nàm dicta lex primò intelligitur de Magistratibus inferioribus, nō de superioribus, sicut per alias leges est declararū; secundò quia ex dicta lege colligitur etiam respectu inferiorum Magistratuum, non posse Præsidem procedere, nec ab officio amouere, sed tantùm ad Regem referre.

Sic etiam nō obstare l. si in aliquam §. cum plenissimam de offic. Proconsul. & l. 4. de offic. Præsid. quia leges prædi-
29 ctę nihil aliud resoluūt, nisi quòd † Proconsul habet maiorem authoritatem, quàm cęteri Iudices, quod nō negatur, sed consequentia, nàm dicere, quod Præses habeat maiorem auctoritatem, ergò potest iudicare Iudices supremos, quos Imperator voluit esse exemptos, non deducitur ex dicta conclusione.
30 Neque similiter obstare † doctrinām Bald. in d. l. si in aliquam §. cùm plenissimam de offic. Procons. vbi dicit, Proconsulem esse generalem Visitatorem totius Prouinciæ, quia certum est, ipsū non esse loquutum de visitatione, quæ fit hodiernis temporibus cōtra Regios Officiales, sed potius respectu Prouincialium, & ad prauos homines è Prouincia expellendos, & puniendos, de

quo

quo loquitur l. congruit ff. de offic. Præsid. & auth. vt Iudices sinè quoquo suffragio, §. nulli quoque Iudici, & Constit. Regni Iustitiarij non per Kalendas. Et quando hoc posset procedere, deberet intelligi de illis delictis notorijs, & exceptuatis, & quæ non tangunt officium, in quibus Prorex posset procedere, secundùm doctrinam Baldi, & aliorum, de quibus Orosius in l. Senatus Consulto nu. 6. post Bart. & Albetic. ibi ff. de offic. Præsid. & Bouad. in eius politica 1. par. cap. 12 nu. 61, & quod dicit Auil. in cap. Prætorum verb. *los castigue* nu. 7. quod possit Superior in casibus ibi expressis procedere cōtra Iudicem, intelligitur in personis non exceptis & in alijs delictis exceptuatis.

Neque obstare l. cubicularios C. de Præpos. sac. cubic. & l. ne ad diuersa C. de silentiar. & l ex eo C. de agent. in reb. & l. 2. C. de comit. consistor. quæ sunt in lib. 12. Codicis; quæ pro fisci
31 parte etiam † ponderantur, vt Præfecti Prætorio iurisdictioni subijciantur Magistratus, in cuius officij locum successisse hodie Proreges affirmant, nàm quatenus esset verum assumptū, quod ad Præfectū Prætorio spectaret cognitio illorum Magistratuum, de quibus in dictis legibus agitur; quæ particulares cùm sint, non faciunt regulam generalem quoàd istos, quorum sibi specialiter cognitionem Imperator reseruauit. Tamen animaduertendum est, in
32 locum † Præfecti Prætorio non successisse Proregem, sed supremum Tribunal apud Regem assistens, quod dicitur esse idem cum Rege, & sic quod fit per ipsum, dicatur per Regem fieri, argum. ff. & C. de offic. Præfect. Prætor. & l. 2. C. de offic. Rector. Prou. ibi. *Ad nos, aut certè ad Prætorianæ præfecturæ scientiam referre*. & sic habebat se ad Imperatorē Præfectus Prætorio, sicuti hodie supremum Tribunal ad Regem, ex quo fit, vt hodie cognitio ad illud spectet Tribunal, quod apud Regē assidet, proùt est supremum Italicarum re-
33 tum Consilium, Proreges † enim successerunt Præsidibus, & Proconsulibus Prouinciarum, vt voluit Capyc. in repet. cap. Imperialem col. 32. de prohib. feud. alienat. loquendo in Prorege Neapolis.

34 Nec pariter obstat; vt dicitur † Mag. Cur. Vic. posse procedere ad liquidationem instrumentorum contra Consiliarios Collateralis Cōsilij ordinis militaris, & alios Consiliarios via ritus, (quod est iudicium criminale) pròut D. Reg. de Ponte dixit de potest. Proreg. de assensib, Reg. tit. 7 §. 7. & in tit. de elect. Official, tit. 3. §. 7. Ergo multò magis Prorex, quia respondebatur Primò, non aduersari prædictæ conclusioni, cùm illud iudicium criminale exer-
35 ceatur ratione periurij, quo casu † personæ illustres amittunt priuilegium, vt in l. penult. C. de dignit. lib. 12. ex quo potuit ortum habere illius auth. dispositio, quamuis idem Auctor dixerit, cōtrarium seruari & optima ratione, nàm
36 si † par in parem, nō habet imperium, ad l. nàm Magistratus ff. de recept. arbitr. quantò magis in Magistratum supremam dignitatem habentem, & Superiorem illi, qui vult contra ipsum procedere.

Secundò respōdebatur, Ritum Ma-
37 gnę Curiæ processisse † eo tēpore, quo Magna Curia, quæ nomine Magistri Iustitiarij iurisdictionem exercebat, in toto Regno erat supremum Tribunal, nec aliud habebat, quod supremam nomine Regis iurisdictionem exerceret: ideoquè voluit Imperator Federicus, vt Magister Iustitiarius apud ipsum resideret, vt habetur in Const. statuimus. vbi sic ait, *Statuimus, vt Magna Curia nostra Magister Iustitiarius nobiscum in Curia commoretur*.

Tertiò dicebatur, liquidationem instrumenti procedere in priuata ne-
38 gotiatione, quo casu † etiam cessare priuilegiū dici potest, & sic omnes Regios Consiliarios esse sub communi iurisdictione, vt per text. in l. 1. C. in quib. caus. militant. fori præscriptio vti non possunt, vbi Bald. Ang. Fulgos. & Paul. de

de Castr.qui copiosè loquitur,& ad hoc ponderat glos.particularē in l. qui cum vno § reus ff de re milit. & aliam glos. in l. si quis postea ff.de iudic. quod optima ratione statutum est, nè sub clypeo priuilegij decipiātur cum ipsis con-
39 trahentes, † priuilegia namquè cessant in quantum læditur vtilitas publica l.1.C.de priuileg.scholar.lib.12. ibi *Ne flagitiorū crescat auctoritas, vel publica vacillet vtilitas*. ibiquè Odofred. Io.de Plat & Iacob Rebuff.

40 Et similiter respondebatur ad † doctrinam Domini Regentis de Ponte de potestat.Proreg.tit.de elect.official. §.7. vbi ait. *Mea semper fuit sententia, quod verus Visitator, & qui indagare veritatem potest est Prorex Regni, qui de omnibus est informatus*, quia vt ibi legitur,non intendit affirmare vt vi suę potestatis possit Prorex procedere via visitationis, sed quia Rex deberet hoc illi cōmittere, secundùm ipsius opinionem, item intelligitur de Officialibus, qui à Protegum prouisione procedunt, non de perpetuis, nè inducatur legum correctio, & adhuc sub Iudice litē esse.

41 Neq; obstare dicebatur, quod † aduersus legem finalē affirmabant, nempè,dictam legem seruari non posse in Prouincijs,quæ à Proregibus gubernātur; quia respondetur,nullam differentiam inter Proconsules, siuè Præsides, Præfectos Prætorio, ac Proreges dari, cùm idē sit Magistratus, qđ si ab illorū potestate aliquos Magistratus eximere cōgruum visum fuerit Imperatoribus, vt in iuribus etiā pro aduersa parte adductis demonstratur, non inuenitur ratio differētiæ, cur à iurisdictione Proregis non possint eximi,immò cōueniens, & decorum,vt ex infrà dicēdis patebit.

Nec per huiusmodi exemptionem pœnam effugiebat huiusmodi Minister, cùm ad Principes eorū crimina, immò negligētiæ per aliquos Magistratus referebantur, vt putà per Comites sacrarum largitionum, vt habetur in l.vnica C.de offic.comit.sacr. largit. ibi *Immò super negligētia Iudicum (si ità res exegerit) conquerantur*.qđ his verbis glos. declarat, idest, *quod dicat Princip*i.

42 Nequè etiam obstat, quod † opponebatur, dictam legē fin. C.vbi Senat. vel Clariss.procedere respectu Officialium, qui officium dimiserunt,quia (vt Salicetus inibi declarat) loquitur de illis, qui habent administrationem, inquit enim in principio. *Primò loquitur de viris Illustribus dignitatē, & administrationem habentibus. Secundò de nō habentibus administrationem.* (& paulò infra sic ait) *de causis criminis, in quibus Procurator non potest interuenire cōtra personas illustres,quæ administrationem habent,vel habuerint, non cognoscit, nisi Princeps, vel is cui specialiter commisit*.

Respōdebatur præterea ad id, quod affirmabat Fisci patronus, nempè,dictā
43 † legem habere locum in causis grauibus, in quibus Procurator interuenire non potest, non autem in visitatione, in qua non imponitur pœna ordinaria, sed tantùm agitur de amissione officij;
44 nàm cùm agatur de honore, qui nullo pretio comparari potest; vt per Menoc. cons. 94.nu 1. & cons. 302. Menciac. contr.illustr.cap.11.nu.7.8.& 9.&Viu. decis.399.causa ardua,& non dissimilis
45 vitæ dicitur, honoris enim † causa dicitur ardua, vt tradit Surd. consil.59. nàm honoris. & vitæ causa par est, vt inquit Iureconf.in l.isti quidem §.quod si dederit, quod met. caus. & in l.
46 iusta de manumiss. vindict. † nec aliter quàm pro vita defensio pro honore competit, vt latè scribit Iul. Clar. in §.homicidium num.26. & Nos diximus ad l.fin.de constit. Princip. cap.9. 2.par.nu.84.

Et tandem dicebatur,non obstare, quod opponitur,dùm affirmant in dicta l.fin.C.vbi Senat. vel Clariss.non adesse clausulam,quę procedit annullando,
47 si contra illam factum fuerit, † quia quādo lex stat in finibus prohibitionis, censetur tacitè inclusa clausula nullitatis,vt dixit Bald. in l.non dubium C.de legib per illum text.num.1.& sequitur

N Vant.

Vant.in rub,quot,& quib modis nullit. in iud.propon. nu,53.f.380. in tom,4. tract & Gasp, de Peruf.de referuat,benefic, in verb. qui sit effectus nu.2. fol, 245. tract. tom.15.par.1.Vndè ex sola illius legis dispositione nullitatem fundari dicebatur.

48 Dicebatur vlterius,aut † consideramus in Prorege potestatẽ ordinariam, aut delegatam, si illam consideramus ordinariam, supposito quod Magistratus Senatorij ordinis, & alij, de quibus in d.l.fin. C.vbi Senat.vel Clariss. sunt exépti à iurisdictione Præsidis Prouinciæ,quorum cognitionem sibi soli Princeps referuauit,debet de illa cõstare,ad hoc vt Prorex cognoscere possit, quia

49 † iurisdictio tàm ordinaria, quàm extraordinaria, nunquam præsumitur,nisi appareat ex scriptura,vt inquit Bald.in l.prohibitum col,4 C.de iur.fisc.lib.10 quem refert,& sequitur Ias.in l,more maiorum num.53.vers.item aduerte ff. de iurisdict.omn.Iud. Par.de Put.tract. syndic.in §.officiales per totum,& in verb, an successerit in officio, nàm huiusmodi potestas aduersus Senatorios Viros est de his, quæ Principi compe-

50 tunt in signũ supremæ potestatis,†quę pœnes Regem residet,veluti in fonte,à quo fluit, & refluit potestas, & iurisdictio, velut flumina à mari per rescripta, & commissiones, Bald. in cap.1. nu.2. vers nota hic, & nu.9.vers.ex præmissis de allod, & Alex, in cons.14. in princ.

51 lib.5,vndè sequitur,vt † cùm de iure communi Præses in subditos tantùm suæ Prouinciæ iurisdictionem habeat, ad tex.in l.3,ff.de offic.Præsid.ibi. *Præses in sua Prouincia homines imperium habet,et hoc dùm in Prouincia est nàm si excesserit priuatus est*. Non possit Prorex procedere contra Regẽtes,& Consiliarios,qui sunt in causis criminalibus exempti, iuxta d. l. final. C.vbi Senat.

52 † cùm sint pars corporis Principis, ad tex. in l. quisquis C.ad l.Iul.Maiest. &

53 † Senatus pars Principis dicitur, Mastrill.de magistr.lib.3.c.1.nu.5. & ideo

54 factum à † Senatu,dicitur factũ à Principe,Mastrill.ibi nu.4.quod de Assessore Pręsidis Prouincię dixit Luc.de Pen. in l.quinque summates C.de decur.vndè ex defectu iurisdictionis nulliter esse

55 processũ dicebatur; quia † cùm naturaliter homini nõ insit iurisdictio,& ità possit competere in vno casu,quod non per hoc competat in alio, vt dicebat Bald.in l,2.nu.80.C.de seruit.& aqua.

56 necessarium fit, † vt probari debeat, quod voluit glos.inibi, & DD.in cap.si fortè de electione,in 6. Abb.in cap.post.

57 quàm col.fin. de elect. qua † non probata resultat euidens, & insanabilis nullitas, vt in l.1.C.si à non comp.Iud. ibi. *Iudex ad certã rem datus,si de alijs pronũciauit,quàm quod ad eam rem pertinet,nil egit*, & in l.fin.eod.tit.& in l.1. C.de iurisd. omn.Iud. l.2. C.si aduers. fisc.l.1.C.de pedan.Iudi l.2.C.de pœn. l.si pater C nè de stat.defunctor. l.procurator C. vbi caus.stat.l.2. cum duab. seqq. C.de modo mult. in quibus locis potestas Procuratoris Cæsaris, limitata ratione causarum,& restricta depræhẽditur,& quicquid extra limites suæ potestatis,& iurisdictionis gerebat,nullius momẽti reputabatur; quæ iura allegat, & ad id expendit Sebast.Vant.in tit.de nullit. ex defect.iurisd.nu.45.vbi nu.6. post alios Auctores,quos allegat,inquit de omniũ cõsensu hãc nullitatẽ iurisdictionis dici validissimã, atq; insanabilẽ,

58 & irreparabilẽ reputari,adeò vt † quãuis statutum dicat,nõ posse admitti exceptionem nullitatis; tamen nullitas ex defectu iurisdictionis semper potest opponi, Carol. Ruyn, cons.35. nu.3. vol. 5. Anton.Gabr, qui innumeros allegat tit.de statut. concl.3.nu.1. Caualc.decis.19.nu.5.lib.3.Milanens.decis.5.nu. 18. lib.2. plures cumulat Carol. de Grass.in tit.de except.except.20 nu.19. vbi asserit, prædictam nullitatẽ debere semper omni casu allegari, & admitti,

59 quia † est maior nullitas,quę in Mũdo inueniri potest,vt dicit Gugliel. de Bened. in cap.Raynutius in verb. mortuo itaq; testatore nu 17.de testam.Muscat. in praxi par.2. glos.in verb cõpetentes nu.19.

nu.19. Marcabr. conf.46.nu.65. Ideo-
60 què introductum est, † vt Prouinciarũ Præsides teneantur ostendere patentes literas suæ potestatis in principio sui gubernij, vt habetur in extrauag. iniunctæ de elect.& facit text.in cap.fundamenta vers. Marchio, vbi gloss. in verb.literas, de elect.in 6.
61 Si verò consideramus † potestatem Proregis delegatã, quæ debilior,& minus fauorabilis est,quàm ordinaria, vt dixit Bald. in l. si vt proponis la prima vers. sed hic dubitatur C. quomodo, & quando Iudex, & habetur per Alexandrum in rubr.de offic. eius nu.5. & Ancharan.conf.215.nu 8.tunc clarum
62 est † debere ostendere titulum suæ cõmissionis,& suam iurisdictionem formare antequàm procedat, quod habetur in l.vnic.C.de mandat.Princ.& in cap. final.97.dist. & in cap. cùm in iure peritus, vbi per Innoc.& latissimè Scribentes de offic.delegat.& est text.in §. eos autem in auth.de collat.& habetur formaliter in d.extrauag.iniunctæ de elect. Alex.conf.6. col.2.in princ.lib.4. Guid.Pap.quæst.332.

Quod eò magis dicendum videba-
63 tur,quia † iudiciũ visitationis soli Regi competit,& cui ipse voluerit delegare,vt dixit Mastrill.de magistrat. lib.6. cap.1.nu.15.cùm sit de illis,quæ Principi competunt,in signum supremę potestatis,eò magis cùm agatur de procedendo contra viros Senatorij ordinis,& qui Proregi assident pro gubernatione Regni,vt voluit Mastrill. de magistrat. lib.5.cap.6. num.139. & remedium sit extraordinarium,& à iure communi incognitũ,ideoquè non videtur per clausulam prædictam, *alter nos* concessum, quod specialiter est Principi reseruatũ,
64 cùm † in generali concessione non transeant specialia, cap.quod translationem de offic. legat. l. qui peculij ff. de pecul.intelligitur enim concessa illa Vicaria potestas de omnibus solitis,non insolitis personalibus, quæ non consueuit Princeps committere, vel per raro, hæc enim non transeunt l.fin. ff. de Senatorib.in illa enim generalitate videtur concedere,quod ipse esset facturus; in ijs enim, quæ non frequenter fiunt aliud iudicium est, l.iusto errore ff.de vsucap.in princ.& l.nàm ad ea ff.de legib.& in illis etiã, quæ cum difficultate conceduntur,aliud statuitur,l.generaliter ff.qui,& à quibus,& ita argumentatur And.in c.imperialẽ de prohib.feu. alien.per Fed. n.13.quod declarat Camer.ibi fol.78. lit.P.post Capyciũ,dum ait, *non potest inconsulto Principe Illustres personas condemnare, l.si grauius C.de dignit.lib.*12.vbi aliqua enumerat, quæ Proregibus non sunt permissa.

Dicebatur etiam, potestatis defectũ fundari ex Cõstitutionibus Regni,nám
65 † in Regno sũt prohibitæ inquisitiones generales,ac etiam particulares,nec in illis Constitutionibus exceptuati sunt Magistratũ exercẽtes, de inquisitionibus enim particulariũ personarũ loquitur Constitutio. Hi qui, respectu verò vniuersalis inquisitionis adest Capitulũ Regni 279.& alia,quæ nos collegimus in tit.de inquisitionibus,quorum Capitulorum ratio tantò magis procedere debet in Magistratibus, qui (vt est dictum suprà) sunt tanquam album ad sagittã, & hæc quò ad primam nullitatẽ.

SECVNDA nullitas fundabatur ex instructionibus datis Proregi,ex quibus apertissimè cõstare dicebatur Suæ Maiestatis voluntatẽ esse,vt si quid patratum fuerit à Magistratibus,id Suæ Maiestatis auribus denuncietur, vt ab eius mandato procedat, quid, & quomodo sit cum illis agendum, vnde cùm vltrà permissa sit processum, sequebatur, vt nullum sit iudicandũ, quod vltrà permissa factum erat,vt infra dicetur. Ad
66 quod demonstrandum † adducebatur Capitulũ 8.instructionum, cuius verba hæc leguntur. *Y quãdo fuere el caso tal, que os pareciere digno de exemplar castigo, me dareys auiso dello juntamente con vuestro parecer.* Et in alio Cap.41. dicitur. *Teniendo particular cuydado de informar os, y enteraros de la verdad, que en esto hubiere, paraque la relacion,*

que me embiaredes, sea tanto mas justificada. Ex quibus satis clarè fundatur, Proregibus esse permissum se informare,& certiorẽ reddere Suam Maiestatẽ de excessibus huiusmodi Magistratuũ, nõ tamen esse permissum ea facere,quę in huius decisionis principio dicta sunt.
67 Instructio †.n. debet ad literã seruari, & absq; alia interpretatione, vt probatur In auth.de Pręside Pisidię §.vt autẽ 10.collat.Nàm cùm instructiones dentur ad limitandam Proregis potestatẽ, quę in eius cõmissione legitur amplissima per clausulam (*alter nos*) non de-
68 bent illam ampliare,quia † inducta ad diminutionem non possunt operari augmentũ, l. legata inutiliter ff. de adimen.legat. & cùm in illis Sua Maiestas statuerit, quid agendũ sit in casibus, in quibus Ministri cõmittunt aliquos excessus, nõ possunt extendi vigore clausularum generaliũ in litteris parentibus contentarum, ex glos. in l.sciendum in verb. compelli ff. qui satisd.cogantr. vbi Ias. nu.5. cum pluribus relatis per Decian.cons. 44.nu.u.lib.5. quia si voluisset Sua Maiestas,vt procederet ad formandum processum,dixisset,& sciuisset distinguere, vt inquit Imperator in l. vnic.§.fin autẽ ad deficientis C.de caduc.tollen. *Nàm* (inquit ille) *si contrarium volebat, nulla erat difficultas coniunctim ea disponere*. Quo argumento passim vtuntur DD.in similibus,vt tradunt Surd.dec.195.nu.8. Peregr.de fideicom.art.25.nu.18.Menciac.de success.creat.§.3.nu.6.& est text. in l.sed, & si §.hęc clausula ff.ex quib.caus.maior. ibi. *Quoniã aditus poterit permittere.* Ad quod facit Summ.Pontif.rescriptum in cap. inter corporalia post medium de translat.Episc.cuius verba hęc sunt. *Vnde si circa translationem idem fieri voluisset,quod de cessione dixerat, et de trãslatione poterat expressisse,& quod non est sanctorum Patrum decreto sancitum, superstitiosis non est adinuentionibus præsumendum, &c.*

Quod etiã confirmatur ex dictis Iurisconsultorum in l. si seruum §.non dixit Prætor ff.de acquir hæred. l.si ita stipulatus §.Chrisogonus ad fin.ff.de verbor.oblig.& Tiraq.latè de mo e in l.si vnquam verb. liberis nu. 3.& seq. C.de reuoc.donat.Ponderatur etiam ad hoc dictum Bald. in consil.452.nu-
69 mer. 8. vol. 1. vbi ait, † in statutis magis verba ponderari quàm mentem imaginariam, & incertam. Ex quibus fundabatur, nullam esse faciendam interpretationem verborum instructionum; sed iuxtà illarum verba esse procedendum: eò magis,cùm circa illarum interpretationem possit de facili à Rege obtineri responsum.
70 Præterea dicebatur, † instructiones non debere recipere declarationem à litteris patentibus, quæ tàm amplã potestatem concedunt; cùm Suæ Maiestatis intẽtio sit, vt ad litteram seruentur,aliàs declaratur nullum,quod factũ fuit contra illas,quod declarat Capitu-
71 lum instructionum 175. Nàm † aliud est, informationem capere,& referre tantùm, aliud eam capere, testes examinando, carcerando, & Ministros ab Vrbe,& officio amouendo,& alia facere, quæ suprà dicta sunt; Pro quo ponderantur aliquæ leges Imperiales, & primò Nouella Iustiniani Cõstitutio 12 sub tit.vt Iudices nulla relat.vtantur ad Principẽ ibi. *Non vtatur iudicatione ad nostrã clementiam,nec referat, sed quod vitũ sibi fuerit legitimũ dicat postquàm perfectissimè de lite cognouit*, idq; etiam suaderi dicebatur ex l.viros C.de Palat. sacrar.largit.lib.12. ibi *Cognoscere tàm pro ciuili,quàm pro criminali causa permittimus,sic tamen,vt non aliter criminalis sẽtentia aduersus eos proferatur,nisi ex suggestione prouincialis iudicij vir illustris Comes certioratus hoc ei permiserit*, & in §.volumus in auth.vt Iudices sine quoquo suffragio; sic etiam in tex. auth.de Pretore Thracię adsũt hęc verba.*Damus etenim ei curiosius indagandi facultatem, & vt partim ipse per se corrigat, partim celebrius ad nostram referat*

ferat notitiam, vt in qua re imbecilliores sunt, ibi vires crescant, & suppleantur scientiæ, & iussionis nostræ accusationes. (& paulò post subdit.) *Hac etiã admonebimus, mandatis, quæ vnà cum signis Magistratus trademus*. Ad quod etiam ponderatur text. in l. iustissimos C.de offic.Rector.Prouinc.& text. in S.volumus vers. damus, & vers.si autẽ, in auth.vt Iudic.sine quoquo suffragio, vbi Imperator distinguit inter hos casus, scilicet capiendi informationem scripto,& informandi ad finẽ referendi, nàm informatio ad finem referendi.nõ requirit scripturã, immò eam pœnitus abhorret,cùm ab hac prima informatio ne sic oretenus recepta debeat dependere alia per scripturam facienda, ad finem procedendi,& sententiam proferendi, & certum est, omnem iudiciariũ strepitum cessare, quando capienda est informatio ad finem referendi, & in S. necessitatem datur forma procedendi, cuius verba relata sunt supra nu.14.

Ex quibus dicebatur non potuisse procedere ad formandum processum contra dictos Ministros, sinè expressa Suæ Maiestatis commissione, & multò minus potuisse suspendere ab officio, & ab Vrbe eijcere,& intra fines Oppidi assignati detinere, proùt fundatur in l.1. S.administrationẽ C. vt omnes Iudices tàm ciuil. quàm militar. vbi habetur,
73 † Officialem, qui Prouinciam administrauit, carcerari non posse, nisi fugam arriperet, idquè corroboratur ex ijs, quæ dicit Io.de Plat.in l.Iudices nu.2.
73 C. de annon. & trib. lib.10. † vbi voluit, Officialem, non debere remoueri, neque suspendi, nisi pro causis enormibus, & grauissimis, quod Princeps, & non alius facere debet, idquè maturo consilio, vt habetur in epistola 2. Stephani Papæ I. de accusat. Episcop. & aduertit Bouad. lib.1.cap.12.num.59. Tantò magis,quod in procedendo cõtra dictos Magistratus,qui sũt viri clarissimi, fuit cœptum ab expulsione,&
74 † captura personarum, quod iura abhorrent, vt in l.defensionis facultas C.
75 de iure fisc.vbi DD. omnes, nàm † licet possit contra Magistratũ ad suspensionem procedi,quando excessus essent probati & essent tales, ex quibus veniret puniendus pœna priuationis officij ex magistrali doctr. Bart. in l.quod si fortè in S sunt quidam ff. de solut. & in l. libertus S.in quęstionibus ff.ad municipal. quam seruari in Regno Neapolitano, tradit Dom.Præs.de Franch. decis. 8. per tot. Tamen hoc casu permittere,quod factum erat,non videbatur probari posse, concurrerent namq; duo specialia, nempè incipere ab eo, quod fieri posset cõstito de excessibus, & procedere via inquisitionis, seù visitationis.

Nequè id saluari posse dicebatur ex eo,quia fuerunt è Ciuitate eiecti,vt securiùs caperetur informatio contra ipsos, nè terrerent testes vocatos ad veritatem deponendam, iuxtà doctrinam Par. de Put. in tract.de Sindicat. verb. accusatus in 1.col.& post Azeued.tradit Guttier pract.quæst.lib.1.quęst.39.
76 nu.2. quia † id fit, quando est capienda informatio ad finem formandi processum, & super illo iudicandi, nequè tunc fieri debet,aut potest,nisi quando Magistratus impedimentum daret, nè testes veritatem dicerẽt,aut aliqua occasione, quam dedit Magistratus hoc suspicandi, idquè fit per breue temporis spatium,& sine carceratione, cùm per instructiones certum sit,nihil aliud voluisse Regẽ nostrum, quàm vt super querela proposita contra Ministrum, verbalem, & cum omni secreto informationem caperet, & de omnibus certiorem redderet Suam Maiestatem, à qua responsum accipere debebat,quid in ea faciendum esset, quod expresse declarant verba litteræ prædictæ Suæ Maiestatis, quæ licet aliquam dubitationem haberent, satis claras illas reddebat Imperatoris rescriptum in l.vnic. C.si quis Imperat.maledix. Vbi dùm Imperator loquitur de eo,qui Imperatori maledicit. Sic ait. *Vnde integris omnibus hoc ad nostram scientiam referatur,*

feratur, vt ex personis hominum dicta pensemus, & vtrùm prætermitti, an exquiri debeant censeamus, ex quo text. 77 datur † forma qualiter se gerere debeat Præses Prouinciæ in illis casibus, qui ad Principem sunt referendi quòd si hoc respectu subditorum Prouincialium, Imperator decernit ex illa causa tantùm, quòd maledictum lædat Imperialem Maiestatem, quantò magis id erit intelligendũ de ijs, quæ ad suos Magistratus pertinent, quos tot modis venerari voluit, vt latius infrà dicemus, & quos multis ex causis conuenit ab hac Proregis potestate esse immunes, donec à Rege in illos procedendi fue-
78 rit concessa facultas, nec † verbum illud in instructionibus positũ (*os informareis*) potest importare facultatem formãdi processum, quia Hispano idiomate hoc non significat, sed de informatione particulari, & secreta, nàm
79 † in omni dispositione verba sunt accipienda secundùm communem intelligentiam loci, vbi sunt relata, l. pretia rerum ff. ad l. falcid. Alex. cons. 140. num. 10. lib. 5.

TERTIA NVLLITAS deducebatur ex ijs, quæ in alijs casibus gesta sũt, quæ Suæ Maiestatis intentionẽ declarare dicebant. Est enim cõsuetudo optima legum Interpres, nam quoties casus occurrit, semper Serenissimi Reges, & supremum Italiæ Consilium hoc seruarunt, vt alicui Ministro committeretur, qui Suæ Maiestatis nomine procederet, inhibendo Proregi, nè id faceret, & annullando per ipsum facta.

80. Nàm † quò ad Regnum Siciliæ adducebatur noluisse Suam Maiestatem, vt Dux Feriæ procederet contra Præsidentem Rao, sed ad capiendam informationẽ tantùm misit Regentem Ioannem Thomã de Salamanca, tunc Sacri Neapolitani Consilij Consiliarium, & quia discessit à Regno non completa informatione, misit Regium Consiliarium D. Franciscum Bernardum à Quiros, quod horum virorum tacitis nominibus dixit Mastrill. de magistrat. lib. 5. cap. 6. num. 141. cumquè Illustris Dux Feriæ processum formasset contra Doctorem Iosephum Trabucco Iudicem Magnæ Regiæ Curiæ Regni Siciliæ, & illum ab officio suspendisset, accedente etiam voto aliorum Iudicum in anno 1605. & ille adijsset Regiam Maiestatem in anno 1606. mandauit rescribi Viceregi, nè contra Ministros à Sua Maiestate creatos procederet, declarando processum nullum, & postea ex alijs litteris Suæ Maiestatis sub die 11. Martij 1607. fuit latiùs declaratum, quas hic inferendas curaui, quæ sic
81 se habent. *Illustre Duque de Maqueda. Demas de lo que escriui en otra carta à parte, à proposito de la liberacion del Doctor Don Iusepe Trabucco hà parecido aduertiros en esta, q̃ so color de dezir la gran Corte, que hà tenido commission de vuestros antecessores en este cargo para suspender, y priuar los Iuezes de aquel Tribunal, han passado tan adelante contra algunos Ministros del, que los han suspendido, y priuado con muy poca causa, sin darme noticia dello, ni tener authoridad para executallo, y porque es bien, que este abuso se remedie para adelante os en cargo, y mando proueays, y deys orden, que assi en el Tribunal de la gran Corte, como en el Patrimonio, y Consistorio, no procedan à suspencion, ni priuacion de ningun Ministro dellos, que entran en el Sacro Consejo sin orden mio precisa, y sin auisarmelo primero, y esperar mi respuesta, y lo mismo hareis vos en vuestro tiempo, y vuestros successores en vuestro cargo en el suyo, y hazed, que esta orden se registre, donde le sea notoria, que tal es mi voluntad.* Sunt, & aliæ litteræ super hoc editæ, idem ferè continentes.

Et quia Dux replicabat, Proreges reperiri in possessione cognoscendi de causis Magistratuum dicti Regni, Sua Maiestas respondit in dictis litteris hæc verba. *Que en tanto lo hauia permittido; en quanto no hauia noticia dello.* Quarum litterarum meminit etiam D. Garf. Mastrill. de magistrat. lib. 5. cap. 6. nu. 138.

nu. 138.& nihilominus Trabuccus erat Iudex biennalis. Immò cùm fuissent ab officio remoti per Illustr. Ducem Ossunæ tres Iudices Magnæ Regiæ Curiæ Regni Siciliæ, fuit, præcedente consultatione Suæ Maiestati facta ordinatū, vt statim restituerentur ad officij administrationem, vt constat ex litteris ad eundem Proregem directis,quę hic sequuntur. *Illustre Duque aqui se hà entendido,que el Duque de Ossuna vuestro predecessor, en esse cargo por algunas causas, que à ello le mouieron de motu proprio suspendiò, y priuò de oficio de Iuez del Tribunal dessa mi Regia gran Corte à los Doctores D.Cataldo Fimia, Mario la Muta, y Mario Burgio, nombrados por mi, y que puso en su lugar à los Doctores Octauio Marotta Procurador fiscal del mismo Tribunal à Alonzo Zopeta yerno de otro Iuez de la misma gran Corte, y à Iuan Francisco del Castillo Auditor de la gente de guerra desse Tercio, y porque estando exerciendo aquellos officios con titulo mio, no pudo el Duque suspenderlos, ni priuallos dellos, ni hauia mas de hazer el processo,y darme cuenta de lo q̃ resultaua del,y aguardar respuesta mia, he resuelto,que los dichos Doctores D.Cataldo Fimia, y Mario la Muta sean luego restituidos à los officios de que fueron priuados, y que en lugar de Mario Burgio, que era el otro Iuez suspendido (que se hà entendido, hà fallecido) vos nombreis en interim persona de las partes,que conuenga,que sirua aquella plaça, y me embiareis nomina de las personas, que os pareceran à proposito para ella, teniendo attencion si tiene algun fundamento lo que pretende la Ciudad de Catania, de que el Subrogado hà de ser Catanes. En cuya conformidad, os en cargo, y mando proueays, y deis orden,que lo vno,y lo otro se cumpla, y execute como queda dicho; y cerca de los emolumentos, que han corrido durante el tiempo de la suspension de los dichos Iuezes, que ellos pretenden, me auisareis lo que cerca dello os occurriere, oy das las partes con vuestro parecer, paraque entendido Yo mande proueer lo que conuenga, y si la imputacion, que huuo contra los dichos Iuezes para priuarlos, fuere de culpa considerable, se entienda, que hà de quedar reseruada al Syndicado. De Madrid à 25.de Otubre 1616. El Rey.*

Idem fuit prouisum in Regno Neapolis, nàm dùm Comes Mirandæ processisset contra Secretarium Regni Bastidam de Mugnatones,& Ducem Sanctæ Agathæ Scribam Portionis, Sua Maiestas mãdauit, vt Regens Tabuada (qui ab officio Consultoris in Regno Siciliæ assumptus erat in Regentem supremi Italiæ Senatus) accederet Neapolim, & processum formaret contra dictos Ministros, quod etiam retulit D.Garsias Mastrill. de magistrat.lib.5. cap.6.nu.141.

Et idem fuit prouisum, gubernante Regnum Neapolitanum Excellentissimo Comite de Oliuares,qui cùm informationē cępisset cõtra vnū ex Cõsiliarijs Sacri Neapolitani Consilij,ꝙ virgā fregisset cuiusdam Capitanei Iustitiæ, & in domo carceratum detineri mandasset, decreuit,vt processum formaret Dom.Regēs Marthos de Gorostiola, & interim nō impediretur suum officium exercere.

Idemquè fuit prouisum cum Regio Consiliario Gizzarello,quem Sua Maiestas restitui mandauit ad exercitium sui officij,& Iudices designauit, qui in causa ad vlteriora procederēt, licet ex alijs non exercuerit officium,& sic in suspensione defunctus est.

Cum Rationali Ferdinando de Amedrano fuit etiam idem effectum,& fuerunt etiã dati Iudices à Sua Maiestate.

Mediolani quoquè fuit pariter prouisum,vt contra Senatorem Sesse, non procederet Gubernator status,sed Sua Maiestas destinauit Consiliariū Ioannem Thomam de Salamanca, qui formaret processum contra illum, & processum factum per Senatorem Polo de ordine Gubernatoris status apud se reciperet,& testes repeteret,& super Capitibus

pitibus resultantibus examinaret Senatorem Sessè, & processum cum eius voto ad supremum Italię Senatū transmitteret, vt apparet ex eius commissione expedita sub die 15. Augusti 1599.

Quę quidē exēpla tàm Regnāte Augustiss. Philippo II. quàm etiā III. dicebāt declarare iura, instructiones, & mentem Suæ Maiestatis, ex rationibus infra dicendis, quia sic expedit Regis ser-
82 uitio, & bono Reipublicę, quod si † stylus Sacri Neapolitani Cōsilij facit ius, vt dicit Afflict. decis. 1. quantò magis pro lege est habendum, quod ipse Rex declarauit, prouidit, & decreuit cum Consilio tòt virorum, doctrina, & virtute illustrium supremi Italiæ Senatus, vt per Afflict. decis. 253. Bald. in l. fin. C. quæ sit longa consuet. Burg. de Pace in prohem. leg. Tauri num. 227. Rebuff. ad Constit. Galliæ tit. de consuet. artic. 2. glo. 13. num. 22. Aluar. Vallasc. consult. 128. nu. 15.

Quarta nullitas fundabatur ex litteris Suæ Maiestatis directis eidem Excellentissimo Proregi, nàm dùm ipsum consuluisset de necessitate visitandi aliquos ex regijs Ministris ex causis, quæ in dictis litteris exprimebantur, fuit à Sua Maiestate rescriptum sub die 15. Decembris 1612. quod respectu delictorum præteritorum, nullatenus contra illos procederetur; respectu verò commissorum post discessum Visitatoris, seruaret in hoc instructiones ipsi
83 datas; sic † etenim se habent. *Me parece, que en ninguna manera se deue dar lugar à esto, sino que respecto de lo passado se estè, por lo que la visita traxere, y que por lo venidero vos os gouerneys en la materia conforme à vuestras instruciones, pues en ellas se dà la forma, que haueys de tener para informaros de las acciones, y proceder de los Ministros, y Officiales, que sirben de baxo de nuestro gouierno, y auisarme de lo que conbiniere, que Yo seppa à fin, que pueda proueer lo que biere mas conbenir à mi seruitio, y al desagrauio de mis subditos.*
84 Ex quo sequitur, † quòd cùm factum sit contra legis prohibitionem, nullus sit processus, iuxtà tradita per Glos. & DD. in l. quemadmodum C. de agric. & censit. lib. 11. & in reg. quæ contra ius de regul. iur. in 6. & l. non dubium C. de legib. Vant. in tract. nullit. tit. 1. quid sit nullitas à nu. 14. vsque ad nu. 19. vbi probat, ob pœnam facientium contra iuris dispositionem actum esse annullandum, & vltrà dicta per ipsum adducebatur l. Ciuitas Phodiorū C. de offic. Rector. Prou. ibi. *Quod si cuiquam tale existat ingenium, vt pracepta nostra contemnat*; & l. potioris eod. tit. *Nō declinabit nostræ indignationis aculeos*, & l. sacrilegij C. de diuers. rescript. & in auth. de Prouinciarum Præsidibus colla. x. § 1. ꝑ procedere dicebāt etiā si Sua Maiestas ꝓcessisset declarādo, cùm eandem vim habeant verba declaratoria, quàm prohibitoria, quando dant
85 formam. Nàm † si Princeps dat formam faciendi aliquid, si illa non seruatur, nullus redditur actus, vt tradit Vantius in tract. nullitat. tit. quot, & quib. mod. nullitas in iudic. propon. nu. 51. & seq. quod etiā tradit Bertach. in tract. de gabell. 8. par. princip. 3. memb. num. 40. & in materia iurisdictionis dicit hęc verba. *Quod forma tradita alicui non habenti potestatē, si non seruatur, actus non valet*. Quod etiam comprobatur ex ijs, quæ sunt disposita in l. Prætor ait §. interdictum ff. de oper. nou. nunc. vbi
86 † constructa post operis noui denunciationem, esse demoliēda decernitur. Cuius verba hæc sunt. *Edicto enim expressum est, nè post operis noui nunciationem quicquàm operis fiat, antequàm vel nūciatio remissa sit, vel vice nunciationis remissa, satisdatio de opere restituendo fuerit interposita, qui igitur fecit, & si ius faciēdi habuerit, tamen contra interdictum Pretoris fecisse videtur, & ideò hoc destruere cogitur*.

Neque his obstare dicebatur, Proregem fuisse in bona fide, quia consilium exquisiuerat aliorum Ministrorū, nàm cùm præceptum sit prohibitiuum, non potest esse sinè peccato, deficiente publica

87 blica vtilitate, & publico errore, qui facit ius ad l.Barbarius ff.de offic.Præsid.nàm adhoc fundandum requirebatur, quod totus populus fuisset in opinione, quod Prorex potuisset id facere, quod in isto casu cessabat, cùm immò contrarium omnes eo tempore tenuissent, vt tradunt Couar.in cap.quàmuis pactum de pact. in 6. 2.par. §.2. nu.3. Matthienf.ad l.2. tit.2. glos.3. per tot. & præsertim nu.11. lib. 5. nouæ recol-
88 lect. tantò magis, quia † l. Barbarius non procedit in Iudice delegato, sed in ordinario, iuxtà doctr. Innoc. in c.cùm dilecta in princ.de rescript. Abb. ibidē nu.10. Alex.consl.77.nu.7.lib.2. Guid. Pap.quæst.322.

Hęc omnia dicebatur satis clarè fundare defectum potestatis Proregis respectu Ministrorum perpetuā administrationem habentium; sed multò magis procedere respectu Regentium Re-
89 giam Cancellariam, † qui sunt de latere Principis, & pars corporis eius, vt
90 in l.quisquis C.ad l. Iul. Maiest. † habentque eandem supremam, & ordinariam iurisdictionem cum ipso Prorege, quia vnicum est Consilium Collaterale, quod constat ex tribus, vel quatuor Regentibus, cui præest Illustrissimus Prorex, vt habetur ex cap.9.instructio. vbi sic ait. ***Conuiene principalmente, que la tengays de nuestro Collateral Consejo, que ordinariamente cabe vos bà de residir, porque quanto mayor es la autboridad, que tiene en aquel Reyno, y quanto mas cerca de nuestra persona bà de estar***, proferunt vota decisiua in omnibus negotijs Iustitię, & Patrimonij
91 Suæ Maiestatis, ita vt † sine ipsorum votis nihil fieri possit, vt patet ex literis Inuictissimi Caroli V. datis Barchinonæ die 30.Octobris 1542.& immortalis memoriæ Philippi II. Bruxelles die 10. Ianuarij 1559. quarum meminit D.Regens de Ponte de potest. Proreg. tit. de delegat. causar. nu.12.13. & 14.
92 Habent † præterea Regentes facultatem pręstandi assensus alienationibus feudorum vnà cum Prorege, vt habetur in Pragm. Cęsar. Maiestatis Imperatoris Caroli V.datā Bruxelles sub die 17.Octobris anni 1531. post principiū ibi. ***Propterea quæ à nobis petierint, vt eam facultatem, vt præmittitur oblatam ipsis Viceregibus, & Locumtenentibus nostris, qui pro tempore erunt, & sacro nostro Collaterali Consilio.*** Quæ verba ita coniunctim posita per dictionem (*&*) necnon eandem influendo facultatem Regentibus, quæ Proregibus in re tàm graui (proùt est assensum alienationibus præstare) eosque iunctim nominando, connexitatem denotant Collateralis Consilij, cum Vicerege. Docet pręterea pragmatica prædicta Collateralis Consilij pręrogatiuam in certiorando Suam Maiestatem de negotijs grauibus, quæ ad bonum Regni regimen conferunt, ibi. ***Deindequè à Sacro nostro Collaterali Consilio in eodem Regno residenti accepimus, &c.***
93 Mortuo † quoque Prorege Collaterale Consilium repręsentat personam Regis, eamdemq; retinet auctoritatem, quam Prorex habebat, vt idem D.Reg. de Ponte dicto tit.de delegation.caus. nu.17.& tit.de assensibus Regijs super alienationibus feudorum §.5. per tot.
94 Quibus addebātur, quę de † potestate Regiæ Cancellariæ DD.tradunt, qđ æqualis ipsi Regi videatur, & in Francia maiorē dixerunt Cassan.& Auend. à dicto D.Regente de Ponte citati in dicto tit. de delegatio.nu.18.vbi dicit,
95 † non solum Proregem, sed neq; ipsum Regem posse de plenitudine potestatis tollere, quæ suffit Cancellaria, & subdit idem D. de Ponte, quod hinc
96 † videmus omnes Regis prouisiones Proregibus directas continere clausulam, omnia fieri, & explicari cum voto Regentium Regiam Cancellariam, &
97 ibi nu.10.& 11.† refert Capitula concessa fidelissimæ Ciuitati Neapolis in parlamento generali anni 1554. quæ sunt 7.8.9.10. ex quibus dicebatur Regentium Regiam Cancellariam potestatem vnitam esse cum potestate

Pro-

Proregis, qui sunt vnum corpus, & vnicum Tribunal.

Quibus iactis fundaméris dicebatur, nullo modo posse Proregem procedere ad capiendam informationem iudicialẽ contra Regentes, nec via visitationis, nec alia iudiciali, absque Suæ Maiesta-
98 tis commissione, cùm † par in parem, non habeat imperium, ex reg. l. nam magistratus ff. de recept. arbit. l. ille à quo §. tempestiuum ff. ad trebell. Paul. & Alex. in l. est receptum ff. de iurisdict. omn. iud. Felyn. in cap. prudentiam nu. 4. de offic. deleg. & est communis opinio secundum Orosium in l. fin. nu. 9. ff. de rerum diuis. Gregor. Lopez in l. 16. glos. fin. tit. 28. par. 3. l. apud filiumfamilias §. apud collegam ff. de manumiss. vindict. Bouadill. in sua Polit. lib. 1. cap. 12. nu. 60. vbi ex hoc probat, Rectorem alicuius loci, non posse processum facere contra eius Assessorẽ, aut Alcaldem maiorem, cum par in parẽ non habeat imperium; & ad id multa adducit, ibiq; plura addit circa id, quod aliud affirmare sit inconueniens, & damnosum Reipublicæ.

Ad cuius conclusionis confirmationem adducebatur, qđ Luc. de Pen. tradit ad l. quinque summates C. de decu-
99 rion. lib. 10. vbi nu. 2. quærit, † an Præses Prouinciæ possit Assessorem suum in officio delinquentẽ punire, quam quæstionem disputat, & concludit, non posse, cuius verba hæc sunt. *In contrarium est suprà, vt omnes tàm ciuiles, quàm militares in l. 1. §. officium ibi: debito honore seruato, & de offic. Præfect. August. l. 1. & qđ ibi notatur, & rationabile hoc videtur, vt Assessor tutus, & securus tutè, ac securè possit resistere Præsidi, ad quod tenetur supra ead. l. omnes l. 1. in fi.*

Quod etiã probatur ex eo, quod habetur in instructionibus Proregis, vbi in ijs, quę ad Collaterale Consiliũ per-
100 tinent, habetur, † quãta sit illius Tribunalis auctoritas, & præsertim in cap. 176. vbi dùm agitur de indulgẽdo delinquentibus dicitur; *No embargante, que os damos facultad para perdonar, commutar, cõponer penas de qualesquier delictos, todauia os encargamos tengais muy grande cuydado, y miramiento a no hazerlo si no con causa muy vrgente, y hauiendolo comunicado con los Regentes del Collateral Consejo.* Quòd cùm
101 seruatum non fuisset † declaratum fuit per Suam Maiestatem, nullas esse, & inualidas gratias factas à Prorege absq; Regentium voto in Anno 1620. vt in specie respectu gratiæ factæ per Illustr. Ducem Ossunę cuidam de familia Mastrilla, qui occiderat Paulum Mastrillum, fuit Proregi iniunctum, vt gratiam declararet nullam, verùm in Collarerali Cõsilio tractaretur de caussis, quæ potuerunt mouere Proregem ad gratiam faciendam, & sic in alijs.

Quoàd secundum Articulum principalem, quod scilicet non conueniat seruitio Suæ Maiestatis, vt Prorex possit procedere contra Regentes, vt est di-
102 ctum, ex eo, quia † cùm ipsi constituti sint à Rege, vt Proregi assistant, illiusq; actiones dirigant, & eorum cum consilio cuncta faciant, non possent integrum, atque liberum ei dare consilium, si timerent ab ipso posse processum formari, aut aliàs procedi, vel suspendi, prout dicit Luc. de Pen. in d. l. quinque summates C. de decur. lib. 10.
103 vbi sic ait. † *Et hoc rationabile videtur, vt Assessor tutè, ac securè possit resistere Præsidi, ad quod tenetur supra ead. l. omnes, l. 1. in fin. cum concordant. & nè cogatur alias ipsius Præsidis iniquæ satisfacere voluntati.* & paulò post. *Sic in electione liberum debet esse iudicium 61. dist. nullus inuitis* & paulò infra. *Et qui consilium præstare habet à metu, & errore debet esse remotus, supra de tutor. & curator. illustr. person. l. 1.* & postea subdit. *Aliàs inde absurdissimum, nàm peccaret Præses, & Assessorem peccare compelleret.* & post allegata iura dicit, *Neque debet Assessor minister esse volũtatis alterius,* hæc Luc. de Pen.

Hæc quæ diximus comprobãtur eleganti lege Imperatoris Iustiniani, qui cùm Iudices Arabię nimis subditos esse

illius

illius Prouinciæ Præfecto conspexisset in Nouella Constitutione de moderatore Arabiæ collat. 10. ab eius iurisdictione exceptos esse voluit, sic inquiens. *In querelam deferentes occasionem, & causam huius mali ex imbecillitate, & impotentia eorum, qui Magistratum ibi gerunt prouenire perpendimus, erat enim ita tenui potestate præditus is, qui ciuili Magistratu defungebatur, vt ei, qui præesset armis seruili propè modum more manciparetur, & in illius arbitrio huius salus esset posita, aut vt nè esset quidem omnino hic Magistratus, indè adeò, & longum tempus est, ex quo is desierit, & militaris ea, qua ciuile Magistratum concernunt, peragat; hæc nos ad suscipiendum præsens consiliū excitarunt; & præsenti vtentes lege Magistratum ad pulchriorem formam transponimus, benignèquè, & ipsi moderatoris appellationē largimur, id quod etiā in Ponto fecimus, & Spectabilium Magistratuum ius concedimus, vt in vllo sit Duciano inferior*, & paulò post hæc ait. *Nequè facilè succumbito, nequè formidinem contrahito, sed viriliter subditis præito, & ante omnia Deo pariter, ac nobis, & legi puras conseruate manus.* Ex quo textu colligi-
104 tur † quantùm curauerit Imperator, vt Magistratus liberè eorum vota proferre possent; quod etiam comprobant elegantia verba Luc. de Pen. in rub. de Decurion. lib. 10 vbi sic ait. *Immunes esse debet à corporalibus iniurijs, vt propter hoc valeant commoditates patriæ voce libera defensare.*

Hinc est, vt Imperatores Valentinia-
105 nus, & Theodosius statuerint, vt † huiusmodi Magistratus tàm togati, quàm penularij in maxima reuerētia habeantur, vt habetur in l. in sacris C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. vbi puniri voluit huiusmodi Magistratibus aditū denegantes; ibiquè sic ait. *Ternas libras auri ex suis facultatibus eruendas, si Consistoriū nostrū sæpè ingredientibus secretarij iudicum non patuerit ingressus, aut reuerentia non fuerit in salutatione delata, aut sedēdi cum Iudice societas denegata,* quæ non modo Proreges, sed & Reges ipsi attentè seruare debent, quem ergò honorem, atquè reuerentiam præstabunt subditi, si ab ipsis Principibus nō honorantur Ministri, quod optimè nouit Pharao Rex Aegypti, qui cùm Ioseph illius Regno præposuisset, illum summis honoribus decorari voluit, vt legitur Genes. 41. ibi. *Dixitque rursū Pharao ad Ioseph. Ecce constituo te super vniuersam terram Aegypti, tulitquè anulum de manu sua, & dedit eum in manu eius, vestiuitquè eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit, fecitquè eum ascendere super currū suum secundum, clamante præcone, vt omnes coram eo genuflecterent, & præpositū esse scirent vniuersæ Terræ Aegypti.* Idemquè legitur de Assuero Rege, dùm Mardochæum in suum elegit Ministrū, vt habetur Esther cap. 6. dicitur enim ibi. *Tulit itaquè Haman stolam, & equum, indutumquè Mardochæum in platea Ciuitatis, & impositū Equo, præcedebat, atquè clamabat. Hoc honore condignus est quemcumque Rex voluerit honorare.*

Harum quidem rationum auctoritate dicebatur Luc. de Pen. in l. omnes Iudices C. de decur. lib. 10. col. 7. nu. 31. inuehere in Præsides Prouinciarum his verbis. *Non ergo Præsides (qui vt plurimum viri militares, & Iuris ignari creantur) debent consilia respuere Assessoris in Iure periti, & malè agere, iuxtà sui motum arbitrij, nullus enim debet inniti prudentiæ suæ, & sapiens esse apud semetipsum.* hæc Luc. de Pen. qui alia plura subdit lectu digna.

Quibus addenda dicebatur, quæ
106 † scripta reliquit D. Regens de Ponte de potest. Proreg. tit. de delegat. caus. vbi declarat in quanto honore erat Collaterale Consilium, & quantum cecidit ab illo hodie, & quòd ex hoc facto via aperiebatur futuris Proregibus contemnendi Consilia Collateralium Regentium, vndè poterant plurima mala sequi, quod si Collaterale Consilium eam, quam debet habere auctoritatem,

tatem, non habet, inutile quidem esset, & inane illud, apud Proregem habere, nàm si Prorex, qui ab ipsis Consilium exquirere debet, illud non accipit integrum, sed timore diminutum, damnosum potius erit, quàm prosiguum, vndè aut in totum tolli deberet hoc Tribunal, aut in illa authoritate seruari, ad
107 quam fuit institutum, timor enim nunquã fidele consilium præstat, vt ex Tacito habemus: *Pauidis* (inquit) *consilia incerta sunt*. penderet enim ab ore Proregis, & sic deficeret ipsis principale fundamẽtum, quod est libertas consilij, vt testatur Gregorius ille Nazianz. in carmin. Si enim Regẽtes in consilijs dandis timorem habent, non quod publico expediret bono, sed quæ illi placerent spectarent, corporumq; vmbras imitantes omnibus illius dictis assentirent, vndè videmus, quod Cicero id suo tempore conspexit, qui sic ait lib. 1. de offic. *Plerosq; esse, qui quod sentiunt, etiam si optimum est inuidia non audent dicere*. Vndè fit, quòd Principes damnũ maximum sentiant, quod benè considerauit maximus ille Philosophus Seneca de benefic. lib. 6. c. 30. qui sic ait. *Non vides* (inquit) *quemadmodum illos in preceps agat extincta libertas, & fides in obsequiũ seruile submissa, dùm nemo ex animi sui sententia suadet, dissuadetquè, sed adulandi certamen est, & vnũ amicorũ omnium officiũ, vna contentio, qui blandissimè fallat?* Hos etiã à timore inferiorũ Magistratuũ immunes esse debere dicebatur, cùm & ipsi Proregi assistẽtes aliorũ mores, atq; decreta corrigere debeãt, nè sint, & ipsi deterioris cõditionis, qui longo tempore post probatam doctrinam, prudentiam, bonos mores, & optimam regendi rationem ad supremũ illud Tribunal sunt assumpti, nàm aliàs appellarentur Canes muti, & non valentes latrare, vt inquit Luc. de Pen. in d. l. quinque summates, vbi affert cap. sit Prætor 43. dist. & alia, quæ sunt digna tanto viro, sicut maioribus pœnis essẽt digni, qui aliter in hoc supremo Magistratu se gererent, debitæ, & antiquæ obliti probitatis, ac Regi debitæ fidelitatis, sicuti etiam es-
108 set Reipublicæ damnosum, quia tollit a Iudicibus constantiam, & virilitatem, homines enim sunt, persecutiones timent, quas nemo, qui sit iniustè passus non timet, vndè patientes efficiuntur, sed audiamus quæ Luc. de Pen. dicit in l. omnes C. de decurion.
109 lib. 10. ante fin. † *Hic semper est pauidus, semper attentus, nè quid dicat, vel faciat, quod in oculis hominum valeat displicere, humilitatem simulat, honestatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem ostendit, subsequitur, & obsequitur, cunctos honorat, vniuersis inclinat, frequentat curias, visitat optimates, assurgit, & amplexatur, applaudit, & adulatur, benè nouit illud poeticum, & si plus erit nullus, tamen excute nullum, promptus, & feruidus, vbi placere cognouerit remissus, & tepidus vbi putauerit displicere*.

Quibus addendum dicebatur, quod si in huiusmodi inquisitionibus faciendis maxima erit habenda ratio cum particularibus personis, quantò maior habenda erit, cùm agitur de inquiren-
110 do contra Magistratus, qui dùm iustitiam exercent nihil aliud lucrantur, quàm odium litigantium, quibus semper videtur iniustè cum ipsis actum esse. Quod optimè ponderauit Sum. Pontif. in cap. qualiter, & quando el secondo de accusationib. vbi sic loquitur: *Licèt autem hoc sit obseruandum in subditis, diligentiùs tamen est obseruandum in Prælatis, qui quasi signum sunt positi ad sagittam, & qui nõ possunt omnibus complacere, cùm ex officio suo teneantur non solùm arguere, sed etiam increpare, quin etiam interdum suspendere, non nunquam verò ligare, frequẽter odium multorum incurrunt, & insidias patiuntur; & ideò Sancti Patres prouidè statuerunt, vt accusatio Prælatorum non facilè admittatur, nè concussis columnis corruat ædificium, nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solùm falsè, sed etiam malignę criminationi*

tioni ianua præcluditur: Expertus est
111 hoc † Andreas ille Iserniensis,quem Gallus quidam interfecit ob Iustitiam ministratam, cùm esset Regius Consiliarius, ùt tradit Capyc.dec.130.n.43. & Aegidius Boss. in tract. criminal.tit. de multis nu.11.fol.71.
112 Est etiam† maximoperè considerãdum in hac re quantùm Reipublicæ interfit,ùt iuri operam dãtes in maxima veneratione habeantur,q̃ optimè considerauit Imperator in l.quicquid C.de aduoc. diuers.Iud.ibi, *Reuerentia studiorum id sibi præsenti sanctione præstitum esse cognoscant*; sunt enim alliciẽdi huiusmodi, & ad virtutem, atquè præstantiam impellendi,non metu,non minis,sed honore,& pręmijs, quibus se præstantiores,atquè vtiliores,apud Reges reddũt.Quod tradiderunt Imperatores Diocletianus,& Maximinianus in l.1.C.de assess.his verbis. *Studiorũ labor maretur, vt ij,qui in publicis administrationibus constituti sociari sibi cõsiliorum participes cupiunt spe præmiorũ, atq; honorificentia sua prouocent eos,quorum prudentiam sibi putant esse necessariam;non metu terribili,& necessitate incongrua libertati*.Hæc quidem si necessaria iudicarunt Imperatores illi in As-
113 sessoribus Præsidum † quantò magis dicebatur esse necessaria in Regẽtibus Regiam Cancellariam, qui maxima libertate,atq,honore debẽt cæteros Magistratus præcellere,munus .n. habent, & iudicandi, & regendi,& consulendi, tùm in priuatis,tùm in publicis, tùm in patrimonialibus, quàm etiam iurisdictionalibus negotijs, & in omnibus Principis personam repræsentant, quibus est curę cætera Tribunalia dirigere cum Prorege aliorum Magistratuũ actiones gubernare,ac etiam iudicare
114 †cùm igitur omnia debeant cum cõsilio facere, ùt docet Andr. in c.1. hic finitur lex n 6.debent in statu tali constitui huiusmodi Consiliarij,ùt absquè metu,(nõ dicã Principis,sed nec subditorum) rectum iudicium proferre possint,aliàs.n.debent Magistratu se abdi-
115 care,ùt docuit Tacitus de†Nerua Iureconsulto,quem refert Panc. in Thes. var.lect.lib.2. c.18. cuius consilio Imperaror vrebatur, qui cùm in deterius rempublicam procedere conspiceret, & Principem malè gubernare, à rebus publicis abstinuit;de illo.n.sic ait. *Ferebant gnari cogitationum eius quãtò propriùs mala Reipublicæ viseret ira, & metu, dùm integer, dùm intentatus honestum finem voluisset.*
116 Et tandẽ dicebatur,† hoc visitationis remediũ extraordinariũ esse,& iure cõi incogitatum,& à Regno Aragoniæ in Regnũ Castellæ introductũ,vt suprà dictum est nu. 63. quo raro Principes vti debent, cùm naturali iuri resistat, ex quo tollit plenam defensionem. Ideoq; nec Regem illud communicasse Proregibus,nec id etiam conuenire.eò magis,quia hæc visitatio subsequuta est statim post discessũ Visitatoris,imminente adhuc pænès S.Maiestatem iudicio visitationis,quod per sex annos durauerat in Regno Neapolitano, vndè fit; ùt cùm ferè de omnibus, quæ nunc opponuntur, fuerit in illo iudicio cognitum, nunc super eodẽ nõ possint
117 molestari † non .n. debent eodem tempore super eodem crimine, coram diuersis Tribunalibus molestari,ùt habetur in l. qui de crimine C. de accus. ibi, *qui de crimine publico in accusatione deductus est, ab alio super eodem crimine deferri non põt*& faciunt l.3.§.fin. ff.Naut.Caupon.Stabul. & l.hi tñ §.ab alio delatum ff. de accusation. quod ẽt probatur ex doctrina Bart.in l.Senatus n.3.de accusat.vbi†dat formam opponendi exceptionem contra secundum processum,pendente primo super eodẽ delicto, & Ioseph Sesse in decis. 106. n.4.vbi dicit primam accusationem,siuè inquisitionem se habere ad secundam,tanquàm genus ad speciẽ, ex quo dicebatur, non obstare tradita per Couarr.lib.2.var.resol.c.10.n.5. quia casus est diuersus,nàm loquitur, quando post finitam inquisitionem generalem, incipit accusatio particularis,nouas of-

O ferendo

ferēdo ꝓbationes, & sic nō posse appli cari terminos illos dicebatur ad casum nostrū, in quo agitur de noua visitatio-
119 ne ſup alia visitatione, ſicuti ēt † nec doctrina Bar, l. vnius §. reus ff. de quæſt, vbi voluit, q quādo ꝓceditur ex officio, nunquàm pōt interdici Iudici, quin poſſit etiam ad offenſam rei nouas informationes capere, quia procedit in iudicio ordinario, & coram eodem Iudice, quādo proceſſus non eſt compilatus, ex quibus dicebatur ſuſpectam hanc vltimam inquiſitionem eſſe habendam, argum. tex. in c. fi. qui matrim. accuſ. poſſ. ex cuius tex. argumento Aegid. Boſſ. in prax. crim. tit. de Official. corruptis pe-
120 cun. n. 33. deducit cōtra † Officialem, qui ſemel inquiſitus fuit per inquiſitionem generalem, non poſſe ampliùs inquiri, ad quod ēt adducebatur constitutio Regni, inquiſitiones generales, per quam ſtatuitur, ùt vltra terminum ſtatutum ad inquiſitiones generales faciendas, neq; ad accuſandum, neq; in teſtem aliquis admittatur, niſi probetur ſe impeditum fuiſſe.

Et demùm dicebatur, nullum ēt eſſe
121 iudicium, † quia cauſa commiſſa fuerat Iudicibus, quorum vnus tātùm erat Iudex perpetuus, alter verò temporalis, cùm debuiſſet commicti ſaltim Conſeruatoribus, q feciſſe Regem Theodoricum docet epiſtola ipſius ad Argolicū Vrbis Præfectū, quæ legitur apud Caſſiodorum lib. 4. epiſt. 22. qui dùm vellet procedi contra Senatores, alios ēt quinque deſtinauit. Verba Theodorici hæc ſunt: *Magnitudinis itàq; tuæ relatione comperimus Baſilium, atq; Prætextatum artis Siniſtræ, iàm diù cogitatione pollutos, in accuſationem tui examinis, perſonarum intentione deductos, ſuper qua re noſtram te aſſeris ſpectare ſententiam, ùt confidentiùs fiat, quod pietatis noſtræ mandat auctoritas; ſed nos, quę neſcimus à legibus diſcrepare, quorum cordi eſt in omnibus moderatam tenere iuſtitiā præſēti auctoritate decernimus, vt quinque Senatoribus, ideſt, Magnificis, & Patricijs viris Symmacho, Decio, Voluſiano, atq; Cæliano, necnon Illuſtri viro Maximiano, hanc cauſam legitima examinatione penſetis, & per omnia iuris ordine cuſtodito, ſi crimen, quod intenditur fuerit comꝓbatum, ipſarū quoq; legū diſtrictione plectatur, ùt rei abdici, atq; ſecreti per hoc vindictæ genus à culpis talibus arceantur, quos ad leges trahere non poteſt incerta notitia.* Et hæc reſpectu Secundi Articuli principalis.

QVOAD TERTIVM Articulū principalē fuit valdè dubitatum, an Sua Maieſtas poſſit conualidare proceſſum factum per Proregem cōtra prædictos Miniſtros, cùm ſuperiùs fuerit fundatū
122 ipſum eſſe nullū, quia licet † diſputare de Regis arbitrio ſacrilegij quaſi crimē ſit l. 2. de crim. ſacri. & conſt. Reg ꝙ incipit diſputare, tū in huiuſmodi caſibus, vbi agitur de intereſſe Tertij & corā Catholico Rege, religione, & pietate pſtantiſſimo, nō videtur ꝓcedere regula ṗdicta, vndè dicebatur pro parte ṗdictorum Miniſtrorū, ſuppoſito, quod ꝓceſſus ſit nullus ex defectu poteſtatis, non poſſe S. Maieſtatem conualidare
123 ꝓceſſum ṗdictum, † quod, n. ab initio vitioſum eſt, tractu tēporis non conualeſcit, ex regula l. ſicut C. de falſ. l. inter ſtipulantem §. ſacrā de verb. oblig.
124 Sed † his obſtare videbatur tex. in c. ad petitionē de accuſ. vbi Summ. Pont. cōfirmat decretum Cardinalis Legati, qui priuauerat Abbatem, licet ꝓceſſus fuiſſet nulliter fabricatus, qui tū iuſtè veniebat priuandus, & hoc ꝓpter reuerentiam Cardinalis, de plenitudine poteſtatis, id facientis, sm Gloſ. & Ant. de But. ibi n. 25. ꝑ quē text. voluit Abb. in c. cùm olim col. penult. de re iudi. poſſe Principem ꝓceſſum nullum ex defectu Iuris poſitiui ratū habere, quē ſeqtur, & allegat D Garſ. Maſtrill. de Magiſtr.
125 lib. 3. c. 4. n. 37. & nu. 49. dicit † poſſe Principē alterare, & præpoſterare oēm ordinē, q ēt voluit Fel. in c. qualiter, & quando il primo col. 9. verſ. fallit, C. de accuſ. & alij ꝑ Vant. in tract. de nullit. in tit. qualit. ſent. & ꝓceſſ. q dicūt. null. defen. poſſ. n. 24. vndè fuit tractatum de

intel-

intellectu pdicti capit. ad petitionẽ,nã ꝑ parte Ministrorũ dicebatur,decisionẽ capit. pdicti procedere,quãdo processus fuit terminatus,& sententia lata per Iudicem competẽtem, defectus tñ nullitatis erat respectu ordinis iudiciarij, quo casũ cùm agatur de iure positiuo supplẽdo,Princeps põt reualidare, & confirmare processum,quod minimè
126 procedere dicebatur†in casu, quãdo nullitas procedit ex defectu iurisdictionis,quę nullitas est insanabilis,nec aliquo modo reparari põt, ùt supra dictũ est, immò in tali casu,Iudicem debere annullare processum, ẽt parte non opponente,ùt dicit Abb.ibi.n.9. & Ant. Butr.n.10.quia ipso iure inducit nullitatẽ talis defectus,iurisdictio .n. ex sua primæua natura,tanquàm ex dominio, ex Rege ipso profluit, & procedit, tàm
127 de iure gentium† quã de iure diuino, &naturali,ùt tradit Couarr.pract.qq.
128 c.1.n.6. quem†quidem defectum nõ põt supplere plenitudo potestatis Principis, vt docet idem Couarr.variar.resol.lib.3.c.6.n.8.vnde fit,vt cùm in dicto tex.duo supponantur, Primum informationem factã esse per Cardinalẽ habentem iurisdictionem legis,ùt ponderat Ant.de But.ibi ante n.24.Secũdum, id fecisse nõ seruato ordine iudiciario, nõ videbatur obstare dicti tex.dispositio, quia licet nulliter facta fuerit electio; tñ quia iustè fuerat priuatus,& erant notoria facta per ipsum,sequitur, ùt Summ.Pontif.possit supplere defectũ ordinis processus, quod ex dicto text. colligitur,dùm ait.*Cùm igitur nobis de talibus fuerit facta fides, propter quę præfatus Abbas erat meritò amouendus, & si restituendus foret, propter iudiciarium ordinem non seruatum, ipsum tñ prouidimus remanere priuatum regimine Abbatiæ.* Fundauit ergo Summ.Pontifex confirmationẽ decreti Cardinalis Legati in veritate facti, & iustitia negotij, & notorietate ipsius,cui solùm resistebat non seruatum fuisse ordinem
129 iudiciarium, † quem defectũ poterat supplere Summ. Pontif. ùt dictum est cùm pertineat ad ius positiuum, & hę fuit ratio decidendi illius tex. secundũ Abb. & alios in d. text. quæ hic cessabat ex iàm supradictis.

Dicebatur præterea, in textu illo apparere, Abbatẽ consensum præbuisse, ùt Cardinalis legatus de causa electionis cognosceret.

Item quia ibi fuit facta fides Summo Pontifici de demeritis Abbatis priuati, ex qua resultat, ꝙ Papę innotuit notorium iuris,& notorium facti,ꝙ hoc casu cessat,nã licet fuerit facta relatio S.Maiestati informationis per Proregem captæ contra dictos Magistratus,ex responsionibus per ipsos faciendis pote-
130 rat contrariũ apparere,†neq;ex informatione capta ante conclusionẽ causæ resultat notorium Iuris,ùt dicit Abb.in d.c.ad petitionem n.11.Masc.de prob. concl.1107.nu.24. cuius rei ea est ratio,quia probatio,quæ habet colorem, & apparentiã in nihilo resoluitur visis defensionibus rei,vnde fit,vt istis casibus tutius sit,post Innocen.III. Summũ Pontificẽ ire,qui in c.qualit.& quando de accus.nonnullis petentibus,ùt Summus Pontifex suppleret quosdam defectus inordinati processus,sic respondit. *Ità videlicèt,ùt inueniatis occasionem aliquam congruentem, per quam nè vestra vilescat auctoritas,quantò cautiùs, & prudentiùs poteritis supersedeatis ad pręsens,quoniam ex his,quę inordinatè sunt acta non põt ordinabiliter quicquã agi.* Et tandẽ dicebatur in casu dicti capituli ꝓcedere Iudicem competentem Abbatis,ùt in d.cap.apertè legitur, hic verò non procedere Iudicem competentem, sed incompetentem respectu visitationis Magistratuum.

Neq; his obstare, ꝙ dicitur Principẽ posse conualidare,huiusmodi actum de
131 plenitudine potestatis † duplicem in Principe considerando potestatem,quã DD.tradũt, aliam ordinariam,aliã absolutam,quia sm̃ potestatẽ ordinariam, certũ est id facere non posse, resistentibus iuris regulis,nàm licet(ùt dictũ est) Princeps possit supplere defectum iuris posi-

positiui, non tñ potest supplere defectũ iuris naturalis,& lędere ius tertij,quod ex dictis in primo articulo probari dicebatur, nàm cùm defectus cõsistat in potestate,& congruentia,per rationes supra adductas,non põt Princeps siñ hãc potestatem iuris defectum supplere,
132 †at si consideremus potestatẽ absolutam, quæ omnia Principem posse decernit,eamq;esse secundum ius,supra ius,& contra ius,dixit Bal.in c.Ecclesiã S.Mariæ,ùt lite pendente, & tanquàm Dominum temporalium posse omnia, quæ sunt supra legem,& contra legem, vt idem Bal. voluit in c.cùm super n.1. de caus. poss. & propriet.& in cons.18. col. 1. vol.4. certum est, eam impugnate D.Præs.Couar. in epithom.de spons.cap.6.§.9 lib 3. variar.resol.n,8. de quo plura dicemus in decis. seq. in causa Vniuersitatis Ciuitatis Regalis, & ad Rubr.de const.Princ.c.1.n.77. & secundùm hanc,certum est non posse
133 Suam Maiestatem dispensare, †nàm quando Princeps vtitur plenitudine potestatis, qua vti põt ex causa publicæ vtilitatis, ratio in hoc casu cessat, nàm licet Reipublicæ intersit, ùt deli-
134 cta puniãtur,†eiusdem ẽt interest, ùt in magistratu existentiũ conseruetur auctoritas,cùm illi sint mediatores inter Reges,& Populos; sunt.n.Sacerdotes sacrificij Iustitiæ, ùt inquit Iurecõs. in l.1.ff.de Iust.& iure, & pars corporis Principis, ideoq;licet sit animaduertẽdum in illos,qui deliquerint,id tñ summa cùm prudentia fieri debet,ne dùm aduersùs malos Ministros correctio instruitur, insolentes indè subditi reddãtur,cùm vtrumq; attendendũ sit, quod in hoc casu seruatum non fuisse dicebant, nàm cùm primum cæptum fuit iudicium informationis,ab officio,& ab vrbe eiecti fuere,nedùm ipsi,sed amici, consanguinei,& plures eorum carceribus mancipati, & in exilium missi, & ꝙ magis est,scripturæ ab eorum domibus captæ,ex illis contra eosdemmet arma
135 sumendo,secreta eorum pãdendo†cũ domus sit tutissimum refugiũ, itaùt de domo in ius vocare sit prohibitum, vt habetur in l pleriq;ff.de in ius voc.*pleriq;* (inquit Caius)*putauerũt nullum de domo sua in ius vocare licere, quia domus tutissimum,cuiquè refugium, atquè receptaculum sit.*
136 Et in tantũ est verum†ꝙ de Magistratibus dictum est, vt nec illos in ius vocare sit licitum, Vlp. teste in l. 2. de in ius voc. vbi sic ait.*In ius vocare non oportet,neq; Consulẽ, neq; Præfectũ,neq; Prætorem,neq; Proconsulem,neq,cæteros Magistratus,qui imperiũ habẽt, & qui coercere aliquem possunt, & iubere in carcerem duci.*

Ex quibus dicebatur,S. Maiestatem debere ab huiusmodi abstinere dispẽsa
137 tione,quia†nomen Regis iusto tantũ congruit,vt Luc.de Penn.ait in l.nulli n 5. C.de cond.in publ.horr.lib.10. & vacuũ nomẽ Regis ipse teneret,si iniustitiã faceret,vt dicit idẽ Luc.de Penn. in l.prędia n.37. C.de locat.præd.ciu.
138 lib.11†& Rex non põt facere,nequè de potentia absoluta, quod iniustũ est, quia ùt dicunt Theologi, & post eos Crau.cons.241.n.20.in princip.vol.1.
139 † neq; Deus põt quicquã, ꝙ sit iniustũ,quia posse iniusta agere,non est potentia, sed defectus potentię, pro quo
140 facit†illud vulgatum iuris axioma,illud nos posse,ꝙ iustè, & honestè possumus,ex l.nepos proculo ff. de verb.signif.c.faciat homo 22.q.2. vndè Crauet.loc.sup.alleg.ait,Imperatorẽ,vel Regẽ non dici posse,nisi ꝙ de iure põt,ad quod facit elegans Iurecõsulti dictum, in l.filius, qui ff.de cond. instit. vbi sic ait,*nàm quę facta lędunt pietatem,existimationem,verecundiam nostrã,& vt generaliter dixerim, quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est,*ꝙ idem ferè dixit in † l.penul. ff. ad leg.Iuliam de vi priuata, & diximus ad Rub.de const.Princ.c.1.nu.51.
141 † & quãdo DD.oẽs,tàm Canonistę, quàm Legistæ contra Couarr. admitterent in Principe Christiano potestatẽ abso-

absolutam intelligi hoc tamen debet, claue discretionis non errante, Glos. in c.quantò in verb.absolui de iureiur. & in c.non est, extra de Voto, Iason cons. 233 nu.42. vol.2. Regens de Ponte cons.4.nu.17.Franc.Marc.decis.1122. nu.11. & non potest plenitudine potestatis vti, nisi iusta causa interueniente Capyc.decis.166.nu.13. Franc.Marc. decis.456.num.23.& decis.1122.nu.9. Greg.Lop. in l.6.tit.25.part.4.glos. 2. col.2.in princip.vbi dicit,quod Rex nihil debet facere de plenitudine potestatis, nisi decenter, secundùm ius, & omnes concludunt,indiscretum, & sinè temperamento absolutæ potestatis vsū esse fugiendum, tanquàm tyrannidem, & plenitudinem tempestatis, vt post Io.Monac.Card.Alexan. & alios notauit Peregrin. de fideicomm.art.52.nu. 125. & nos diximus loco proximè citato.

142 Ex quibus omnibus dicebatur † nō esse validandum processum à Prorege factum, cùm ex illo ,ius tertij lædatur, cui Principem præiudicare non posse. certum est, ex ijs, quæ diximus in l.fin. de constit.Princip. & in decis.Ciuitatis Regalis,cui Inuictissimum Philippum prudentissimum, ac Iustitiæ cultorem, Catholicum Regem,præiudicare minimè voluisse, exempla allegata testantur, qui tàm in Regnis vtriusquè Siciliæ, quàm in Statu Mediolani in huiusmodi casibus ratum habere à Proregibus gestū minimè voluit, imò prouidēdo, quod alius accederet Commissarius, suam declarauit voluntatem, ex

143 quo est † ùt Rex debeat seruare legē, tanquàm facturam suam, & eius honorem custodire,vt habetur in l.16.tit.1. p.1.vbi Greg.Lop.glos.1.verba enim illius legis, hæc sunt. *Guardar deue el Rey las leyes, como à su honrra,y à su fechura,por que recibe poder e razon para facer iustiçia, ea si el no las guardasse venria contra su fecho,desatarlas ya,e venir le yan,en de dos daños el vno,en desatar tan buena cosa como esta, que obiesse fecho, el otro, que se tornaria à daño comunal del pueblo, e abilitaria à si mismo e semejarse, y a por de mal seso, y seryan sus mādamentos,e sus leyes menos preciadas.* Quæ verba maximæ authori-

144 tatis sunt, nàm † ea, quæ à Principibus, & Supremis Tribunalibus decreta sunt,faciunt ius ùt dicunt Affl.dec.96. in fin nu.3.Bald.in l.fi.C.quæ sit long. consuet.Gramm.decis.228.& Burg.de Pace in prohem,leg. Taur.n.226.tom. 3. Rebuff.ad const. Franciæ tit.de consuet.art.2.glos.13.n.22. Aluar.Vallas. consul.128.nu.15.multum enim est deferendum auctoritati,tàm Supremi Tribunalis,proùt est Supremū Italiæ Consilium,in quo Rex ipse (ùt ita dicam)

145 præsidet, nàm† eandem reuerentiam Senatui præbuit Paul.Iurisconf. ùt ipse testatur in l.filius, ff. ad l.Cornel. de fals. vbi refert in decis.cuiusdam causæ eam sententiam tenuisse, quia in simili causa Senatus sic decreuerat, ibi. *Sic enim inueni Senatum censuisse.* Idem Imperator decreuit in l.1. C. quæ sit long.

146 consuet.vbi statuit † ad res iudicatas respectum haberi debere; sic enim ait. *Præses Prouinciæ,probatis his, quæ in Oppido frequēter in eodem controuersiarum genere seruata sunt,causa cognita statuet,* quæ verba habentur etiam in l.3.§.Præses,C.de ædific.priuat.quibus suffragatur,quæ tradit Affl.decis.45.in fin. vbi ait: *propter auctoritatem dictæ sententiæ,fuit per omnes votatum, quod dicta sententia confirmetur,* de quo per Gram. decis.228.

De his omnibus actum fuit in Supremo Italiæ Senatu, & per trinas consultationes sua Maiestas de omnibus

147 certiorata, & resolutum† Proregem non potuisse visitare prædictos Regios Ministros, attentis iuris communis dispositione,instructionibus,& litteris Suę Maiestatis ad eundem Proregem antè processum datis, stantibus etiam alijs declarationibus Suæ Maiestatis in alijs similibus casibus, nec vllo modo posse processum formare de his,quæ pertinēt ad officium, neq; ad finem instruendi processum, nec ad finem sententiandi,

nec sententiam exequendi, sed tantùm posse secretam informationem extraiudicialem capere, ad finem Regem certiorandi, proùt in instructionibus est expressum, ùt declarant litteræ Suæ Maiestatis ad eundem Illustrissimum Comitem de Lemos datæ sub die 13. Iunij
148 1615. quæ sic se habent † *Todauia por que conforme al derecho, y à las ordenes instruciones, que tengo dadas, ninguno puede inquirir, y visitar à mis Ministros perpetuos, sin especial orden, y commission mia, por perteneçer esto solo à mi Soberania Real, la qual no conuiene, ni deue comunicarse a nadie, quiero, y es mi voluntad, que esto se osserue, y guarde, ansi puntualmente de aqui adelante, y por todos mis Visoreyes, que os succedieren en esse cargo como leyes inuiolables, que no admiten declaracion, ni interpretacion de otro que de mi, y por quitar todo genero de sospecha, hà parecido cōueniente la elecion, que he hecho de la persona del Doctor Iuan Rodriguez de Salamanca mi Senador de Milan. &c.*

Hic præfatus Senator, postea fuit creatus Regens Supremi huius Consilij Italiæ, accessit ad Ciuitatem Neapolis, & assumpsit pænès se omnes processus contra prædictos Ministros compilatos, dedit eis capita, & defensiones recepit, & ad Suam Maiestatem processum transmisit cum eius relatione, & voto, quæ omnia postea fuerunt examinata, me referente in Supremo Italiæ
149 Senatu, fuit † tamen habitum pro vero, posse Proregem in delictis particularibus, veluti homicidij, & alijs similibus informationem capere, & personā detinere, sed certiorem reddere debere Suam Maiestatem.

Quo verò ad ratificationem processus, licet fuerit habitum pro vero fuisse
150 nulliter processum, attamen † attenta bona fide Proregis, & quod ipse exquisiuerat vota aliquorum Ministrorum Neapolis, qui affirmauerunt potuisse processum formare, fuit dictum, Suam Maiestatem posse illum ratificare, reperiebatur enim iàm fabricatus processus informatiuus, & capita ad Suam Maiestatem transmissa non erant vilis considerationis, sed ùt omnis suspitionis tolleretur occasio, fuit resolutum, vt destinetur D. Ioannes Rodriquez de Salamanca ex Senatoribus Senatus Mediolani, cui fuit in mandatis datum, vt testes, qui sibi viderentur, repeteret, & alia faceret, quæ ad rectam iustitiæ administrationem pertinebant, & sic fuit per Suam Maiestatem mandatum, atq; responsum, & Sua Maiestas respondit illum ratificare, quatenus de iure poterat.

Cùmque iterum contra prædictos processum formari mandasset Illustrissimus Dux Ossunentium re ad Supremum Italiæ Senatum delata, & consultatione facta Suæ Maiestati, fuit
151 ità Proregi rescriptio sub † die. . . . anni 1618. *Però por que por ordenes mios esta prohibido à mis Visoreyes el poder proceder contra semejantes Ministros, assi por el lugar, que occupan, como por la ocasion, que se da para que los subditos les pierdan el respeto, y la Iusticia sea menos preciada, me ha parecido ordenar de nueuo, que vos en vuestro tiempo ni ninguno de mis Visoreyes, que adelante os sucederē en este cargo en ninguna manera pongais mano en semejantes procedimientos contra los Regentes, Presidentes, Consejeros, y Ministros perpetuos, que me siruen, y siruieren de aqui adelāte en los Tribunales de este Reyno, ni vos, ni los demas Visoreyes futuros os podais valer de exemplos, y consequencias passadas para alterar esta prohibicion, como en la pena, y quando hubiese alguna causa, que lo pida por que en todo, y por todo han de depender de mi los dichos Ministros tanto en la prosecucion, como en la pena, y quando hubiese alguna causa, que lo pida, me los auisareys, para que entendido mande proueer sobre ello, lo que pareciere mas combenir a mi seruicio, y a la recta administracion de la Iusticia, y esta orden procureys, que se registre en la*

Can-

Cancellaria, para que en todo tiempo se tenga noticia della, que esta es mi determinada voluntad.

Fuit etiam super hac eadem re disputatum in causa Ioannis Garlani Prothonotarij Regni Siciliæ, qui erat Minister perpetuus, & fuit resolutum, seruandas fore litteras Suæ Maiestatis, aliàs super huiusmodi causis expeditas, quarum suprà mentionem fecimus, sed ex alijs causis nòn fuit annullatus processus, attamen fuit cõmissa causa Ioãni Baptistæ Blasco Præsidenti Magnæ Regiæ Curiæ viro integerrimo, qui pro cessum apud se reciperet, & capita daret, & defensiones reciperet, quibus expletis illum huc transmitteret, cum relatione, & voto ipsius.

Hęc scripsi, ùt sciant Regij Consiliarij, quando casus occurrit quid respondendum sit Proregibus, quando ab eis quærant quid sit in his casibus agendum, sciantquè ponderare verba litterarum Suæ Maiestatis, & eius intentionẽ esse Ministros malos pœnis afficere, sed hoc ipso mandante, cúm hoc rectæ iustitiæ administrationi videtur expedire, & congruum seruitio Suæ Maiestatis.

SVMMARIVM.

1 *Appellari non potest a sententia* Præfe*cti* Pr*atorio.*
2 *Executio sententiæ Supremi Tribunalis, non suspenditur per supplicationem.*
3 *Consilium Supremum Italiæ æquiparatur Præfecto* Pr*atorio.*
4 *Sententia Regij Delegati, statim est exequenda.*
5 *Iudicium absquè mandato, seù legitimo* Pr*ocuratore nullum est.*
6 *Verba mandati sunt stricti Iuris.*
7 *Procurator generalis non admictitur, vbi requiritur speciale mandatum.*
8 *Causa liquidationis, diuersa est a causa principali.*
9 *Sententia reseruans liquidationem, ea pendente exequi non debet.*
10 *Sententia infra summam, non potest exequi, nisi liquidatis fructibus.*
11 *Appellatio in causis feudalibus regulariter admitti debet.*
12 *Appellatio infrà decem dies, à die notitiæ est admictenda, si fuerit à* Pr*ocuratore omissa, & sententia lata sit Domino absente.*
13 *Sententia frustrà obtinetur, si exequutioni non demandatur.*
14 *Iudicium liquidationis est diuersum à iudicio principali.*
15 *Sententia debet continere certam quãtitatem.*
16 *Vtile per inutile non vitiatur.*
17 *Exequutio eius, quod est liquidum, non retardatur per illiquidum.*
18 *Restitutio in integrum conceditur* prin*cipali, si* Pr*ocurator appellationem omittens non fuerit soluendo.*
19 *Causæ Regni Siciliæ non possunt trahi extrà Regnum.*
20 *Sententia ex defectu iurisdictionis redditur nulla.*
21 *Nullitas ex iurisdictione proueniens est insanabilis.*
22 *Causæ feudales extrahi possunt à Regno Siciliæ, ad finem recognoscendi.*
23 *Capituli Iurati derogatio non præsumitur.*
24 *Supremum Italiæ Consilium causas feudales auocat, ad finem recognoscendi, & sic de stylo seruatur, & nu. 31.*
25 *Et qualiter fiat ista recognitio.*
26 *Et qua ratione fieri consueuit.*
27 *Rex extrà Regnum Siciliæ non habet iurisdictionem contentiosam.*
28 *Ius dicenti extrà territorium impunè non paretur.*
29 *Causę quot modis ad Supremum Italiæ Consilium auocari soleant, & nu. 55.*
30 Pr*inceps in subditos omne habet imperium.*
31 *Verba statuti sunt ad litteram intelligenda.*
32 *Beneficium statuti locum habet cum qualitatibus in eo expressis.*

33 Sta-

33 *Statuti requisita ante omnia sunt adimplenda, vt quis eo vti possit.*
34 *Forma legis est seruanda.*
35 *Forma statuti nō seruata, corruit actus.*
36 *Forma statuti non potest omitti à contrahentibus.*
37 *Forma non est omittēda, licet ex eo facilius adimpleatur actus.*
38 *Actus præter statuti formam gestus non subsistit.*
39 *Forma statuti quomodò dignoscatur.*
40 *Lex intelligitur in casu possibili.*
41 *Verba generalia sunt iuridicè intelligenda.*
42 *Interptatio iuri consona, est attendēda.*
43 *Appellatio suspendit sententiam.*
44 *Consensus intelligi debet, vt minus lædat consentientem.*
45 *Consensus eatenus consentienti præiudicat, quatenus necessariò ex actu inferatur.*
46 *Consensus nō censetur præstitus in actu damnoso.*
47 *Verba dubia sunt ab eodem proferente interpretanda.*
48 *Inuitus dicitur is, quem consensisse non probatur.*
49 *Actus est nullus, si contra legis prohibitionem fuerit gestus.*
50 *Ius publicum priuatorum consensu non tollitur.*
51 *Exceptio solemnitatis non seruata, potest quandocunquè opponi.*
52 *Renunciari non potest statuto, quod secundariò subditorum continet vtilitatem.*
53 *Bonum publicum priuato inseperabiliter in statuto annexum, pacto tolli non potest.*
54 *Gesta contra legē nullius sunt momēti.*
55 *Sententia super reconuentione omissa, an inducat nullitatem.*
56 *Iniustitia manifesta æquiparatur nullitati.*
57 *Iudex pronunciare omittens in causa reconuentionis eandem cum conuentione naturam habentis, nullitatem inducit.*
58 *Sententia nulla, non est exequutioni demandanda.*
59 *Causa feudalis de sui natura est appellabilis.*
60 *Causa feudalis, quæ dicatur.*
61 *Causæ feudales, vbi cognoscantur in Regno Siciliæ.*
62 *Sententia in causa ad Supremum Tribunal auocata, qualiter exequenda.*
63 *Sententia Arbitrorū ex cōmissione Sacri Consilij, quomodò exequi debeat.*
64 *Princeps non intelligitur, velle aliquē iure suo priuare.*
65 *Rescriptum Principis intelligitur, salua aliorum iustitia.*
66 *Sententiare aliud est, quàm votare.*
67 *Praxis antiqua attendi debet.*
68 *Princeps nunquàm à legibus declinare præsumitur.*
69 *Princeps, an teneatur ordinē iudiciorū seruare.*
70 *Reuisio admittitur, cessante appellatione ob dignitatem Tribunalis.*
71 *Causa feudalis non est appellabilis, si decidatur in Supremo Tribunali.*
72 *Tribunal Consistorij Regni Siciliæ æquiparatur Præfecto Prætorio.*
73 *Sententia Præfecti Prætorio non admittit appellationem.*
74 *Subrogatum non sapit naturam subrogati, si diuersam habeat qualitatem.*
75 *Appellari potest à sentētia substituti, à quo appellari consueuit.*
76 *Iudicis substituti qualitas est inspiciēda.*
77 *Iurisdictio Iudicis prorogati attendi debet.*
78 *Vassalli non tenentur quærere Dominum extrà Regnum.*
79 *Vassalli non prohibentur Regem adire.*
80 *Sententia lata post vota ad Supremum Tribunal transmissa, censetur à votantibus lata.*
81 *Sententia lata in Consistorio Regni Siciliæ qualiter exequatur.*
82 *Sententia Sacri Consistorij paratam habet exequutionem, & quomodò hoc intelligatur.*
83 *Nullitates oppositæ contra sententiam, quæ paratam habet exequutionem, an illam retardent.*
84 *Decretum Supremi Senatus.*

ARGV-

ARGVMENTVM,

An ſententia lata per Supremum Italiæ Senatum in causa feudali auocata à Regno Siciliæ, quæ pendebat in Magna Regia Curia illius Regni, debeat exequutioni demandari, tanquám ſententia Supremi Tribunalis, quæ habet exequutionem paratam, vel debeat ſeruari ſtylus Tribunalis, á quo fuit auocata, hoc eſt Magnę Curiæ, cuius ſententia eſt appellabilis, non obſtante ſupplicatione interpoſita per condemnatum, & an cauſa poſſit auocari, ad finem proferendi ſententiam diffinitiuam, & quatenùs ſit exequenda, an debeat ſeruari in modo exequutionis ſtylus, qui ſeruatur in Tribunalibus Siciliæ, circa exequutionem ſententiæ.

DECISIO QVARTA.



Ata per Supremum Italiæ Conſilium ſententia in fauorem Donnę Marianę de Quintanadueñas Baroniſſæ Floreſtæ ſub die 8. Iunij 1616. per quam fuerat condemnatus D. Antonius Statella, & Pacti, Marchio Spaccafurni ad relaxandum feudum Placæ, ùt diximus in decis. 2. fuit poſt nonnulla petitum, ùt prædicta ſententia debitæ exequutioni demandaretur, non obſtāte ſupplicatione interpoſita pro parte præfati D. Antonij; dicebatur enim pro parte D. Marianæ, ſententiam iſtam fore exequutioni demandādam, quia erat lata à Supremo Tribunali apud Supremum Principem aſſiſtente, & ab eo
1 negotijs Italiæ Præfecto, & ſicuti † à ſententia Præfecti Prætorio non datur appellatio, teſte Aurelio Iurecoſulto in l. vnica, ff. de offic. Præf. Præt. quod per Imperatores Diocletianum, & Maximinianū ſtatutum fuit in l. 1. C. de ſent. Pręf. Pręt. & per Imperatores Valentin. & Valentem in l. ſi quis aduerſus C. de precib. Imperat. offer. ità etiam non debeat dari à ſententia Supremi Italiæ Senatus, quod Præfecti Prætorio locum occupat, ex quo fonte
2 manauit, ùt † huiuſmodi Supremi Tribunalis ſententia per ſupplicationem minimè ſuſpendatur, ſed exequutioni demandetur, ùt in auth. quæ ſupplicatio C. de precib. Imperat. offer. & in §. aliud in authent. ùt ſponſalitia largitas, vndè ſumpta eſt d. auth. quæ ſupplicatio, & l. epiſcopale C. de Epiſcop. aud. proùt idem ſeruant Suprema Prætoria Neapolis, Sacrum nempè Conſilium nuncupatum Capuanæ, & apud alios Sanctæ Claræ, (ex quo primùm in Cænobio Sanctæ Claræ congregabatur, poſtea verò ad Caſtrum Capuanæ fuit tranſlatum,) & Regia Camera Summariæ in eodem Regno, & in Regno Siciliæ Tribunal Conſiſtorij, ſiuè Sacræ Regiæ Conſcientiæ, teſte Pet. de Greg. de iudic. cauſ. feud. q. 46. nu. 7. & 14. & Senatus Mediolani, & in hac Regia Curia, idem ſeruat Supre-

Supremum Aragoniæ Cōsilium, apud S. Maiestatem residens, quod annis præteritis vnitum erat cum Italiæ Senatu, quod tamen ab illo diuisum Supremæ Iustitiæ Consilium, appellauit Inuictissimus, atquè Sapientissimus Rex Philippus Secundus in eius fundatione.
3 Cùm igitur † in hoc Supremo Tribunali concurrant omnia, quæ in Præfecto Prætorio concurrunt ex d.l.vnica ff.de offic. Præf.Prær. & quæ de sucradicto Aragoniæ Consilio dicuntur, sequitur, ùt sententia ista omninò sit exequutioni demandanda, quia si hanc auctoritatem habent Tribunalia Neapolis, Siciliæ, & Mediolani, quantò magis hoc Supremum Italiæ Consilium, quod illis præest, & immediatè apud Regem assistet.

Quibus addebatur, nedùm sententiam Præfecti Prætorio exequutioni demandari, sed in Regno Siciliç receptum esse, quotiescunquè petitur reuisio sententię in casibus, in quibus datur, non admitti petentem reuisionem sententiæ, nisi soluto debito, & expensis, vt habetur in cap. Regis Alphonsi 188. vbi D. Muta vir doctissimus, nàm propter auctoritatem Iudicis dicebatur,
4 † non solùm sententiam Supremi Tribunalis Regi assistentis, fore exequutioni demandandam, sed etiam sententiam Iudicis delegati, qui nomine regio illam protulit, quod decisum testatur Dominus Consiliarius Capyc. decis. 111.

At pro parte D. Antonij plura opponebantur, quę huius petitionis vires poterant eneruare; dicebatur enim primò non posse de exequutione sententię tractari, quia ante omnia erant decidendi nonnulli articuli, qui impediebant processum ad vlteriora, quorum primus erat, an Procurator haberet sufficiens mandatum ad respondendum in causa liquidationis, quod fuerat petitum, antequàm peteretur exequutio sententię. Secundus, si debebat priùs procedi ad decisionem articuli liquidationis. Tertius, si debebat dari terminus Procuratori ad consulendum cum parte. Quartus, si in hac causa debet admitti appellatio vltimo loco interposita ab hac sententia, post supplicationem antea oblatā, nàm respectu primi articuli, an habeat sufficiens mandatum dicebatur exceptionem, (*Tu non es Procurator,*) non solùm ante omnia esse discutiendam, sed in quacunque parte indicij posse,
5 ac debere de ea tractari, cùm † iudicium absquè mandato, vel cum non legitimo Procuratore factum reddatur nullum, proùt affirmat Vant. in tit. de nullitate ex defectu inhabilitatis, mand. num. 135. & maximè quando talis exceptio est euidens, & paret ex
6 actis, proùt in casu isto, † verba enim mandati sunt stricti iuris, & non extēduntur ad ea, quæ principaliter, vel saltim in consequentiam non fuerunt expressa, ùt probat Clem. non potest de procurat. & c. qui ad agendum eod. tit. in 6. quia licet potestas data in mādato, intelligeretur consecutiuè data ad ea, quæ in illo principaliter continebantur, nihilominùs in eo, quod non est expressum, non debet cogi Procurator ad exercendum mādatum,
7 nàm † quoties generalis Procurator agit in causa speciali, vbi requiritur speciale mandatum, vltrà quod annullatur processus, dicitur falsus Procurator, proùt ait Bald. in cap. nonnulli in 1. col. & in c. ex parte Decani nu. 5. de rescript. ratio est, quia
8 † causa liquidationis est specialis, & separata à causa principali, proùt ait Ant. Marf. in tract. de liquidat. num. 1. fol. 126. vbi dicit liquidationis negotium esse à principali diuersum, & nō habere exequutiuum priuilegium, quod idem confirmat Surd. decis. 27. nu. 9.

Respectu verò secundi articuli dicebatur liquidationem, quam faciendam sibi reseruauerat Supremum Consilium, ante omnia esse faciēdam,
9 † qua liquidatione pendente sententia, nullo pacto poterat exequutioni deman-

demandari, proùt docet Bal. in addit. ad Specul. in tit. de senten. col. 3. vers. sententia non liquida, Corneus cons. 223. par. 2. vbi, quod non fiat exequutio sententiæ, quando in ea fuit reseruata liquidatio, & Vrsill. ad Affl. decis. 361. num. 46. & post illum Surd. d. decis. 27.

Quo verò ad Secundum Articulum dicebatur liquidationem esse faciendam ante exequutionem sententiæ, quia condemnatio ad fructus est accessoria restitutionis principalis, vndè videtur vnico contextu esse procedendum ad exequutionem, tàm principalis, quàm fructuum, ex reg. tex. in l. & ex diuerso ff. de rei uend. & hinc est, quod stante Reg. Pragm. quæ est 3. §. in alijs autem sub tit. de offic. Sac. Reg. Cons. per quam fuit determinatum, quòd sententiæ Magnæ Curiæ Vicariç debitæ exequutioni demandentur, quando continent summam

10 duc. 150 † nõ tñ põt exequi sententia, nisi facta liquidatione fructuum, nisi pars remaneret contenta, ùt fructus non excederent cum capitali prædictam summam duc. 150. ùt decisum testatur D. Præsid. de Franch. decis. 141.

Quoàd Tertium Articulum (supposito, quod ante omnia esset tractandũ de causa liquidationis) dicebatur esse priùs dandum terminum ad consulẽdum cum parte, quia non est instructus procurator de meritis causæ liquidationis.

Et tandem respectu Quarti Articuli dicebatur, antequàm agatur de concedendis literis executorialibus esse tractandum, an in præsenti causa debeat admitti appellatio, quia si admittatur, cessat instantia exequutionis litterarum executorialium, nec erit opus tractare de illis, & quod debeat admitti appellatio dicebatur appare-

11 re ex eo, quia † causa feudalis, proùt est ista, de sui natura est appellabilis, & præsertim in Regno Siciliæ, teste Petr. de Gregor. in tract. de iud. caus. feud. q. 45. in princ. vt latiùs dicetur infra nu. 61. ex quibus omnibus dicebatur non esse concedendas litteras executoriales, nàm quælibet interlocutoria istorum articulorum debet habere suam instantiam, & suum processum per se separatum ab alio, proùt notabiliter dicit Petr. de Gregor. d. tract. de iud. caus. feud. q. 51. in med. vlt. vers. Neque obstare dicebatur, Procuratorem D. Antonij porrexisse supplicationem à sententia contra ipsum lata, & sic non esse locum appellationi, sed procedi debere per viam supplicationis, quia ùt tradit Alex.

12 cons. 95. col. 4. vol. 2. † quando Dominus fuit absens à loco tempore sententiæ, & Procurator non appellauit infrà decem dies, à die notitiæ debet admitti appellatio, & ita obtinuisse in Regia Audientia tradit Gram. in addit. ad Affl. decis. 344 & quod possit Dominus appellare infrà decem dies à tempore scientiæ sententiæ tradit ex Ias. in l. 1. ff. si quis ius dicent. non obtemper. Vrsill. ad d. decis. 344. nu. 1. Capyc. decis. 139 in fin. Gram. consil. ciuil. 117.

Cùm igitur D. Antonio non fuerit notificata sententia, neque eius Procuratori impartitus terminus ad denunciandum, sequitur, ùt ipse idem possit appellare, non obstante supplicatione porrecta per Procuratorem, & sic vel sententia debeat illi notificari, ad finem, ùt ipse deliberet, vel terminum esse concedendum Procuratori ad illum certiorandum.

His obiectionibus respondebatur pro parte D. Marianæ, & quoàd primum dicebatur, hodie non tractari de viribus mandati, respectu huius articuli exequutionis, quia si mandatum non esset sufficiens respectu totius iudicij, proùt esse sufficiens dicebatur, erat tamen respectu articuli, an sen-

13 tentia debeat exequi, vel nè † frustrà enim obtineretur sententia, si illa exequutioni non demandaretur, c. quoàd consultationem de sentent. & re iudicat.

tat. & not. Glos. in Rubr. C. de exec. rei iud. & post Andr. de Isern. voluit Maran. in sua prax. par. 6. in 3. & vlt. actu principal. in princ. non enim negatur deficientiam mandati reddere iudicium nullũ, sed negabatur assumptum partis asserentis in hac causa deficere mandatum, nàm ex clausulis ipsius hoc in mandatis esse datum, & sufficiens esse manifestè colligebatur, non solùm respectu articuli exequutionis sententiæ, sed etiam liquidationis.

Quo verò ad secundum articulum dicebatur, verum esse fructus venire in consequentiam principalis, sed non per hoc sequi non esse faciendam exequutionem sententię super principali corpore, nisi facta fuerit liquidatio,
14 quia † iudicium liquidationis est diuersum à iudicio principalis petitionis, ùt resoluit Ant. Massa in tract. liquidationis nu. 1. fol. 126. & quod dicitur de decisione D. de Franch. dicebatur illud procedere, nè fieret fraus Pragmaticæ, cùm nõ debeat permitti actori, quod reo non permitteretur, ùt ibi dicit D. Præs. sed quatenùs esset verum assumptum partis, & quod id procederet in exequutione sententiæ dicebatur, hoc locum habere, quando sententia non continet certam quantitatem, vel ex alia parte non est liquida, veluti, quando condemnatur ad restitutionem fructuum, vel ad pẽsionem soluendam, iuxtà liquidationẽ faciendã, quam Iudex sibi referuauit, tùnc enim exequi non potest, quia
15 quantitas certa ignoratur, & † sententia debet continere certam quantitatem l. in summa §. 1. ff. de re iudic. quod isto casu cessare videbatur, quia sententia continebat quid certum, quod erat restitutio feudi, & quid incertum, quod erat restitutio fructuũ, & licet sententia contineat etiam restitutionem fructuum, & sic videtur quid vnitum, sunt tamen res separatæ respectu exequutionis sententiæ, quia potest fieri exequutio quoàd restitutionem feudi, & nihilominùs procedi ad liquidationem fructuum, & hoc
16 casu succedit regula, quod † vtile per inutile non vitiatur l. certi conditio §. quoniam, & ibi Glos. ff. si cert.
17 petat. cum simil. & † quod exequutio eius, quod est liquidum, non debet retardari, propter illud, quod non est liquidum, post Surd. decis. 148. num. 4. qui hoc firmat per text. in l. statuliberi rationem ff. de stat. liber. & alia iura tradit Intrigl. singul. 50. num. 5. lib. 2. & quod sufficiat, liquidationem fuisse cæptam infrà annum, tradit Intrigl. loc. citat. nu. 12. & Rebuff. de literis ciuilibus artic. vnico glos. vltim. num. 4. & 5.

Quoad Tertium dicebatur idem, quod in responsione ad primum, & iàm pænè fuisse lapsum anni circulum à die, quo sententia fuit prolata, infrà quem potuit consulere suum principalem de omnibus, quæ sibi occurrerant, tàm respectu liquidationis, quàm etiam exequutionis.

Quo verò ad Quartum Articulum dicebatur, non esse retardandam exequutionem sententiæ, ob decisionem Articuli, an debeat admitti appellatio, vel reclamatio, cùm eodem contextu possit decidi, & non esse admittendam appellationem ex iàm allegatis in principio huius decisionis pro D. Mariana, & quia Procurator agnoscens Supremi Italiæ Senatus auctoritatem, atquè præeminentiam, statim lata sententia porrexit supplicationẽ, & post multos dies appellationis remedio est vsus, & licet respondebatur non obstare actum Procuratoris, quia non potuit præiudicare D. Antonio,
18 & † debere restitui in integrum, quando Procurator non est soluendo, ùt tradunt Glos. Bart. Bald. & teliqui in l. 1. ff. quand. appel. sit, Felyn. in c. 1. n. 6. et 7. ùt lit. nõ contest. Sfort. Oddus in tract. de restit. in integ. par. 2. q. 69. nu. 24. qui alios referunt, & cõmunem esse opinionem testantur, tamen dicebatur, hoc nõ obesse in casu

isto,

isto, in quo Procurator optimè functus est officio suo, porrigendo supplicationem, prout debebat facere à sententia Supremi Senatus, & non appellationem interponendo, quod Iuris dispositioni, & Magistratus auctoritati repugnabat.

SECVNDO, principaliter diceba tur, pro parte D. Antonij Statellæ, non posse tractari de exequutione sententiæ, quæ pluribus nullitatibus impugnabatur, quarum duæ magis vrgebant. PRIMA, defectus iurisdictionis Supremi Italiæ Senatus. SECVNDA, quia non fuerat pronunciatum super reconuentione, quam proposuerat Blasius de Pactis primus in hac lite reus conuentus.

Et ad fundandum primam nullita-
19 tem dicebatur † prohibitum esse causas extrahere à Regno per plura capitula Regni. Primum enim Capitulum fuit Regis Alphonsi, quod est 391. per quod fuit prouisum, nè causę extrahantur à Regno, nisi consentientibus partibus. secundū per quod fuit ampliatum ad causas inter Fiscum, & priuatas personas, & est eiusdem Regis nu. 442. Tertium verò capitulum fuit ab eodem Rege concessum, & est 463. per quod fuerunt declarata capitula præcedentia comprehendere etiam redditionem rationum, causas appellationis, etiam ad instantiam Fisci, & alias. Quartum verò capitulū ab eodem Rege concessum fuit, per quod fuit ordinatum, vt quotiescunq; causę feudales fuerint transmissæ cū eorum votis ad Regiam Curiam, si infrà quadrimestre tempus non expediantur, possint Iudices inhibiti procedere, quod idē fuit dispositū per Imperatorē Carolum V. gloriosæ recordationis, & aliquid additū circa prorogationē temporis, quod est c. 139.

His accessit aliud capitulum Regis Ioannis, quod est 33. quo cauetur generaliter, nè possint extrahi Siculi ad instantiam cuiuscunq; personæ, etiam priuilegiatæ, quod tamen fuit concessum, præterquàm in casu denegatæ, aut retardatæ Iustitiæ, post binum mādatum faciendum à Vicerege, ita tū, quòd inter primum, & secundum mādatum labatur quadrimestre tēpus, quæ omnia fuerūt cōfirmata, p Regē Ferdinandum, vt patet in c. 24. & 60.

Ex quibus omnibus capitulis dicebatur satis apertè fundatum esse, restrictam fuisse potestatem, causas à Regno extrahendi, qua prohibitione sic stante ex defectu iurisdictionis, sententiam per Supremum Consilium latam nullam esse declarandam
20 cùm † non possit dici iudicatum ab eo, qui ius dicendi non habuit l. 1. in fin. ff. ad Tertull. l. 1. §. hæc autem verba, quod quisque Iur. in l. 2. in fin.
21 ff. de pæn quam † nullitatē insanabilē esse dicebatur, ex traditis per Vant. in tract. nullitatū tit. de nullit. ex defectu iurisdictionis n. 3. & seq. solùm tū di-
22 cebatur † esse permissū causas auocare feudales via recognoscendi, proùt Praxis Reg. Siciliæ, & Supremi Italiæ Senatus docet, & colligitur ex c. Regis Alphonsi 540. cùm ergò hęc causa non potuerit extrahi à Regno, nisi via recognoscendi tantùm, quia causa est feudalis, & si secus fieret, esset contra formam capitulorum Regni, vt habetur ex Petr. de Greg. in tract. de Iud. caus. feud. q. 39. & 40. & Milan. decis. 2. num. 8. Sequebatur, vt nulla debeat dici sententia, quia cùm causa extrahitur via recognoscendi, non profertur sentētia, sed acta videntur, vt Rex melius informatus de meritis causæ, & illis recognitis sciat quem ex litigatoribus debeat recognoscere in suum subditum, vt latiùs infrà dicemus.

Et si diceretur, causam prædictam fuisse auocatam, vigore capit. Regni, ob denegatam Iustitiam, vel consensum partis, respondebatur, cap. prædictum non intelligi de causa feudali, quæ via recognoscendi poterat auocari, non autem, vt Su-

P premum

premum Consilium illam decideret, & sententiam proferret, sed tantùm, ùt recognosceret iustitiam sui vassalli, sed de alijs causis, ad quod fundandum dicebatur, Primò ex capit. Regni, & præsertim ex capit. Regis Alphonsi 540. apparere, causas feudales auocari ad Supremum Consilium via recognoscendi, non autem pronunciandi, vndè si fuissent auocatæ causa pronunciandi esset contra capit. quod
23 cùm sit à Rege iuratum † non est præsumendum voluisse derogare prædictis capit. ùt Petr. de Gregor. ait in d. tract. de iudic. cauf. feud. quæst. 40. vers. quia transmissio, vbi ait, semper causam intelligi auocatam via recognoscendi, non autem iudicandi, ùt inferiùs lariùs dicetur.
24 Secundò dicebatur, id † fundari ex stylo trahendi causas ad Supremum Consilium, de quo apparet ex dictis per Petr. de Gregor. dicta quæst. 40. Milanens. decis. 2. lib. 1. & Mastrill. decis. 81. num. 3. Doctores Siculos, qui dùm agunt de hoc modo trahendi causas feudales, dicunt, ipsas trahi via recognoscendi; inquit enim Petr. de Gregor. in princip. quæst. 40. de iudic cauf. feudal. hæc verba. *Quadragesimo, & successiuè quæro, si processus causæ feudalis vnà cum votis, & iustificationibus transmissus fuerit ad Sacrum Regium Consilium causa recognoscendi, & aliter fuerit votatum per Sacrum Consilium, quàm fuerit antea votatum per Magnam Curiam, an eo casu ferenda sit sententia per Magnam Curiam, secundùm vota Sacri Consilij, an secundùm vota Magnæ Curiæ*, (& in quæst. 41.) inquit. *Quadragessimo primo, & consequenter quæro, si processus causæ feudalis fuerit transmissus via recognoscendi ad Sacrum Regium Consilium tempore vnius sedis M.C. votantis, & tempore alterius subsequentis remictatur in Regnum, numquid Iudices sedis sequentis teneãtur ferre sententiam eo modo, quo per cedulam papiri fuerit mandatum per Sacrum Cõsilium.* (Et clariùs in q. 42. ait) *Quadragesimo secundo quæro, si processus causæ feudalis fuit semel transmissus in primo iudicio ad Sacr. Reg. Consil. causa recognoscendi, nũquid iterum in causa appellationis transmictatur.* (Et Milan. dec. 2. n. 8. ait) *Quod iàm merita causæ fuerint transmissa ad Supremum Consilium, & iàm eam recognouerat, & transmiserat decidendã per ordinarios Iudices causæ, & sic per M.R C.* & Mastr. decis. 56. ait. Quòd quidam D. Vincentius Caluello se direxit in M.C. super auocatione certorum feudorum contra Franciscum Ferrerio, & obtinuit sententiam in sui fauorem, & transmisso processu ad Supremum Consilium via recognoscendi, fuit confirmata sententia Mag. Cur. & deuoluta causa ad Concistorium via appellationis, ad instantiam dicti de Ferrerio.

25 Ex quorum omnium dictis apparere dicebatur † causam feudalem trahi via recognoscendi, & non ad alium finem, idquè fieri, aut cum votis, aut sinè votis, illisquè visis causam iterum remitti sententiandam in Regno, siuè secundùm vota prolata per Iudices illius Regni, siuè secundùm censuram Supremi Italiæ Consilij, & sic in omnem casum, sententiam esse proferendam per illud Tribunal, à quo fuerat auocata causa, siuè fuerint confirmata vota illius Tribunalis, siuè reuocata.

Tertiò, id suaderi dicebatur ex rationibus adductis per DD. & præcipuè ex Pet. de Greg. de iud. cau. feud.
26 q. 33. qui dicit † illas ea de causa extrahi, ùt Rex cognoscat vassallũ suũ, exigat ab eo iuramentum fidelitatis, & nouam præstet inuestituram, ibi. *Vt Rex meliùs informatus de meritis causæ,*

causa, & illis recognitis faciliùs scire possit, quem ex litigatoribus recognoscere debeat in suum vassallum, & à quo recipere iuramentum fidelitatis, & cui concedere renouationem inuestitura, & quem requirere debeat, cùm opus erit, ad praestandum Regię Curia seruitium militare.

27 Quibus additur, quia † Rex existens extrà Regnum non habet iurisdictionem contentiosam, & potestatem extrahendi causas à Regno, nisi via recognoscendi tantùm, vt dicit Milanens. d. decis. 2. num. 4. cuius verba hæc sunt, *ratio autem prædictorum Capitulorum, secundùm Petr. de Gregor. in dict. tractat. de iudic. caus. feud. quæst. 39. verbo ratio potuit esse, nàm sicut Proconsul existens extrà Prouinciam sibi designatam, non habet in ea aliquam iurisdictionem contentiosam, sed tantùm voluntariam l. 2. de offic. Proconsul. ita Rex Siciliæ existens extrà Regnum, non habet in Siculos, existentes in Regno iurisdictionem contentiosam in actu, sed in habitu tantùm, & ideò causa Siculorum extrà Regnum extrahi non potuerunt, tàm ex defectu iurisdictionis actualis ipsius Regis existentis extrà Regnum, quia*
28 *† extrà territorium ius dicenti impunè non paretur l. fi. ff. de iurisd. omn. Iudic. cum simil. quàm etiam ex incompetentia fori ipsius Siculi, qui conueniri non potest extrà Regnum, quia est extra forum suum competens, à quo extrahi non potest, capit. cum sit generale de for. competent. & l. 1. C. vbi in rem actio*, Et nu. 5. ait, *prædicta dispositæ ex supradictis Capitulis Regni sunt alia, ex quibus potuit moueri Regia Maiestas, & eius Sacrum Consilium ad non mandandum absolutè, quod hæc causa transmittatur ad S.C. Maiestatem, & eius Supremum Consilium*, quæ omnes rationes ad nihil aliud diriguntur, nisi ad recognitionem, non autem ad sententię prolationem, Immò dicebatur nullum pro parte D. Marianæ exemplum dari, per quod probari possit fuisse solitum Supremum Consilium causas auocare ad finem decidendi, sed tantùm recognoscendi, & sic ex prædictis omnibus, nullam esse sententiam ex defectu iurisdictionis.

At pro parte D. Marianæ dicebatur, non obstare quæ pro D. Antonio adducebantur ad fundandam primam nullitatem ex defectu iurisdictionis, nàm præter ea, quæ dicta sunt in decis. 1. dicebatur, triplici
29 modo † causas auocari ad Supremum Consilium posse, Primò, quando partes consentiunt, vigore capit. Regis Alphonsi, & hunc modum agnouit Petr. de Gregor. tract. de iud. caus. feud. quæst. 39. num. 2. Secundò, ob retardatam, vel denegatam iustitiam, vigore capit. Regis Ioannis, quod est 33. Tertiò, vigore capit. Regis Alphonsi, quod est 540. vbi præsupponitur, causas feudales posse trahi via recognoscendi, & quantùm ad duo prima capitula, illa generaliter loqui, & omnes causas comprehendere, siuè feudales sint, siuè allodiales, verba enim capit. 391. hæc sunt. *Item supplica lo detto Regno alla detta Maiestà, che le cause de' Siciliani*, quæ à nobis adducta sunt in prima huius causæ decisione nu. 18. fol. 4. & hoc capitulum est reale, dirigitur enim ad omnes causas, sicut in eius Rubrica etiam apparet, ibi. *Quod causa Siculorum non extrahantur*, & quantùm ad cap. 33. Regis Ioannis, hoc comprehendit omnes personas, vt in eius rubrica, & nigro, in rubrica enim dicitur, *de Siculis, non extrahendis à Regno*, & in nigro dicitur, *quod nullus Siculus possit à dicto Regno extrahi ad petitionem cuiuscunquè personæ, quantumcunquè priuilegiata*, & sic in primo, verbum illud collectiuum, & vniuersale operatur

P 2 com-

comprehensionem omnium causarum, tàm feudalium, quàm allodialiũ, cùm non reperiantur exceptæ causæ feudales, quia si voluisset, dixisset.

Quantùm verò ad cap. 540. in quo agitur de causis feudalibus trahendis via recognoscendi ad instantiam alicuius partis dicebatur, nihil disponere circà auocationem causarum, sed præsupponere, illas auocari solitum esse, via tamen recognoscendi, & sic alium modum inducere causas auocandi, quod differt a duobus primis; in primo enim attenditur partium voluntas, in secundo retardatæ, vel denegatæ iustitiæ causa, in tertio, quando altera ex partibus Regem adiuit, petijtquè causam auocari, vt cognoscat vota Iudicum, possitquè illis normã dare, si non processerint benè, ac iudicauerint, vt dictũ est suprà, & sic in primis duobus casibus posse causam auocari, ad finẽ decidẽdi, non autẽ recognoscendi, quia in dictis capit. nulla fit mẽtio via recognoscẽdi, sed ab edicto prohibitiuo, nè causæ extrahantur, excipitur, quando partes consentiunt, & quando fuit denegata, vel retardata Iustitia, idquè etiam patet ex eo, quod in d. cap. 391. subditur, nàm dùm Rex assentit petitioni Regni excipit de causis pendentibus in Curia, quas vult in ea remanere, vt decidantur, dùm ait: *Placet Regiæ Maiestati, preterquàm de causis pendentibus in Curia, quas non esset honestum eas illuc remittere indecisas.* Quod idem in hac causa dicendum erat, quæ ad Supremum Consilium fuit auocata, non via recognoscendi, sed ùt plenè de ea cognosceretur vsquè ad sententiam, ut in eius memoriali fol. 2. ibi. *E si contenta, che la causa sia estratta dal Regno, supplica humilmente à Vostra Eccellenza, si degni inuiarli à Sua Maiestà con tutti l'atti, Scritture, articoli, & inciden, & restitutione in integrum, &c.* qui consensus fuit declaratus etiam ex eo, quod Supremum Consilium pronunciauit super articulo restitutionis in integrum, ac etiam petiti termini, antequàm ad sententiæ prolationem deueniretur, & quòd fuerit talis intentio partis; colligitur, quia Procurator porrexit supplicationem à sententia lata per Supremum Italiæ Consilium.

In tertiò verò casu cap. 540. Regis Alphonsi, Imper. Caroli V. & cap. 139. in quibus agitur de via recognoscendi, requiri dicebatur duo, alterũ, quod causa votetur in Regno Siciliæ, verùm ante pronunciationem sententiæ transmittantur vota cum processu ad Supremum Consilium, alterum verò, quod infrà sex menses reuideatur in eo, aliàs possit procedi ad publicationem sententiæ. His igitur cognitis dicebatur, facilem esse solutionem ad opposita, cùm maxima cognoscatur differentia inter hunc modum trahendi causas, & alios. Ad quod ẽt adducebantur litteræ S. Maiestatis, quibus apparet causam non esse transmissam via recognoscendi, sed tantùm ob retardatam, vel denegatam Iustitiam, nàm dùm causa trahitur via recognoscendi, dicitur, vt transmittantur vota, & illa recognoscantur, vt dicit Petr. de Gregor. de iud. caus. feud. quæst. 39. ibi: *Causa recognoscẽdi*, cùm ergo non sint transmissa vota, non est quid recognoscere, & sic apparere dicebatur causam istam non fuisse auocatam, via recognoscendi, proùt inferiùs dicetur, sed vt decidatur.

Dicebatur vlteriùs, non suffragari parti doctrinam Petr. de Gregor. nàm licet ipse dicat, non posse causam feudalem transmitti ad Supremum Consilium, nisi via recognoscendi, quia esset venire contra Capitula Regni, non tamen ex hoc sequitur, vt non possit, vigore aliorum Capitulorum id facere, quia nec hoc dicit, nequè dicere potuit.

Nequè

Neque his obstare rationes, quas allegat Petr. de Greg. d.q.39. dùm ait, Regem non posse extrahere causas à Regno, quia Rex Siciliæ existens extrà Regnum in Siculos existentes extrà Regnum, non habet iurisdictionem contentiosam in actu, sed in habitu tantùm, nàm respondetur primò, Petrum de Greg. loqui, quando Rex auocaret causam, non consentientibus partibus, neque ob retardatam iustitiam, sed extrà istos casus, quod apparet ex verbo, *inuitis*; Secundò, Petrum de Greg. loqui respectu Siculorum existentium extrà Regnum, ibi. *In Siculos existentes extrà Regnum*, & hoc optima ratione, quia non possent habere probationes promptuarias per scripturas, & testes, sicuti in Regno Siciliæ, quod non erat in casu isto, in quo nihil aliud erat agendum, quàm causam decidere.

Tertiò, quia hæc doctrina multùm læderet Principis Maiestatem, cuius officium est facere iudicium, & iustitiam, cap. Regum officium 23.q.5.& hæc iurisdictio non est circumscripta
30 loco, nec tempore, cùm populus omne imperium ei, & in eum transtulit, ad text. in l.1. ff. de constit. Princ. & ab illo omnes iurisdictiones fluant, & refluant, ùt post alios tradit Petr. de Greg. de concess. feud. par.7.q.2.nu. 17.& ex hoc fuit necessarium, ùt Regnum supplicaret Regi, nè causæ extraherentur, & dùm Petr. de Greg & Milan. fundant hoc in exemplo Præsidis, qui extrà Prouinciam existens non habet iurisdictionem contentiosam, sed voluntariam, ad text. in l.2. ff. de offic. Proconf. dicebatur maximam adesse differentiam inter potestatem Regiam, & potestatem Præsidis, quia Præses Prouinciæ habet iurisdictionē à Senatu Romano, vel ab Imperatoribus, Rex autem à semetipso, cùm Populus ei, & in eum omne Imperium transtulerit, immò ex dictis per Petr. de Greg. & Milanens. colligi non posse, Regem esse prohibitum causas auocare, quando vellet, sed quando partes id nollent, ibi, in verbo *Inuitum*.

Et sic neque obstare rationem, quòd causa trahatur, ùt cognoscat vassallum suum, quam allegat Petr. de Greg. quia hoc procedit, quando Rex vellet, ùt causa traheretur ex officio, quod procederet, quādo esset magna controuersia inter duos magnos Regni feudatarios, & Rex vellet videre iustitiam ipsorum, an expediret, ùt duo magna feuda iungerentur in vno feudatario, vel haberet aliquod interesse, respectu sui patrimonij, aliàs enim Regis non interest, ùt huiusmodi causæ extrahantur, & sic ex his omnibus dilui partis argumentum. Neque obstare, quod dicitur, semper esse intelligendum, causam trahi via recognoscendi, nàm assertiones, quæ pro huius conclusionis fundamento adducuntur in allegatione fol. 13. nu.5. vers. *la 5. razon*, licet sint veræ, non tamen sunt applicabiles ad casū istum, quamuis enim vera sit conclusio, Iudicem, qui contra fori consuetudinem iudicat, iniquè agere, & eius sententiam esse nullam, tamen hoc nō procedere in Supremo Consilio, quod iudicauit in hac causa, vigore potestatis Supremæ, cui non resistunt capitula Regni, propter limitationes in illis positas, & tandem dicebatur, Pet. de Greg. non affirmare, Supremum Italiæ Senatum teneri causam præcisè remittere; sed tantùm consueuisse vota transmittere, immò potius affirmare id posse facere, atquè aliàs fecisse, & tutiùs esse, supplicationem porrigere in Supremo Consilio, etiam quando vota sunt transmissa, ait enim, *posset esse tamen satis cautum parti, quæ contrariam reportauit sententiam in Sac. Reg. Cons. ùt aduersus huiusmodi recognitionem, & correctionem votorum, coram Regia Maiestate supplicare de reuisione; prout ita aliàs audiui fuisse iudicatum, & seruatum.*

P 3 At

At pro parte D. Antonij Statella replicabatur, nullo modo dici posse fuisse causam auocatam de consensu partium, vel ob retardaram iustitiam, quia non fuit seruata sollemnitas requisita in d. cap Regis Ioannis 33. binum scilicet mandarum Proregis in tempore quatuor mensium, inter vtrumquè mandatum, vt patet ex verbis dicti cap. ibi. *Placet Regiæ Maiestati, nisi in casu denegatæ Iustitiæ, aut retardatæ, post binum mandatum interpellatum faciendum per Viceregem, aut Vicarium in Regno, ità tamē, vt inter primum, & secundum mandatum labatur quadrimestre tempus,* Cùm ergò ex actis non conster fuisse adimpletum per Viceregem, sequitur, vt nullo modo dici possit, causam vigore ipsius capituli fuisse auocatam,

31 † verba enim statuti ad litteram sunt accipienda, adimplēda, & exequenda, vt inquit Bart. in l. quod constitutum ff. de testam. milit. Dec. cons. 503. nu. 4. & 563. nu. 3. Grat. cons. 52. nu. 34. Becc. cons. 51. num. 4. Aym. Crauet. cōs. 250. n. 4. circa med. & q. vult vti beneficio statuti debet probare qualitates ipsius, Bart. in l. 1. S. quod autem ait prætor ff. ne quid in flum. publ. l. Prætor. S. hæc autem vers. docereque ff. de vi bon. raptor. Becc. consil. 250. num. 11. & cons. 589. num. 3. Ias. cons. 164. n. 3. vol. 2. & cons. 9. n. 13. vol. 1.

32 vbi dicit † illum, qui vult vti statuto, debere adimplere omnia, quæ in statuto requiruntur l. Iulianus S. offerri ff. de action. empt. Alex. cons. 1. nu. 24. vol. 3. Becc. cons. 53. nu. 9. & qui non obseruauerit omnia, & singula in statuto requisira, illius beneficio vti non potest, quia frustrà legis, vel statuti auxilium implorat, qui eius sollemnitates non seruauit l. auxilium, ff. de minor. Socc. Sen. cons. 51. col. 1. vers. 8. & vlt. vol. 1. & cons. 220. nu 9. vol. 2. Tiraquell. de retract. lignagier S. 8. glos. 7. nu. 15. Caualcan. cons. 7. num. 19. vbi dixit beneficio statuti, qui non posse illum, qui statuti formam non seruat, & alij per B ecc. cons. 12. num. 24. quorum omnium ratio optima est,

33 quia † forma legis est de substantia, & debet seruari Bald. in l. comparationes 3. oppos. in fin. C. de fid. instrum, Dec. cons. 10. nu. 2. cons. 429. num. 5. 434. nu. 2. & cons. 612. num. 3. Tiraq. de retract. p. 1. S. 36. glos. 2. nu. 29. & forma dara à statuto semper ad vnguē, & præcisè seruari debet, ùt nor. Bald. in c. 1. col. 2. de milite vassall. qui contum. est, & in l. 2. col. vlt. C. quomodo, & quando Iud. Angel. in l. 1. ff. de liber. & posthum. Alex. cons. 42.

34 nu. 16. vol 1. & † forma statuti non seruata, corruit actus l. cùm hi S. si Prætor ff. de transact. Cyn. & Bald. in l. ambiguitatem C. de testam. & voluit Bart. in l. 1. col. fin. ff. de condit. indeb. cùm ex actu, qui peccat in forma non oriatur naturalis, nec ciuilis obligatio, & adeò verum est statuti formam

35 præcisè obseruandam, ùt † ea nec de consensu quidem partium omitti possit, Bald. in cap. 1. qui succe. tene. el 2. nu. 2. Angel. in S. tripli nu. 11. vers. præterea instit. de act. Barb. in c. de causis nu. 10. de offic. delegat. Felyn. in cap. fin. col. 1. de probat. Alex. cons. 41. nu. 14. vol. 5. Iason in l. non dubium 1. nor.

36 C. de legib. & † omitti non potest forma, etiam si omissio faciliorem negotij, de quo agitur expeditionem induceret glos. in c. solet in verb. per Superiorem, vbi Gemin. sub nu. 15. de sentent. excom. l. b. 6. & ēt si essemus in fauorabilibus, secundum Bald. in l. omnes populi nu. 4. ff. de iust. & iur. & l. testamentum C de testam. Immò, quod plus est, non solùm si contra

37 formam, † sed etiam si præter formam statuti factum sit, actus est ipso iure nullus, secundum Barr. in l. item eorū S. sed si ita ff. quod cuiusque vniuers. nomin. Io. And. in c. prudentiam verb. citrà formam de offic. deleg. & Becc. d. cons. 12. nu. 25. & seq. quod eò magis procedit in casu isto, Serenissimus enim

enim Rex D. Ioannes concessit Regno gratiam prædictam, cum illis modificationibus, quę in d. cap. leguntur, quæ formam inducunt, teste Anchar.
38 cons. 241. in fine, vbi ait, †quod vbicunquè lex, vel statutum inducit aliquid cum certis modificationibus quicquid ibi exprimitur, censetur de forma, quæ non potest omitti, sequitur Becc. cons. 226. num. 4. cons. 434. num. 1. & cons. 445, nu. 7. & alij, quos idem refert d. cons. 12, nu. 24.

Dicebatur secundò, d. capit. Regis Ioannis intelligi debere in casu possibili, idest quando causa expediri potest infrà tempus quatuor mensium,
39 nàm † quælibet dispositio legis, siuè hominis, debet intelligi in casu possibili, & præsuppositis terminis habilibus, l. vt gradatim §. 1. ff. de muner. & honor, glos. in l. 1. in verb. vnusquisquè C. de sacros. eccles. Bart. Ias. & alij in l. 1. §. nunciatio de oper. nou. nunciat.
40 †verba enim generalia à quocunque prolata fuerint, vel in quacunquè dispositione, siuè legis, siuè hominis, debent intelligi, secundùm iuris dispositionem, & in casu possibili l. si prior ff. solut. matrim. Socc. Iunior cons. 104. nu. 26. Alex. cons. 55. num. 3. in fine vol. 4. Corn. cons. 22, nu. 11. volum. 2. Crauet. cons. 10. num. 2. Clar. in §. testamentum q. 76. ver. secundò infertur, Rimin. cons. 100. nu. 23. 24. & 25. vol. 1. quod autem in casu isto fuisset impossibile causam expedire infrà tēpus quatuor mensium ex illo apparet, quia ante sententiæ principalis prolationem agendum erat de articulo restitutionis in integrum, item de articulo petiti termini ad impugnandum scripturas, & alijs, de quibus postea actum fuit in hoc Supremo Consilio, & sic causa nullo modo poterat expediri infrà dictum tempus, cùm igitur, nec fuerit seruata forma prædicti capituli, nec fuerit possibile causam expediri, apparet non fuisse causam istam auocatam, neque potuisse auocari ob retardatam, vel denegatam iustitiam.

Dicebatur vlteriùs, non solùm non fuisse seruatum capitulum prædictum 33. Regis Ioannis, sed nec litteras Suę Maiestatis expeditas sub die 25. Iulij 1613. & exequutioni demandatas Siciliæ die 31. Decembris 1613. quibus pro secundo termino concedebatur alius terminus quatuor mensium, ibi, *Termino de quatro meses por segundo termino*, qui omninò erat dandus, nequè constat fuisse datum, & sic etiam ex isto capite apparere, causam non fuisse auocatam ob retardatam, vel denegatam iustitiam.

Neq; obstare dicebatur, causam fuisse transmissam de volunta te ipsius D. Antonij Statella conuenti, qui sub die 27. Iunij anni 1613. supplicauit Proregi, ùt processum transmitteret ad Suam Maiestatem, non enim ibi petijt transmitti, ad finem, quod sententia terminaretur, sed ùt secundum morem, & stylum, in alijs causis feudalibus seruari solitum cognosceretur, & postea remitteret decidendum per
41 M. C. †interpretatio enim consensus, & voluntatis alicuius debet fieri iuxtà capitulum Regni, & iuris dispositionem, & ùt minùs recedatur ab ea, quàm fieri potest cap. ex litteris de constitut. c. sedes de rescript. Bart. in l. hæredes mei §. cùm ità ff. ad Trebel. Bal. in l. 1. nu. 38. C. de sacros. eccles. Imol. in l. fin. num. 13. de cond. instit. Alex. cons. 36. vol. 3. Affl. decis. 44. nu. 20. & Surd. decis. 170. nu. 4. Vndè dixit Abb. in c. licet Heli in fin. post num. 24. de simon. & in c. nihil post num. 11. de elect. consensum contra legem non præsumi; quem sequitur Felyn. in d. c. licet Heli nu. 8. vers. secundo limit. & Aymon. de antiquit. tempor, p. 3. § 1. nu. 19. immò interpretationem consensus semper accipiendam esse, proùt vtilior est consentienti, non enim est credendum, D. Antonium Statella voluisse consentire, ùt causa

causa per Supremum Italiæ Consiliũ decideretur, si per hanc sententiam admittebat appellationem ad Concistorium, quod est remedium necessarium, & optimum aduersus sententiã,
42 † cùm suspendatur illius exequutio per illam, iux. tex. in l. 1. ff. de appell. & in l. præfecti etiam Prætorio ff. de minor. & tradunt Rebuff. & Scacc. tract. de appellat. ille in rub. nu. 17. & seq. tom. 3. iste q. 3. art. 1. nu. 1. & seq. & q. 19. remed. 3. num. 27. & litigare extrà proprium domicilium, & vbi aduersarius erat presens, & Regens Supremi Consilij, ex quibus videbatur omninò concludendum consensum D. Anto-
43 nij, per verba illa generalia † non esse intelligendum in præiudicium ipsius, vt illi tantùm noceat, quantùm re vera nocere debet, si secundùm aduersarij intellectum esset interpretandus ex reg. text. in l. apud Labeonem, §. ait Pretor, ff. de iniur. ibi. *Ea enim, quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur neglecta*, & l. filiusfamilias ff. de donat. & l. si pater ff. quæ in fraud. credit. l. obligatione generali ff. de pignor. vbi Bart. & Rip. & c. qui ad agendum de procurat. in 6. & tradunt Afflict. decis. 111. n. 9. Surd. decis. 160. num. 12. Menoch. cons. 250. nu. 49. & cons. 1007. nu. 12. Cesar. Manent. cons. 39. nu. 11. Mantic. de contract. lib. 16. tit. 18. n. 5. & seq. ex quo motus Hippol. Rimin. cons. 72. num. 149. voluit, quod vbi specialis requiritur expressio consensus, nunquàm presumitur in verbis generalibus, † con-
44 sensus enim tantùm præiudicat consentienti, quantùm qualitas actus necessariò infert, vt tradit Bart. in l. non omnis ff. si cert. pet. et in l. 1. §. si quis hoc interdicto ff. de itiner. actuq; priuat. Cùm ergo deficiant verba specifica, & specialia, ex quibus cognosci possit voluntas D. Antonij, vt sententia in hoc Supremo Consilio terminaretur, sequitur, ùt necessario sit
45 concludendum † non esse præstitum in actu damnoso, vt tradit Innoc. in c. in Genesi, post n. 5. vers. sed licet collatio de elect. sequitur Abb. in c. vestra etiam n. 6. vers. sed contra hoc de locat. Gramat. decis. 57. nu. 8. & seq. & Viuius decis. 316. nu. 12. p. 1.

Et tandem dicebatur, quatenùs
46 † verba ista essent dubia, interpretationem esse faciendam ab eodem D. Antonio ex reg. tex. in l. si quis intentione ff. de iudic. l. qui in rem §. fin. ff. de reiuendic. c. litteræ de dilationibus, post Alex. not. Vantius de nullit. tit. quot, & quib. mod. nullit. num. 13. alias dici posset Supremum Consiliũ pronunciasse sententiam, absquè consensu Don Antonij, & contrà eius vo-
47 luntatem, quia † inuitum accipere solemus, non eum tantùm, qui contra dicit, verùm eum quoq; qui consentiisse non probatur l. filiusfam. §. inuitus ff. de procurat. l. qui vas §. vetare ff. de furtis.

Dicebatur præterea etiam dato, quod iste consensus D. Antonij fuisset specificus, & expressus, non tamen operari, vt Supremum Italiæ Consilium pronunciare potuerit; sed tantùm recognoscere, obstantibus dictis capitulis Regni prohibentibus causas extrà Regnum decidi, legi enim prohi-
48 bitiuæ renunciati non potest † & actus in contrarium gestus est ipso iure nullus, glos. in c. 1. de regul. iur. in 6. & in l. Gallus in princ. ff. de libe. et posthu. Bouer. singul. 59. nu. 14. Guttier. in l. nemo potest nu. 307. vbi dicit esse communem ex mente plurium Doctorum ff. de legat. 1. et de iuram. confirmat. part. 1. cap. 16. num. 59. quod multò magis procedere dicebatur respectu iurium illius Regni, fuerunt enim illa capitula concessa toti Re-
49 gno, † cui nó potest consensus vnius præiudicare cap. si diligenti de for. compet. et ideò talis exceptio potest opponi in quacunquè parte iudicij, Bald. in l. fin. ante nu. 38. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. & not. Guttier. ad

ad d. l. nemo potest in 2.q. Bart. num.
50 338.† præsertim in materia sollemnitatum iudiciorum, & ordinis in illis seruandi, Afflict. in prælud. Const. Regni q.9, nu.7. Vant. de nullit. ex defect. process. nu. 54. eò magis, quia
51 capitula prædicta Regni † continent vtilitatem vassallorum, saltim secundariò, quod sufficiens est, vt non possit illi renunciari, l. iuris gentium §. & generaliter ff. de pactis, vbi glos. in verb. remotum est, tenet procedere etiam si primariò pertineat ad commodum priuatum, secundariò verò ad publicum, quod etiam dixit Bart. ibi circa finem, & defendit Ias. in l. nemo potest in 1. lect. nu. 49. & in 2. n. 13. ff. de legat. 1. & quamuis Bar. & alij Scribentes in l. ius publicum ff. de pactis, distinguant hos duos terminos, scilicet quando principaliter respicit bonum publicum, vel priuatum, vt primo casu non possit renunciari, secundo casu possit, omnes ta-
52 men in id conueniunt, vt quotiescúquè bonum publicum est coniunctum cum particulari, inseparabiliter, non potest illi renũciari, vt tradit Guttier. in d. l nemo potest in 1.q. Bar. 2. par num. 473. quod in specie in casu isto affirmandum dicebatur, in quo euidens vtilitas Regni in capitulis prædictis dignoscitur, nè vassalli defatigentur laboribus, & stipendijs extrà propria domicilia.

Sed his ōibus pro parte Actricis adductis, respondebatur, & primò ad id, quod nõ fuisset seruatus modus in c.33. Regis Ioannis contentus, circà tempus quatuor mensium, nàm dicebatur in facto constare ex processu paruo fol. 135. die 6. Octobris 1612. fuisse à Prorege mandatum Iudicibus causæ, vt causam expedirent, vigore litterarum Suæ Maiestatis, iuxtà formam cap. Regni, quæ iniũctio fuit notificata Iudicibus, & partibus. Item, & secundum præceptum fuisse factum die 17. Iulij 1613. & sic inter vtrumquè mandatum intercessisse tempus, non solùm quatuor, sed etiã octo mensium, quin etiam fuisse seruatam formam cap. Regis Ioannis, dùm dicit, auocationem posse fieri post binum mãdatum interpellatum, ità tamen, quod inter primum, & secundum mandatum labatur quadrimestre tempus, & sic omnia, quæ pro parte adducebantur ad fundandum non fuisse solemnitatem seruatam, nõ obstare dicebatur, cúm ex facti serie contrarium appareat.

Neque id, quod secundo loco dicebatur ad intelligentiam dicti cap. quod debeat intelligi in casu possibili, idest quando expediri potest, quia præterquàm, quod statutum debet seruari, vt à parte id pluribus auctoritatibus est comprobatum, tempus octo mensium erat sufficiens ad decidendum incidentia, & causam principalem.

Neque refragari dicebatur, quod opponebatur de litteris Regis, quibus alius terminus quatuor mensium constitutum fuerat Iudicibus ad causæ expeditionem, & sic causam fuisse auocatam contrà formam litterarum Suæ Maiestatis, nàm illæ non potuerunt habere locum, ex quo cùm fuisset notificatum mandatum die 17. Iulij 1613. idem D. Antonius consentijt, vt causa transmitteretur ad Supremum Consilium die 27. Iulij eiusdem anni, & sic per ipsum stetit, nè Iudices pronunciarent, & consentijt, (vt dictum est) auocationi causæ, quo casu introducitur causa in Sacro Cõsilio Italiæ, vigore prædicti cap. Regis Alphonsi 391.

Et ad id, quod dicitur, non obesse consensum D. Antonij, respondebatur, illum satis clarum fuisse, & apertum, vt causa decideretur in Supremo Italiæ Senatu, ùt patet ex verbis superiùs enarratis nu. 29. quod etiam colligebatur ex alio consensu antecedenti præstito in decisione articulorum

rum petiti termini, vt suprà dictum n. est n. 43. Quibus addebatur, consensu prædictum non fuisse præstitum contra capitula Regni, sed secundùm illa, vt etiam est dictum nu. 30. nec vllo modo diuidi posse limitationem illam capit. consentientibus partibus, à causis feudalibus, quia vt dictum est
53 † triplici modo auocari possunt causæ, vel consentientibus partibus, vel propter retardatam, aut denegatam iustitiam, ad finem sententiandi, quod procedit, tàm in causis feudalibus, quàm allodialibus, vel via regnoscendi in causis feudalibus tantùm, non autem allodialibus, & hoc etiam altera parte reluctante, quòd ità seruatur in Supremo Consilio.

Ad fundandam secundam propositam nullitatem huius Supremi Cõsilij sententiæ, dicebat D. Antonius hanc esse satis claram, non enim fuerat pronunciatum super reconuentione proposita per Peregrinellum, qui fuerat primus conuentus in casu, quo succumberet in iudicio reconuentionis feudi Placæ, quod fuerat Ioannutij de Pactis, à quo vterquè causam habebat, in quo Supremum Italiæ Consilium debebat suam sententiam proferre, iuxt. text. in cap. 1.
54 de mutuis petit. & sic † tanquàm contra legem factum inducebatur nullitas, vt tradit Glos. in cap. accusatores §. cuius in agendo 3. quęst. 8. & probat Felyn. in dict. cap. 1. numer. 1. de mut. petit. & licet aliqui ex DD. magis communiter teneant, non induci ex hoc nullitatem
55 fatentur tamen † Iudicem iniquè facere, omittendo pronunciare super reconuentione, vt tradit Maranta in suo Specul. p. 4. an sit Iud. conuent. & reconuent. q. 1. in fin. nu. 8. & saltim, quòad impediendum exequutionem, eundem debere operari effectũ,
56 cùm sit manifesta iniustitia, † quæ æquiparatur nullitati, vt post Gabr. concludit Cæsar Barz. decis. Bonon. 55. nu. 5. Scacc. in tract. de iudic. c. 3. nu. 292. & de appellat. quæst. 17. lim. 5. nu. 62. & lim. 6. membr. 7. nu. 81. & quæst. 19.

Nec obstare dicebatur, quod pro parte aduersa dici posset, renuntiationem non fuisse opppositam formiter, sed tantùm per modum exceptionis, & retentionis, quia immò
57 † quando reconuentio est eiusdem naturæ, sicut, & conuentio, & apponitur ad excludendam, vel elidendam conuentionem, tunc est nullitas euidens, si super illa non pronunciatur, vt tradunt Marian. Soccin. in c. prudentiam nu. 17. de mut. petit. reddens rationem optimam, quia tunc Iudex faceret manifestam iniustitiã, Felyn. in d. c. 1. num. 3. vers. hanc declarationem, Vant. de nullit. ex defec. process. nu. 97. vbi intelligit, contrariam opinionem procedere, quando Iudex omiserit pronuntiare super reconuentione ex aliqua probabili causa & Petr. Foller. in addit. ad Marant. vbi suprà tit. an sit iudicium conuent. aut reconuent. nu. 12. sed ex defectu apparere dicebatur, oppositam esse reconuentionem formiter.

Et tandem dicebatur, nihil prodesse reseruationem factam per Supremum Consilium, quia in hoc etiã fuit grauatus, & illa reseruatio erat iurium, quæ ipse D. Antonius habebat.

Addebantur his alię nullitates, quod scilicet non apparebat ex processu litem fuisse contestatam, nec datum terminũ principalem in causa, nec fuisse testes examinatos, parte citata, nec datum terminũ ad reprobãdũ scripturas, quæ cùm sint nullitates promptuariæ, & continentes defectũ iuris naturalis, reddebant sententiã
58 nullam, † & per consequens non esse exequutioni demandandam ad tradita per Afflict. decis. 283. nu. 23.

Sed his pro parte Donnæ Marianę respondebatur, de huiusmodi nullitatum

tatum veritate actum fuisse ante sententiæ prolationem, & fuisse iudicatum, tàm in Regno Siciliæ, quàm in Supremo Italiæ Senatu, & sic hodie non posse de illis tractari, quæ tamen fuerant reiecta.

TERTIO, principaliter pro D. Antonio dicebatur, quatenùs ista sententia non esset nulla, sed valida, adhuc non esse exequutioni demandandam ex pluribus.

Primò quidē attenta natura causæ
59 feudalis, † quæ de sui natura est appellabilis, vt ex Bald. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. & Petr. de Gregor. in tractat. de iudic. caus. feud. q. 45. in princ. dicit Dominus Mastrill. decis. 196. num. 14. & 16. vbi inquit. *Hinc Nostrates in Regno super eodem ritu colligunt illud axioma, quod an causa sit appellabilis, vel non, attenditur natura causæ.*

Quod autem ista causa sit feuda-
60 lis dicebatur † causam quouis modo tangat feudum de toto, siuè de parte, siuè de seruitute dici feudalem, ad not. per DD. in c. cæterum, de iudicijs, Affl. in const. statuimus num 58. Petr. de Greg in d tract. q. 3 4. & 5. Cumi. super Rit. Sicil. 76. n. 24 & seq. Paris. de reiaregr. feud. verb. an citatus fol. 109. nu. 9. Milan. decis. 6. nu. 1. 2. & 3. cum seq. p. 1. quos omnes refert Mastrill. decis 83. nu. 5. & ampliat nu. 9. quod siuè agatur de proprietate, siuè de possessione feudi, semper causa dicitur feudalis, & nu. 10. ità iudicatum affirmat in causa Ducis Montisalti, de quo idem Mastrill. latè decis. 117. nu. 1. 2. & 3. vndè cùm ista causa sit feudalis, sequitur, ùt de sui natura sit appellabilis.

Secundò, id fundabatur ex natura Tribunalis, in quo hæc causa agitata fuit à sui exordio, & in quo huiusmo-
61 di † causæ feudales tractantur, & determinantur, quod est Tribunal Magnæ Curiæ, ad quod feudalium causarum cognitio spectat, vigore Constitut. Regni statuimus, & antiquæ consuetudinis ipsius Regni, à quo Tribunali nulli dubium est appellari ad Tribunal Consistorij, tanquàm ad Superiorē, ùt est dispositum per cap. Regis Alphonsi nu. 506 tit. de appellat. ad nostram Sacr. conscientiam deuol. per nos committen. & tradit Petr. de Greg. d. tract. de iudic. caus. feud. q. 46. vndè licet hæc causa fuerit transmissa ad Supremum Italiæ Senatum, quouis modo erit iudicanda secundùm naturam illius Tribunalis in quo tractabatur.

62 Ex quibus dicebatur † istam Supremi Italiæ Senatus sententiam non assumere vires à Supremo Tribunali, sed antiquam naturam retinere illius, à quo fuit auocata, & ideò ad illud esse remittendam, ùt illam secundùm illius stylum exequutioni faciat demāndari, quia quando veniunt vota ad Supremum Consilium, & remictitur causa ad M. C. tunc exequutioni demandatur resolutio Supremi Consilij, etiam si fuerit contra votum M. C. sed id fit, tanquàm si esset sententia M. C. non autem Supremi Cōsilij, ità Petr. de Gregor. in d. tract. q. 40. vers. 2. si Iudex, ibi. *Tenebitur etiā M. C. ferre sententiam secundùm vota Sac. Consilij, licet aliter iudicandum sibi fortè videbatur,* (& paulò infrà) *& per consequens non poterit eo casu dici sententia Sacri Consilij, sed M. C. & erit causa appellabilis, sicut ab alijs sententijs diffinitiuis causarum feudalium latis per M. C. appellari consueuit,* id etiam dixit Cumi. super rit. Siciliæ 76. tit de mod. procedendi in causis ordinarijs nu. 25. cum seq. & in praxi tit. de mod. proc. in caus. feud. vers. 3. ab allodialibus, ibi. *Feudalis causa, postquàm est conclusa, disputata, & votata per M. R. C. transmictitur ad S. R. C. Regis nostri, vnà cum votis, & iustificationibus Iudicum causa recognoscendi vassallum, qui erit, & causa recognoscendi vota, an iusta,*

iusta, vel iniqua fuerint, quod S.R.C. *poterit confirmare, vel corrigere ad sui libitum, & deinde ita ad M.R.C. iterum remictit, quæ M.C. secundùm, quod statuit dictum Sacrum Consilium sententiam proferre debet, siuè contra propria vota fuerit decisum in Sacro Consilio, siuè contra vota sedis præterita, & semper dicatur sententia M.C. adeò ùt ab ea poterit appellari.* Ex quibus omnibus dicebatur, huiusmodi auocationes non tollere naturam causæ, nec efficere eam inappellabilem, quia si verum est, causas feudales esse decidendas per leges, & constitutiones illius loci vbi sunt feuda, quod seruatum fuit in hac causa, quæ fuit decisa secundùm Iura illius Regni, quantò magis eodem iure vtendum est in exequutione ipsius sententiæ. Ad quod faciunt, quę tradit Gramat. decis. 9. vbi refert fuisse de-
63 cisum † sententiam Arbitrorum fuisse exequutioni demandandam, quia priùs fuerat causa introducta in Sacro Consilio, licèt postea compromissa in S.C. & sententia lata per Consiliarios vti arbitros.

Neque ex hoc, quod sit lata sententia per Supremum Consilium erit præsumendum voluisse tollere ius parti competens, hoc est remedium appellationis, quo pleniùs subuenitur
64 condemnato, quàm supplicanti † Princeps enim non intelligitur velle aliquem iure suo priuare, Bald. in præl. feud. nu. 37. gloss in l. 3. §. si is pro quo ff. quod quisque iuris, immò
65 † semper intelligitur scribere, & mãdare, salua iustitia aliorum, Bald. qui plura iura allegat cons. 134. lib. 3. & hac de causa Supremum Consilium in causis feudalibus non proferr sententiam, sed tantùm vota, quia veniret contra priuilegia Regni, & ità di-
66 cit Petr. de Gregor. d.q.40. † aliud enim est sententiare, aliud votare, sententiare enim est aliquem condemnare, votare autem est aliquem condemnandum pronunciare, nec votare operatur effectum sententiæ, Bart. in l. 1. C. de sentent. ex breu. recit. Affl. decis. 303. nu 2. & ità seruauit Supremum Consilium, à quo soli-
67 to, † & antiqua practica non est recedendum, vt dicit Bald. in l. illud, ff. de excus. Tutor. Dec. cons. 538. col. penult. vers. sed in casu, Anchar. cons. 385. Aym. cons. 91. col. 1. vers. 5. nos habemus, l. 3. ff. de testam. l. 2. C. quẽadmod. testam. aper. Lapus alleg. 52. col. 22. quod tantò magis affirman-
68 dum est in causa tàm graui † nunquàm enim præsumitur, Principem à legibus declinare, nisi expresè declaretur, cap. cùm dilecti de dol. & contum. & ibi quando DD. dicunt,
69 † Principem non teneri seruare ordinem iudiciorum, intelligitur tantũmodo de positiuo, etiam si fuerit à Principe declaratum, nolle eum obseruare, nam semper ordo, & stylus est seruandus.

Quibus sic stantibus dicebatur, nõ obstare fundamenta parris aduersæ, & quoàd primum, quod debeat exequutioni demandari, cùm sit sententia Præfecti Prætorio, quia non negabatur, sententiam Supremi Italiæ Senatus habere exequutionem paratã in causis sibi commissis, sed non in illis, in quibus habet limitatam iurisdictionem, sicut in casu isto, in quo Rex sibi limitauit facultatem extrahendi causas, nisi via recognoscendi, non autem iudicandi.

Et quoàd secundum de reuisione sententiæ dicebatur, non obstare, quæ hoc casu dicuntur, nàm ùt Mastrill. in
70 decis. 158. testatur † reuisio datur in casibus, in quibus non admittitur appellatio ob Tribunalis præeminentiã, vt sunt interlocutoriæ latæ per M.C. & Concistorium, & sic in causis, quæ non habent remedium appellationis, cùm ergo ista causa, (ùt fundarũ est) de sui natura sit appellabilis, quia feudalis, ergò non habet hic locum dispo-

dispositio cap.Regis Alphonsi 288.& sic etiam non obstat, quod tradit Capyc.decis.111.

Sed hiscè omnibus respondebatur pro parte Donnæ Marianæ, & primò ad id, quod dicebatur de natura causæ feudalis, nàm licet verum sit, causam feudalem esse appellabilem de
71 sui natura,†hæc tamen conclusio non habet locum, quando sententia causæ feudalis est lata per Supremum Tribunal,teste eodem Petro de Greg. qui in eod. tract. de iudic.caus.feudal. q.49.nu.5.ait, *post secundam sententiam latam per Consistorium Sac.Reg. Consc. quæ de sui natura non est appellabilis ex praeminentia Magistratus*, quod nèdum procedit, quando sententia per appellationem peruenit ad Tribunal Consistorij, sed etiam quãdo,vel fuit delegata,vel aliquo modo in prima instantia processit dictum Tribunal Sacri Consistorij,ùt habetur per eundem Petr. de Gregor.d.q.46. nu.14.q.49.nu.4.& 51.nu.4. quia Tribunal Consistorij æquiparatur Præfecto Prætorio,vndè licet de sui natura causa esset appellabilis, & proindè exequutio suspenderetur, exequutioni tamen demandaretur, propter Su-
72 premi Magistratus auctoritatẽ†æquiparatur enim Consistorium Præfecto Prætorio,vt idem Petr.de Greg.tradit q.45. nu.4. vers.3. *intellige*, & q.46. n.7.*Nàm Consistorium*(inquit)*S.R.C. in hoc Regno dicitur quidam Magistratus praeminens, & superior, quàm sit ipsa Magna Curia, repræsentans conscientiam Principis, quod Consistorium fuit subrogatum in locum officij Præfe-*
73 *cti Pratorio, vndè † sicut à sententijs Præfecti Pratorio non appellatur, quia non aliter Præfectus Pratorio, quàm propria conscientia Principis esset iudicaturus,vt dicit text.in l.1.§.1.ff.de offic. Præfect.Prætor.l.1.§.à præfecto ff. de legat.3.& in l.si quis aduersus C.de precib. Imper. offer. eodem modo à iudicio ordinario Consistorij Sacræ Conscientiæ non appellatur.*

Ad secundum verò fundamentum partis, quod ex natura Tribunalis M. C. in quo hæc causa tractabatur non debebat exequutioni demandari, quia ab illius sententijs appellatur, & non supplicatur, & per consequens cùm hæc causa fuerit transmissa ad Supremum Italiæ Senatum à M C.de consensu partium, debet pronunciari, & exequi, tanquàm sententia M.C. dicebatur, quod licet hoc verum sit respectu sententiarum, quæ ab ipso proferuntur, non tamen id poterat extendi ad sententias, quæ ad Supremum Italiæ Senatum auocantur, licet id fiat de consensu partium, ad quod faciunt tradita per Gram. decis.9. superiùs enarrata.

Dicebatur etiam, Supremum istud Tribunal non esse subrogatum in locũ Magnæ Curiæ, & sic tanquàm subrogatum sapere naturam subrogati,
74 nàm illa Regula†non procedit,quando rei subrogatę diuersa inest qualitas, aut alia differentiæ ratio, ad text. in l. cùm in fundo §. si fundus ff. de iur.dot.l.1.§. si quis autem ff. de succeß.edict. Alex.cons.106. nu.17.vol. 3. Paris. cons.49. nu.61.vol.3. Surd. cons.269.nu.30. in tract. de alim.tit. 9.q.21.nu.21. & decis.346. num.27. Anton. Gabr. de reg.iur. concl.2.nu. 58.& 66. quod hoc casu dicebatur manifestum esse ex præeminentia Supremi Italiæ Senatus, cuius decreta promptam habent exequutionem, quotiescunquè enim causa, quæ de sui natura est appellabilis committitur alicui Tribunali, à quo appellari non potest ex suę dignitatis ratione fit inapellabilis, quod tradit Angel.in l.præcipimus num.8. C. de appellat. Dec.cons.3.nu.8. Franc.Marc. decis.
75 73.nu.10. &†quando à sententia Iudicis alicuius appellari non potest, & in eius locum alter Iudex est subrogatus,à quo appellari potest, tunc à talis Iudicis substituti sententia potest ap-

Q pellari,

pellari, quod habemus in l. à Proconsulibus,& ibi Bart.Castrens.& Salicet. not.C.de appellat.Bartholom.Soccin. cons.195. col. 1.nu.1. vers. & in primis ad rationem subrogati, & vers. confirmatur ista responsio vol. 2. Fel. in c.super his de accusat. Gabr.tit.de regul.iur.concl.1.nu.63.Francus in c.dilecti, el 3.quæst 6. & 7.de appell. Brun. à Sole in cōpend.resol iur.liter. S.verb.subrogatum in fin.& in termi-
76 nis Iudicis,& iurisdictionis, quod† inspicienda sit Iudicis substituti qualitas, affirmauit Alex. in addit.ad Bart. in l.1.§.hæc actio ff.si quis testam.lib. esse iuss.fuer.idem conf.106.num.17. in princ.vol.3. Becc.conf.101.nu 59. Surd.decis.346. nu.27.28. Paul Castrens. in l. episcopale C. de Episcop. aud. Dec.cons.3.nu.8. Montal. Bongior. Muta,& alij in ritu 184.

Confirmabatur hæc conclusio ex eo,quod dispositum est in c.33.Regis Ioannis, in quo dùm statuitur, causas non esse extrahendas à Regno,limitatur hæc generalis dispositio, quando partes in id conueniunt.

Ex quo sequebatur, hanc causam, vigore huiusmodi prorogationis assumpsisse naturam Iudicis prorogati ex l.1.2.& 3. vbi Scribētes ff. de iudi. quo casu in terminis iurisdictionis
77 prorogatæ † illius Iudicis attenditur iurisdictio,in quem fit prorogatio,non autem illius, à quo prorogatur, ex doctr. Bart.in l.episcopale nu.1.C. de Episcop.aud. *Ista* (inquit Bart.) *est bona lex multùm, nota, quod licet aliqui litigent coram aliquo,prorogando iurisdictionem, de sententia lata ab illo Iudice iudicatur, sicut de sententia,quam dat ex vigore propriæ iurisdictionis,vt si ab eo aliàs appellari non posset, neque modo possit, non ergò habet similitudinem iurisdictionis Iudicis eorum, qui prorogant iurisdictionem sed iudicatur secundùm vires, & similitudinem iurisdictionis prorogatæ*, cuius doctrinæ cæteri DD. se subscribunt.

Dicebatur etiam, hanc causam fuisse auocatam ad Supremum Consilium,vigore propriæ, ac Supremæ auctoritatis, & sic non vti ad subrogatum, neque ad prorogatum Iudicem, sed ad eum, qui propter suam auctoritatem poterat eam auocare,quam tamen licet remiserat in certis casibus, illam sibi reseruauerat, immò ex eodem contractu Regni ipsius consensu, ac voluntate fuisse reseruatam, ad quod adducebantur verba cap.Regis Alphonsi 391. vbi dùm Regnum supplicaret Regi, nè causę Siculorum extraherentur ab ipso, idem Regnum petijt, ùt hoc non haberet locum partibus consentientibus, quia quemadmodum ad solatium subditorum introductum est, né causæ extrahantur à
78 Regno, cùm † vassalli non teneantur quærere Dominum extrà Regnum,vt tradit Andr.in c.1.nu.40.quæ sit prima caus.benef.amiss.& in c.Imperialem nu.13. vers. satis videtur de prohib.feud alienat.per Federic. vbi Camer.& post eum Marc.Anton.Surgēs de Neapol.Illustr.lib.1.c.25.num.13.
79 † non tamen sunt prohibendi, nè suū Regem adeāt, vt tradit Luc de Penn. in l.1 nu.38. C. vt nemo ad suum patrocin. suscip. rustic. lib. 11. & post alios idem Surg.loc.citat. cùm igitur Rex Alphonsus concessisset gratiam nè extraherentur à Regno, idem sibi reseruauit facultatem cognoscendi de causis prædictis, quando partes consenserint,hæc enim limitatio declarat Regis, ac Regni voluntatem, ex quibus hanc causam fuisse auocatam, vigore primariæ potestatis Regi à populo concessę, & sibi reseruatæ,non autem ex prorogatione, vel substitutione partium.

Neque obesse asserebant hanc partem tuentes,doctrinam Petri de Greg. de iud.caus.feud.d.q.40. nàm ipse loquitur,quando vota fuerunt transmissa ad Supremum Consilium, & in eo de illis cognitum fuit,& aliquid additum,

80 tum, vel correptum, quia eo casu† non dicitur sententia Supremi Consilij, sed M.C. à qua fuerunt vota prolata, licet per Supremum Consilium emendata, proùt idem Petr. de Greg. dicto loco affirmat, ait enim d.q.40. vers. 2. *Si Iudex ferat sententiam secundùm consilium sapientis, quod tenetur petere; & sequi ex forma statuti, illa tùnc erit sententia Iudicis, & non sapientis, licet secundùm eius consilium feratur, & licet aliter fortè Iudici iudicandũ fore videretur*; & ideò cùm sit sententia illius Tribunalis, ab ea appellatur, quod in hoc casu aliud iudicandum dicebatur, cùm hic sit principaliter iudicatum, atquè pronunciatum.

Et tandem nil obesse affirmabant, quod ex huiusmodi sententia tolleretur remedium appellationis, quia licet verum sit, tolli remedium appellationis, tamen hoc non est in consideratione habendum, quia si hoc esset, idē dici posset de omnibus sententijs, quæ proferuntur per alia Suprema Tribunalia, & si hoc contigit, quia causa fuit auocata, aut hoc est licitum, & nulla huius considerationis habenda est ratio, aut illicitum, & tunc nõ ex hoc, sed quia illicitum est causas auocari, debet infringi.

Quartò, & vltimo principaliter dicebatur pro D. Antonio, quatenùs esset exequenda hæc sententia, eam debere exequutioni demandari, iuxtà formam, quæ seruatur in Regno Siciliæ, in quo † lata sententia per Consi-
81 storium, quod Præfecti Prætorio habet auctoritatem, non statim mittitur exequutioni sententia, sed fit sequestratio possessionis, & fructuum, ùt testatur Petr. de Greg. tract. de iud. caus. feud. q.49. nu.5. vbi dicit. *Item aduertendum est, quod licet post primam sententiam latam per M. C. in causa feudali non fiat sequestratio possessionis, nec fructuum ipsius feudi, poterit tamen fieri sequestratio post secundam sententiam latam per Consistorium Sacræ Conscientiæ, interim tamen erit manu tenendus condemnatus in possessione, quam retinebat tempore sequestri*, & quando Petr. de Greg. dicit, sentētiam Consistorij exequutioni demandari, intelligendus est de sententijs transactis in rem iudicatam, vt dicit d. tract. quæst.53. nu.2. ibi. *Et ego post eum dico sic, nam certum est, quod sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, habet paratam exequutionem de iure cõmuni, ùt declarat Bart. in l.2. ff. de iureiur. quæ exequutio fuit hodie in hoc Regno restricta per Ritum Regni, ùt procedat infra annum tantùm à die, quo sententia transiuit in rem iudicatam*, (Et nu. 4. ait,) *& sic statim lata sententia per Consistorium Sac. Conscient. super feudo, quæ transiuit in rem iudicatam, fiunt incontinenti litteræ exequutoriales dictæ sententiæ in forma.*

Huius quartę cõclusionis rationibus respõdebatur p D. Mariana, & ad doctrinã Petr. de Greg. dicebatur, nõ solùm non obstare petitioni D. Marianæ, sed potiùs illi fauere, ad quod fundandum dicebatur, verissimam esse
82 conclusionem† sententias Sacri Consistorij exequutioni demandati, quia est Tribunal Supremi Principis, & Præfecto Prætorio æquiparatur, nisi fuisset inhibitum, & tùnc etiam fiet sequestrum fructuum, proùt tradit idem Petr. de Gregor. quæst.49. nu.5. *Item aduertendum est (ait ipse,) quod licet post primam sententiam latam per M. C. in causa feudali non posset fieri sequestrum possessionis, & fructuum ipsius feudi, ùt voluit Panorm. cons. 3. incip. Nitar in præsenti causa in 22. col. vers. item soluitur quæstio, & in 4. cons. in 2. vol. poterit tamen fieri sequestrum post secundam sententiã latam per Consistorium Sac. Conscient. quæ de sui natura non est appellabilis ex præeminentia Magistratus, subsistente aliquo impedimento litterarum inhibitorialium, vel alio simili, quo mediante sententia Consistorij non posset mãdari*

exequutioni, vt ibi per eũ, de quo scripsi suprà in q. 45. in fin. Et in quæst. 51. nu. 7. declarando ait. *Secundò aduertendum est, quod pendente iudicio nullitatis promptuariæ, cuius virtute fuit inhibitum Iudicibus, qui iudicarunt nè procedant ad vlteriora circa exequutionem sententiæ latæ per eos, stantibus litteris inhibitorialibus prædictis, poteris eo casu peti per partem obtinentem sententiam in sui fauorem, ùt Iudices nullitatis procedant ad sequestrationẽ possessionis, & fructuum feudi, de quo agitur, vsquè ad exitum causæ nullitatis prædictæ, ità voluit Philip. Fran. in rep. c. 1. §. dilecti, in 12. col vers. vlt. licet de appellat.* Vndè ex his dicebatur, non esse impediendam exequutionem sententiæ Supremi Italiæ Senatus, cui adhæret D. Nicolaus Intrigl. tract. de feud. cent 2. art. 95. nu 5. qua conclusione sic stante dicebatur, sententiam in Regno Siciliæ exequutioni demandari, quando à Supremo Tribunali est lata, iuxt. Auth. quæ supplicatio C. de precib Imper. off. r. ex quo dicebatur, doctrinam Petr. de Greg. nullo pacto applicari posse, ùt ex illa formetur praxis exequendi sententias. Dicebatur secundò, doctrinam Petr. de Greg. intelligendam esse, stante aliquo impedimento, hoc est nullitatis, restitutionis in integrum, vel alio à iure, vel
83 consuetudine introducto, nàm † si nullitas allegetur, tùnc impeditur exequutio sententiæ, si est promptuaria nullitas, sin autem non est promptuaria expediuntur litteræ inhibitoriales, quia nõ dùm constat de nullitate prædicta, nec talis nullitas impedit exequutionem sententiæ, de cuius nullitate agitur, per altiorem indaginem, ùt constat ex verbis Petr. de Gregor. paulò superiùs enarratis d. q. 51. nu. 7. vndè doctrina Petr. de Greg. intelligenda est, quando Iudex arbitraretur nullitatem propositam, vel petitam in integrum restitutionem calumniosè opponi, ex quo timetur in longum protrahendam esse illius dispositionẽ, vel dum disputaretur, an causa sit appellabilis, vel nè, quo casu, ùt vtrique consulatur remedium illud sequestrationis possessionis videtur esse introductum.

Dicebatur tertio, non esse locum doctrinæ Petr. de Gregor. etiam dato pro vero partis assumpto, nàm hodiè omnia impedimenta sunt proposita, quæ aduersus sententiam proponi possent, sunt enim propositæ nullitates, est propositus articulus, an debeat admitti, vel nè appellatio, est etiam propositus articulus reconuentionis, & sic cognitum de impedimentis; quæ sunt causa illius formæ exequendi sententiam, quando adest aliquod impedimentum, vndè illis cessantibus erat recurrendum ad alium modum exequendi sententias, hoc est, ùt totaliter fiat exequutio, non autem sequestratio.

Et randem dicebatur, non esse verum intellectum traditum ad doctrinã Petr. de Greg. dùm dicitur, tùnc sententiam exequutioni demandari, quã do est transacta in rem iudicatam, esset enim contra doctrinam eiusdem Petr. de Gregor. qui pro constanti affirmat, sententiam Consistorij exequutioni demandari, proùt sententia Præfecti Prætorio, vndè si esset vera propositio, quod tùnc sententia mandatur exequutioni, quando fecit transitum in rem iudicatam, nunquàm daretur casus, quòd sententia mandaretur exequutioni propter Supremi Tribunalis prærogatiuam, vt suprà fundatum est, esset etiam contra stylum ab omnibus Sctibentibus traditum.

His pro vtraquè parte adductis
84 † Sacr. Suprem. Italiæ Consilium decreuit, oppositis non obstantibus sententiam debitæ exequutioni fore demandandam, itaùt feudum Placę vendicaretur à manibus D. Antonij, & ità fuit exequutum, nàm fuit habitum pro vero, omnes exceptiones in prædicto

atti-

articulo oppositas, non esse subsistentes ad impediendam sententiæ exequutionem, nàm articulus mandati Procuratoris dati respicit causam liquidationis, quemadmodum, & petitus terminus ad denunciandum, & appellatio post interpositam supplicationem, à sententia lata per Supremum Senatum, minimè erat admittenda.

Et quoàd nullitates, fuit habitum pro vero posse causas, tàm feudales, quàm burgensaticas sententia terminari in Supremo Consilio, vigore capitulorum Regni, vel de consensu partium, vel ob Iustitiam denegatam, aut retardatam, & causas feudales auocari via recognoscendi, etiam vna postulante parte, & alia reluctante, & cùm hæc causa fuerit auocata de cõsensu partium, & etiam ob expeditionem retardatam, non esse disputandũ de iurisdictione huius tàm Supremi Tribunalis, sicuti etiam fuit per omnes Dominos affirmatum, causam nõ peruenisse ad Supremum Consilium via recognoscendi.

Sic etiam fuit conclusum, non esse nullitatem, si Iudex omittat pronunciare in causa reconuentionis Et in tertio articulo fuit conclusum, sententiam esse legitimè latam à Supremo Tribunali, nec esse exequendam, secundùm formam illius, à quo fuit auocata, sed secundùm Maiestatem, quæ fulget Supremum istud Tribunal.

Et quoàd Quartum Articulum fuit conclusum, sententiam fore exequendam, iuxtà formam traditam in Auth. quæ supplicatio, nec aliquo modo obstare doctrinam Petr. de Greg. quæ intelligenda est, quando proposito aliquo impedimento, Iudex illo sequestrationis vtitur remedio, vel reo offerente exequutionem, donec victor realem, atquè corporalem capiat possessionem Iudicis auctoritate, atquè familia associante, & ità fuit decisum die 12. Iunij 1617.

Hæc scripsi, q̃a vtilis mihi visa fuit decisio, eamq; posteris tradere volui, ùt quãdo casus occurrerit, sciant Domini Regentes huius Supremi Italiæ Senatus, quid in huiusmodi casibus setuatum fuerit, nè ipsis sicut, & nobis tanta elaborandi detur occasio, gaudeant laboribus nostris, & colligant, quod seminauimus ad maiorem gloriam Dei, eiusquè Sanctissimæ Genetricis, ac BB Francisci de Assisio, ac Thomæ de Aquino, totiusquè Cælestis Curiæ,

SVMMARIVM.

1 *Iudicium nullum dicitur, in quo citatio fuit omissa, & infrà nu. 3.*

2 *Citatio, tàm diuino, quàm humano iure est necessaria ad validitatem iudicij, ideò si omittatur iudicium corruit.*

3 *Citatio, cur sit introducta.*

4 *Citatio facta absenti in domo solita habitationis, an valeat, quando absens sit causa Reipublicæ, extrà Regnũ, vel pro Regis seruitio.*

5 *Statutum prohibens citationem, vel supplens citationis defectum, nullum est.*

6 *Statutum iubens, quod non citata, vel requisita parte Iudex pronunciet, qualiter intelligatur.*

7 *Absenti causa Reipublicę, an detur Curator, & an ei competat beneficium restitutionis, vide infrà n. 16.*

8 *Successori, an praiudicetur, si citatio contra suum prædecessorem fuit omissa, saltim per proclama.*

9 *Instantia in causa feudali transit in successorem, quando possessor feudi ipsam causam defendit.*

10 *Citatio de iure Regni potest fieri in domo, & in loco feudi, etiam si reus sit absens extrà Regnum.*

11 *Citatio dicitur legitimè facta, quando potuit certificari de contentis in illa, per aliquem ex suis domesticis.*

12 *Iudex ea, quæ sunt iuris communis, vel municipalis, nunquàm præsumitur ignorare.*

13 *Statutum prohibens citationem non valere, non procedit, quando citatio est facta domi.*

14 *Reus citatus secundùm formam Constitutionum Regni, efficitur contumax, si statim non compareat, & contrà eum proceditur ad vlteriora.*

15 *Restitutio in integrum non datur reo absenti, quando citatio fuit facta domi, & habuit personam pro se, qua potuit eum defendere.*

16 *Terminus vltràmarinus ex cōmuni praxi est sex mensium, qui datur ad denunciandum.*

17 *Restitutio in integrum debet denegari, quando calumniosè petitur, quæ hodie datur infrà quadriennium.*

18 *Possessor in feudo hæreditario, an præiudicet agnatis.*

19 *Verba concedimus omnia, quæ iura communia, constitutiones, & capitula Regni concedunt, &c. vnà cùm clausula legis benè à Zenone apposita in priuilegio concessionis, quid operentur.*

20 *Princeps, in ijs, quæ sunt iuris, non præsumitur errare.*

21 *Clausula etiam si non concurrant omnia requisita, & supplentes omnes defectus tollit omnem contradictionem aduersus Regis concessionem, & vide nu. 33.*

22 *L. omnes, & l. benè à Zenone de quadrien. præscript. impediunt exercitium actionis aduersus Regis donationem.*

23 *Verbum, nec posse, positum in d. l. omnes excludit potentiam agendi, & habet vim decreti irritantis.*

24 *Princeps potest prohibere, ne quis vtatur iure suo.*

25 *Exceptio l. benè à Zenone, quando est dubia, potest reseruari ad merita causæ, quod secùs si constat in continenti, quia tunc Iudex super ea tenetur pronunciare, antequàm lis contestetur.*

26 *Clausula cum beneficio l. benè à Zenone, & l. omnes de quadrien. præscript. apposita in priuilegio concessionis, abdicat omnem iurisdictionem a Iudicibus, & denegat audientiam.*

27 *Iudicium nō est integrum, vbi actor, reus, vel Iudex deficit.*

28 *Princeps iurisdictionem suorum Magistratuum potest moderare, etiam si ius Tertio tollatur.*

29 *Dispositio l. bene a Zenone, & l. omnes propter multas, quas habet limitationes, rarò potest practicari, ideoquè principaliter debet aduerti, si concessio sit valida, vel nè.*

30 *Dispositio legum prædictarum non habet locum, quando actor, & reus habent causam ab eodem Principe concedente, vel quando adest aliqua occasio, vel causa in ipso Principe, vel si ipse rem, quam concedit, non possideat.*

31 *Dispositio dictarum legum, quare fuit introducta.*

32 *Princeps ex causa potest dominium alteri conferre, & rem alienam concedere.*

33 *Clausula, supplentes omnem iuris defectum non operatur in præiudicium Tertij, quando requisitorum non est facta mentio, quæ suppleri debent.*

34 *Priuilegium, quod transit in vim contractus, durat perpetuò, nec potest reuocari.*

35 *Princeps, contrahendo iudicatur vt quilibet priuatus, & tenetur obseruare contractum suum, infra num. 40.*

36 *Princeps obligatur iure gentium.*

37 *Principis vtilitas consideratur, quādo ligatur lege contractus.*

38 *Gesta cum minore non rescinduntur, si ei sunt vtilia.*

39 *Priuilegium concessum ex causa onerosa, non potest reuocari.*

40 Prin-

40 *Princeps concessionem feudi, vel officij à se factam, non potest absquè causa reuocare, & nō potest derogare iuri naturali.*

41 Principis *assertio specifica meritorum probat ipsa merita, cui standum est, tàm in ipsius, quàm in Tertij praiudicium, Et ratio nu.45.*

42 *Confessioni facta à priuato meritorum non statur, quia censetur suspecta, secùs si sit facta à Iudice, etiam si fiat in actu, in quo liberè non possit disponere.*

43 *Principis dictum vim legis obtinet.*

44 *Verba* Principis *in feudis sunt latè interpretanda.*

45 *Principi attestanti aliquid praui informatione habita à personis fide dignis creditur, etiam si attestetur factum alienum.*

46 *In donatione remuneratoria attenditur valor seruitiorū, itaùt aquiparētur seruitia rei donata, quod declaratur.*

47 *Rex concedendo aliquam Ciuitatem, vel Oppidum in demanium, dicitur potiùs lucrari, quam damnum pati, licet modicum ab Vniuersitate recipiat, quod secùs est si vendat.*

48 *In donatione remuneratoria debet considerari consuetudo* Principis *cōcedentis.*

49 *Pinelli opinionem, asserentis, ea seruitia facere donationem remuneratoriam, qua poterant prastare ius agēdi, quam Auctor probauit in l.fin.de consist. Princ. idem dicit eße magis communem, & aquiorem.*

50 *Seruitia ad inducendam donationem remuneratoriam simpliciter considerantur.*

51 *Donatio facta à* Rege *cum deliberatione sui Cōsilij manet perpetuò, nec potest per successorem reuocari.*

52 *Rex non potest alienare Ciuitates, & Castra sinè consilio procerum.*

53 *Priuilegium, quod transit in vim contractus durat perpetuò, nec potest reuocari.*

54 *Princeps disponendo per viam legis, non obligat successorem ad obseruantiam, quod secùs si disponat per viā contractus, & contractus sit licitus.*

55 *Princeps in iure quasito, non potest Tertio prajudicare.*

56 *Principis suprema potestas intelligitur circa ea, que sunt iuris ciuilis, & merè positiua, non circa ea, qua sunt iuris naturalis, vel gentium.*

57 *Princeps ex causa publica vtilitatis, potest Tertio prejudicare, sed tenetur satisfacere parti lasa.*

58 *Principis rescripta sinè praiudicio Tertij sunt intelligenda ibid.*

59 *Principis potestas augetur, si eius contractus, ac fides seruentur.*

60 *Principem non poße tollere ius alteri quasitum; innititur rationi naturali, & sua propria Maiestati.*

61 *Princeps etiam simplicem donationē, non potest absquè causa reuocare, si res tradita sit donatario, & an possit reuocare priuilegium, per quod dominium fuit translatum.*

62 *Principi satis indignum est sua priuilegia absquè causa legitima reuocare.*

63 Princeps *sicut non potest tollere feudum alteri concessum, ita nec priuilegium.*

64 *Principem non decet priuilegium suū reuocare, licet poßit.*

65 Princeps *de plenitudine potestatis, potest statuere contrà ea, qua sunt iuris gentium, vel positiui, & ius alteri quasitum tollere, etiam absquè causa.*

66 Princeps *ex clausula, non obstante potest tollere ea, qua sunt iuris naturalis, etiam si agatur de graui praiudicio, quod longè abest, naturali aquitate, & à iuris regulis.*

67 *In principe eam licet Supremam cōstituere potestatem, qua legibus munita sit.*

68 *In* Principe *duplex consideratur potestas, ordinaria, atquè absoluta.*

69 *Potestas ea dicitur, qua à lege regu-*

regulatur, & æqua, & rationabilis est.

70 Potestas absoluta ab humanis Principibus debet esse remota.

71 *Princeps debet æquo animo ferre, quod non liceat ei vti plenitudine potestatis.*

72 *Clausulæ ex certa scientia, motu proprio, ac plenitudine potestatis in priuilegijs apposita operantur contrà Regem, nec possunt Tertio præiudicare, & ex stylo potiùs Notariorum censentur appositæ, quàm ex Regis voluntate.*

73 *Priuilegium ex sui natura irreuocabile, an censeatur reuocatum per clausulam, non obstantibus quibuscunquè legibus, & constitutionibus, &c.*

74 *Dubitare de Principis potestate, ad instar sacrilegij est.*

75 *Rex in casu necessitatis potest reuocare priuilegium demanij, quod maximè locum obtinet, quando cum assistentia, & consilio suorum* Procerum *reuocat, quo casu eius assertioni standum est circa ipsam necessitatem.*

76 Principi *superiorem se facit, qui de illius potestate dubitat.*

77 *Principi non potest dici, cur ita facis? quia in eo sufficit pro ratione voluntas.*

78 *Priuilegij copia non probat; si extrahatur absquè partis citatione, quod fallit si constat fuisse productum originale, & ex eo copiam exemplatam.*

79 *Priuilegium confirmationis demanij cum clausula, de nouo concedimus, non dicitur verè priuilegium, sed cõfirmatio in forma communi, quæ nihil iuris tribuit, ideòq; exhibendum est originale priuilegium concessionis.*

80 *Quando in priuilegio demanij non est facta promissio de non alienando, non prohibetur alienatio.*

81 *Dominus vassallos suos, ipsis inuitis, potest alienare.*

82 *Rex, an possit demanialia in præiudicium coronæ alienare, affirmatiua, & negatiua opinio refertur, & quid si alienatio sit in maximum præiudicium coronæ.*

83 Rex *sicut potest demanialia concedere ex certa scientia, ità potest demanium reuocare, pro quo afferuntur decisiones.*

84 *Demanium probatur per longam possessionem secundùm communem opinionem, quæ sufficit triginta annorum, iuxtà doctrinam Andreæ.*

85 *Probibitio alienandi in contractu apposita, non impedit translationem dominij, etiam si sit facta per* Principem.

86 *Princeps, contrahendo vtitur iure Priuati.*

87 *Actio realis non datur contra possessorem, quando Rex transfert dominium in emptorem titulo oneroso, contraueniendo promissioni de non alienando, sed personalis, quæ oritur ex ipsa promissione.*

88 Princeps *causa publica subsistente, potest demanialia concedere priuilegia, & concessiones reuocare, etiam factas titulo oneroso.*

89 *Principes omnes habentes iura Imperij, ex eadem causa possunt tollere ea, quæ sunt iuris gentium, & contractus priuatorum, & eorum dominium auferre.*

90 Princeps, *etiam si recognoscat superiorem, potest ex causa ius alteri quæsitum auferre, & Tertio præiudicare, & pœnam concernentem interesse partium remittere.*

91 *Vniuersitas ex causa publicæ vtilitatis, potest statutum ab ea factum, & contractum cum suis subditis reuocare.*

92 *Remuneratio seruitiorum, dicitur causa publica, pro qua licet leges trãsgredi, & personas inhabiles ad alienandum habilitare.*

93 Papa *Castra Ecclesiæ, potest benemerentibus infeudare, quod etiam possunt*

sunt facere Prælati Ecclesiarum, qu indo merita sunt insignia.

94 Res alias prohibitæ ex causa remuneratoria alienari possunt ibid.

95 Rex propter seruitia remuneranda, potest bona sui demanij alienare, nō obstante promissione per eum, vel suum prædecessorem facta de non alienando.

96 Rex Galliæ per iura sui Regni bona sui demanij prohibetur in perpetuùm alienare, tamen ex causa remuneratoria, potest contrarium facere.

97 Princeps in ijs, quæ sunt iuris positiui, semper præsumitur habere iustam causam.

98 Princeps si aliundè non habet pro remunerando viro strenuo, potest demanium donare, dūmodò non veniat contra contractum suum, & Tertio præiudicet.

99 Princeps contractum suum, vel sui prædecessoris, non potest, nisi in causa admodum necessaria reuocare, in qua non habeat undè sibi subueniat, de qua ante omnia debet constare.

100 Alienatione prohibita, non censetur prohibita infeudatio.

101 Princeps Castra Principatus, potest infeudare, dummodò id non faciat in eius maximam diminutionem, abdicando à se omne dominium, & possessionem, quia hoc non potest facere.

102 Princeps in concessione feudorum debet considerare beneficium Reipublicæ, & quod feuda ipsa ad coronam deuoluantur, ad quod adducitur lex Lusitaniæ à Rege Henrico promulgata circà donationes remuneratorias.

103 Rex regalia, quoàd directum dominium, non potest alienare, potest tamen in feudum dare.

104 Princeps ex clausula, ex certa scientia, & motu proprio, potest ius alteri quæsitum auferre, etiam sinè causa, quæ denegat ius agendi, & efficit, ùt concessio ab eo facta impugnari non possit.

105 Opponens se contrà factum à Principe ex certa scientia, audiri non debet.

106 Clausula motu proprio, & de plenitudine potestatis fauorabilem reddit Principis concessionem, & ab ea omnem controuersiam tollit, efficitquè ùt Princeps semper intelligatur motu proprio concedere, etiam si partis petitio præcedat.

107 Princeps, quod non potest de per se, nec potest virtute clausularum.

108 Principem voluisse Tertio præiudicare non est præsumendum.

109 Princeps rem aliquam concedens, quæ sit alteri concessa, non præsumitur eam concessisse in præiudicium primæ concessionis, & Tertij, sed potiùs per errorem, vel obliuionem, etiā si in secunda concessione dixisset, eius voluntatem esse, ùt cætera sint nullius roboris, aut momenti.

110 Probatio non admittitur cōtrà præsumptionem iuris, & de iure.

111 Concessio prima præsumptiuè ex defectu volūtatis, semper censetur præposterata secundæ concessioni.

112 Princeps si vult concessionem à se factam proprio motu reuocare, debet expresè dicere, non obstante tali cōcessione, aliàs non censetur reuocasse, & præsumitur circumuentus.

113 Clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, non potest operari, nisi circa ea, de quibus Princeps notitiam habuit tempore concessionis.

114 Principis voluntas ex verbis priuilegij, quandoquè probatur.

115 Clausula ex certa scientia, & motu proprio tollit omne vitium subreptionis, & per eam præsumitur Principē benè esse informatum, hoc enim limitatur multis modis remissiuè.

116 Clausula, non obstantibus adiecta cum clausula ex certa scientia, tollit quamlibet subreptionem in rescripto, etiam in præiudicium Tertij, quod idem si adsit clausula ex plenitudine potestatis, ùt infrà.

117 Verba

117 *Verba priuilegij si expressè important Tertij præiudicium; tùnc Princeps præsumitur velle præiudicare Tertio.*

118 *Subreptio opponi non potest contra gratiam Papæ, quandò in Bulla apposuit clausulam, quod de ea dici non possit.*

119 *Concessio facta à Rege cum maturitate, & deliberatione sui Consilij Supremi, censetur ritè facta, nec potest in dubium reuocari.*

120 *Clausula supplentes omnes iuris defectus cum clausula, non obstantibus quibuscunquè legibus, & constitutionibus, & alijs clausulis subsequëtibus in priuilegio concessionis appositis, denotat voluntatem Principis voluisse etiam in Tertij præiudicium disponere, & quid si adsit clausula etiam si talia essent, de quibus expressa mentio fieri debeat, an per dictam clausulam censeatur derogatum specificè legibus in contrarium disponentibus.*

121 *Vrbem in confinibus Regni positam, & quæ habet Castrum, non debet Princeps alteri concedere.*

122 *Castrum Limitrophum à nullo particulari potest possideri.*

123 *Regi, qui Castrum concederet alicui magno Principi, à quo non posset de facili recuperari potest Ciuitas resistere.*

124 *Prohibitio nè possint possideri Castra limitropha non comprehendit habentes causam à Principe, & quid si non sit electa industria personæ, & concessio sit realis ad hæredes transitoria.*

125 *Iudex potest à simili iudicare.*



ARGV

ARGVMENTVM.

Absens à Regno, an debeat citari extrá Regnum, ad hoc, ùt iudicium sit validum, & an sufficiat, quod feudatarius existens extrá Regnum citetur in castro, domo, & loco feudi, secundùm doctrinam *Andreæ Iserniensis*. Exceptio *l. omnes*, *& l. benè à Zenone C. de quadrien. præscription.* an locum habeat aduersus Vniuersitatem petentem á Rege conseruari in demanio, stante concessione, & promissione de seruando illam in Regio demanio, & multa ad intelligentiam dictarum legum. Rex an possit reuocare priuilegium Demanij concessum alicui Vniuersitati ex causa seruitiorum Regi præstitorum, etiam si velit remunerare aliquem militem strenuum, & multa de potestate absoluta, & ordinaria. Et an voluerit Rex reuocare priuilegium demanij, quandò concessit Terram, ignorans priuilegium illi concessum, & multa de clausulis ex certa scientia, & alijs. Et an Rex debeat, & possit concedere castra limitropha, & sit publico bono expediens, & expenditur *tex. in l. quicunq; C. de fundis limitrophis lib. 11.*

DECISIO QVINTA.

Augustissimus Phiippus III. Rex noster, ùt regalis munificentię suæ aliquod signum ostenderet erga D. Alphonsum de Idiaquez, tàm propter ab ipso præstita obsequia, quàm etiam propter egregia merita D. Ioannis eius patris à Consilijs Status. & Præsidis Consilij militarium ordinum apud Suam Maiestatem, Oppidum Ciuitatis Regalis in Prouincia Aprutij existens dono illi dedit, & priuilegium donationis huiusmodi per Supremum Italiæ Consilium expediri mandauit, proùt effectum fuit sub die 12. Mensis Decemb. ann. 1613. cuius quidem concessionis notitiam cùm habuisset prædicta Vniuersitas Ciuitatis Regalis Suam adijt Maiestatem, eiquè preces obtulit, quibus exposuit, concessionem prædictam in præiudicium ipsius fieri minimè potuisse, quæ tùm Imperatoris Caroli V. tùm Philippi II. Regum maximorum priuilegio demanij munita reperiebatur, ob eiusdem Vniuersitatis præclara gesta concesso, in eius possessione existens, quod quidem reuocari non posse dicebat, cùm transierit in vim contractus, immò ad Regni conseruationem pertinere, illam in demanio

nio conseruare, cùm sit vnum ex fortissimis Regni propugnaculis, fuit hic libellus ad Proregem transmissus, eique rescriptum, vt Regiæ Cameræ iniungeret, quæ partibus auditis cognosceret, an priuilegium demanij, quod pro parte Vniuersitatis allegabatur esset validum, quo valido reperto, relationem faceret omnium deductorum, & pro vtraquè parte allegatorum, ad finem videndi, si priuilegium pro parte Vniuersitatis allegatum reuocari, an confirmari deberet. Quibus litteris ad Regiam Cameram per Proregem transmissis, & notificatione facta dicto Illustri Domino Alphonso Idiaquez in domo feudi sub die 3. Septembris anni 1615. fuit per Regiã Cameram facta consultatio sub die 4. Martij 1616. quam Prorex Regni cum suis litteris Regentium Cancellariam Regiam subscriptione munitis ad Suam Maiestatem transmisit die 31. Ianuarij 1617. quibus visis cùm de hac re actum esset in Supremo Italiæ Senatu, fuit auditis partibus de quinque articulis disputatum, quorum duo respiciebant ordinem, tres verò causam principalem.

Primus articulus fuit respectu ordinis iudicij, nám pro parte Ducis opponebatur ipsum non fuisse auditum, neque citatum, & quia cum fuisset citatus in Regno, non peruenerat ad eius notitiam, & sic opponebat defectũ citationis, ex quo deducebat nullitatẽ iudicij, tùm ex iuris dispositione, tùm etiam ex rescripto Suæ Maiestatis.

Secundus continebat exceptionem legum omnes, & benè à Zenone C. de quadrien. præscript. quarum vigore prætendebat Dux non esse audiendã Vniuersitatem prædictam, tùm ex iuris dispositione, tùm ex verbis expressis priuilegij.

Tertius articulus principalis huius causæ, respiciebat potestatẽ Reg. an scilicet potuerit Rex demanij concessionem reuocare, stante confirmatione ex causa seruitiorum per Vniuersitatẽ præstitorum, propter quæ meruit sibi expediri priuilegium confirmationis demanij, in quo ipsa reperiebatur.

Quartus, an Rex habuerit voluntatem reuocandi demanium, quod transierat in vim contractus.

Quintus, quod non expediat Suæ Maiestatis seruitio Terram prædictam alteri concedere, quæ est in confinibus Regni, & iuxtà fines Status Ecclesię.

Quoàd primum fuit oppositum pro parte Ducis D. Alphonsi, & postea ipsius etiam filij, non posse hodie cognosci de prætensis per Vniuersitatẽ, quia ipse non fuerat citatus, nec auditus in Regia Camera Summarię Neapolis, quod ius commune Regni, ac S. Maiestatis rescriptũ præcipiebãt, nàm cùm fuisset ordinatum Proregi, vt Reg. Cam. S. Maiestati referret, an priuilegiũ demanij, quod pro parte Vniuersitatis allegabatur esset validum auditis partibus, ipse non fuerat citatus personaliter, ùt fieri debebat, nec Procurator
1 ipsius nomine auditus, † qui quidem citationis defectus iudicium nullum reddit, cùm adhoc, ùt illud validum sit, debeant partes audiri ad text. in l. de vnoquoquè ff. de re iudic. c. absẽte & c. caueant 3. q. 9. Vantius in tract. nullitat. tit. de nullit. ex defectu citationis, Paz in eius praxi tom. 1. part. 1. temp. 3. nu. 3. & sequitur Cęsar Barzius
2 decis. 15. nu. 24. † citatio enim diuino & humano iure est necessaria, ùt habetur Genes. cap. 3. & cap. Deus Omnipotens 2. q. 1. Hieronym. Cæuall. comm. cont. comm. lib. 1. quæst. 175. per illam enim fit pręsens, qui aliàs est absens, cùm iudicium esse non possit cum absente. Ex quo sequitur, quod cùm eo tempore fuerit absens à Regno, de-
3 buisset personaliter citari † nàm, cùm citatio sit introducta, adhoc, ùt reus possit respondere ijs, quę per actorem proponũtur, necessariũ est, ùt illius notitiam habeat, ùt possit se defendere l. defensionis facultas C. de iur. Fisc. lib. 10.

lib. 10.& Vant.vbi supra nu. 30.Petr. Belluga in Speculo Princip. rubr. 11. §.restat n.4. Camill.Borrell.clarissimè in addit.ad eundem verbo citari partem, Iacob.Menoch. cons. 100.num. 97.Petr.Anchar.cons. 211. Affl.dec. 245.nu.10.cum seq. Tiber. Decian. resp.41.nu.44.cum seq. vol.3. & nos diximus ad constit. citationis litteræ verbo ad notitiam citati perducant nu. 5. vndè cùm hoc sit omissum, sequitur, ùt iudicium in Regia Camera agitatum, sit nullum, & per consequens hodie non possit tractari in Supremo Italiæ Consilio de reuocãda gratia facta per Suam Maiestatẽ Don Alphonso, proùt Vniuersitas ipsa prætendit. Adhoc etiam allegabatur constitutio citationis litteræ, quæ
4 vult, †quod citatio fiat de persona, & quando eius copia haberi non potest, fiat in domo solitæ habitationis, cumquè notum fuisset Vniuersitati prædictæ Ducem Don Alphonsum suum incolatum firmum habuisse in Ciuitate Pampilonæ, vbi Regias vicesgerebat, certum est ipsum inibi citari potuisse, cum litteris requisitorijs ad Iudicem loci illius, quod cùm factum non fuerit, ipsi Vniuersitati imputandum erat, & eius culpæ ascribendum.

Nequè obstare dicebatur, citationem factam esse in domo feudi, quia citandus nunquàm fuerat in Regno, immò ab eo absens ex causa necessaria pro seruitio Suæ Maiestatis in regimine Regni Nauarræ, & sic non poterat dici, habuisse domum in Regno, & per consequens non potuisse habere notitiam eorum, quæ per Vniuersitatem prætendebantur, nec se defendere, ad quod faciunt, quæ tradunt Zabarel. in cons. 10. num. 2. cum alijs congestis per Card. Tusch. tom. 1. pract.concl lit.C. concl. 249. nu. 12. quod in tantùm est verum, ùt nullum statutum teneat, per quod impediatur citatio, cùm citatio sit de iure diuino, vt habemus Genes. c. 3.

5 Nec potest † valere statutum prohibens partis citationem, aut supplẽs citationis defectum, ùt voluit Borrellus vbi suprà, Card. Tusc. tom. 1. lit. C. conclus. 270. per totam. & concl. 271. vbi nu. 6. refert Alex. cons. 107. lib. 5. dicentem in materia statuti Florentini, quo cauetur, ùt contra hæreditatem iacentem possit creditor obtinere adiudicationem bonorum, nullo dato Curatore, vel defensore, citatione generali facta in vicinia, & ad domum defuncti non tolli sollemnitatem iuris, & per consequẽs specialiter esse citandum eum, quem tangit prima causa successionis, & nu. 4. subdit, quod immò si statutum
6 diceret, †quod Iudex declaret, non requisita, vel non citata parte, debet intelligi, quando priùs fuit audita, vel quando scit, & tacet, aliàs esset iniquum, & non valeret, quia nequẽ Papa, nequè Imperator possit hoc facere, ùt per eundem Alex. cons. 225. lib. 6. & latè habetur per Hieronym. Cæuall. comm. contr. comm. lib. 1. q. 175.

Secundò dicebatur, stante absen-
7 tia dicti Ducis à Regno † saltim debuisse Regiam Cameram dare Curatorem, qui eius Ducis nomine potuisset causam defendere, ùt per Glos. & DD. in l. ab hostibus ff. ex quibus caus. maior. & per illum tex. Gregor. Lop. ad l. 12, tit. 2. part. 3. verb. *quien guarde*, Paz in praxi tom. 1. 3. part. nu. 15. & seq.

Tertiò dicebatur, quando hæc nõ militarent, saltim debere concedi prædicto Duci beneficium restitutionis in integrum, ex quo fuit absens causa Reipublicæ, ùt in l. 1. ff. ex quib. caus. maior.

8 Dicebatur quartò, †nullum inferri præiudicium moderno Duci ex facto Ducis Alphonsi, quia non fuerat citatus, proùt citari debebat, saltim per proclama, quod tradit Osasc.

decis. 157. ex communi DD. sententia, & ex Pureo decis. 91.

9 Addebatur quintò prædictis † quatenùs causç instantia transiret in successorem in causa feudali, id locum habere, quando possessor feudi causam diligenter defendit, non autem quandò, vel in contumaciam ipsius fuit processum, aut fuit negligens in defendendo, quia tunc nullum præiudicium infertur successori, quò minùs possit ex integro agere, ex l. si seruus plurium §. 1. & §. si quis antè ff. de leg. 1. l. ex contractu de re iud. Affl. in c. 1. §. si vassallus *el* 3. nu. 8. ad fin. & num. 9. si de feud. fuer. controuers. int. dom. & agnat. & post illum Molin. de primogen. Hispan. lib. 4. c. 8. nu. 7. ibi. *Hæc tamen omnia intelligenda sunt, dummodò maioratus possessor litem prosequatur.*

Sed contra prædicta pro parte Vniuersitatis Ciuitatis Regalis dicebatur, ritè fuisse per Regiam Cameram processum, & adimpletum iuris regulis, ac præcepto Suæ Maiestatis, nàm licet Dux Alphonsus non fuerit citatus personaliter, prout re vera non fuit, non tamen per hoc dici poterat, non fuisse auditum, cùm per ipsum steterit, non per Vniuersitatē, neq; per Iudicem fuerat enim citatus in domo feudi, & petitio Vniuersitatis notificata Aerario, & Capitaneo dicti Oppidi, qui vices illius gerebant in loco illo, à quibus poterat omninò notitiam habere, prout habuisse præsumendum est, vndè si non comparuit ad tuēdum iura sua, ipsi erit imputandum; lex enim Regni prouidet

10 † qualiter citandus sit reus, siuè præsens, siuè absens fuerit, prout habetur in Const. citationis litteræ, quç disponit, quod si citandus non reperitur, possit fieri citatio domi; vndè in casu, quo citādus est absens à Regno, nè impediatur cursus iustitiæ, & nè vassalli Regis teneantur ire extrà Regnum, & præsertim quando causa est feudalis, fit citatio in Castro, domo, & loco feudi, ut dixit Andr. in c. 1. n. 7. de controuers. inter vassall. & alium de beneficio, quem sequuntur Afflict. ibi nu. 15. cum seq. & Capyc. in inuestit. feud. in verb. feudorum citationes fol. mihi 91. & nos diximus ad const. edictorum sub titulo de litteris citatorijs vers. extrà nu. 10. fol. 53. & hæc praxis ortum habuit à l. 4. §. Prætor ait ff. de dam. infect. vbi postquàm Iureconsult. dixit, citationem fieri debere in domo, sic ait. *Quod si nec habitationem habeat ad ipsum prædium, erit denunciandum, vel Procuratori eius, vel certè inquilinis.* Sicuti etiam ex clem. causam §. quod si forsan de elect. vbi hæc ait Summus Pontifex. *Si domus eadem in remotis existat, in Ecclesia Cathedrali, in cuius Ciuitate, vel Diœcesi consistit beneficium, & nihilominùs vtroquè casu in Ecclesia, vel beneficio, de quo agitur, volumus appellationem huiusmodi publicari.* Ex quibus dicebatur hactenùs iure Pontificio, & Imperiali, necnon Constitutionum Regni, & praxi in eo recepta citationem esse legitimè factam.

Dicebatur vlteriùs ad conualidationem huiusmodi citationis, ipsam

11 † fuisse factam Aerario, & Capitaneo illius loci, qui personam Ducis repræsentabāt, tàm ex parte iustitię, quàm administrationis bonorum, à quibus certum est, vel fuisse certificatum, vel certificari potuisse, ad doctrinam Glos. in l. si tutor vers. ostenderis, vbi Barr. & Bald. C. de pericul. tutor. cum alijs adductis per Tiraq. de retr. lignag. §. 9. glos. 2. num. 40. & cùm citatio ad id sit inducta, vt ad citandi notitiam perueniat, quod petitur, sufficit qualitercumquè peruenerit ad notitiam, vt in d. clem. causam in fin. vbi DD. & facit text. in l. 1. §. item cùm ex edicto ff. quæ senten. sine appell. rescind. ibi, *nequè in notitiam peruenerit*, & l. ex consensu §. si. ff. de appellat. ibi, *eum, qui cognouit edictum,*

edictum, Boer. decis. 235. cum alijs adductis à Vantio tit. qualiter sententiæ, & processus, qui dicuntur nulli reparari possint num. 122.

Sic igitur cùm Regia Camera seruauerit, quod seruari solitum est, nihil potest contrà citationem opponi,
12 † neque credendum est tàm Supremum Tribunal ignorasse rem, tàm vulgarem, quia in Iudice non præsumitur ignorantia, ex Bald. in l. leges *la* 3. C. de legibus, Bar. in l. quod Nerua vers. iuxtà prædicta quero nu. 19. ff. depos. Alex. cons. 265. nu. 3. vol. 6. Paris. cons. 49. nu. 37. vol. 1. latissimè Ant. Gabr. lib. 6. com. concl. tit. de reg. iur. conclus. 5. nu. 12. & faciunt, quæ adducit Gratus cons. 12. nu. 39. lib. 2. vbi ex Bald. in l. 1. ff. si quis omis. caus. test. asserit, ignorantiam, nunquàm præsumi in eo, qui omninò scire tenetur, quod fortiùs procedit in Iudicibus Supremis, quorum tanta est auctoritas, ùt eorum sententiæ, & declarationes vim habeant legis ex traditis ab Anton. Gamma decis. 228. per totam. Tantò magis, quia in consultatione facta Suæ Maiestati, Regia Camera expresè dixit, fuisse factam citationem in Castro.

Quibus sic stantibus dicebatur, nõ obstare, quæ pro contraria parte adducebantur, & primò non obstare, quod non fuisset citatus personaliter, quia licet verum sit, debere citari personaliter reum, attamen secundù constitutiones Regni sufficit citatio domi facta, ùt dictum est, d[illegible] fuerit citatus, proùt citari solent i[illegible], qui non adsunt in Regno, vel non
13 reperiuntur † neque id, quod dicitur non valere statutum, per quod prohibetur citatio partis aliquid obest, nàm hoc haberet locum, quando nõ esset facta citatio, nec personaliter nec domi. Nec similiter obesse doctrinam Alexandri, qui voluit, non esse faciendam citationem ad domũ defuncti, sed debere citari eum, qui habet interesse, nàm non per hoc excluditur, quod citatio non possit fieri in domo illius, de cuius interesse agitur, quod iura communia, & Regni sanxerunt, ùt diximus.

Et quantùm ad secundum de datione Curatoris, hoc non seruari dicebatur in Regno Napolitano, vbi sufficit, quod citatio sit facta secundùm formam constitutionis citationis lit-
14 terę, † qua citatione facta, si non comparet in termino peremptorio, reputatur contumax, & in eius contumacia ꝓceditur ad vlteriora, iuxtà constitutionem Regni contumacem, & Pragmaticas tertiam, & quartam sub titulo de contumacibus, à nobis situatas inter Pragmaticas, sub titulo de ordine iudiciorum, vbi etiã dicitur, quandò, & quomodò possit purgari contumacia, quod hic non fuit seruatum, propter culpam Ducis, qui potuisset purgare contumaciam.

Neque obstare tertium fundamẽtum dicebatur, de restitutione in integrum ex causa absentiæ, quia lex prima loquitur, quando nullo modo fuit auditus, ibi. *Cùm absens non de-*
15 *fenderetur* † nàm quandò pro eo extat persona, quæ potest defendere, & non defendit, restitutio non datur. Item, quia à die 3. Septembris 1615. quo fuit facta notificatio Aerario, & Gubernatori Ciuitatis Regalis, vsquè ad diem consultationis Regię Cameræ, quæ fuit expedita die 4. Martij
16 anni 1616 † erant elapsi sex menses, qui est terminus competens ad denunciandum in partibus vltràmarinis iuxtà praxim Regiorum Tribunaliũ, & sic tàm Aerarius, quàm Gubernator potuissent Duci denunciare, proùt præsumendum est, denunciasse in re præsertim, tàm graui, proùt hæc
16 erat, † Dicebatur præterea restitutionem prædictam à lege prima inductam dari infrà annum, licet hodie infrà quadriennium ex beneficio Imperiali, vt in l. fi. C. de temp. in integ.

restit. vndè siuè attendamus primum tempus,siuè secundum hodie non esse Ducem infrà statuta tempora illā petendi,nàm à die 3.Septembris anni 1616. vsquè in hodiernum diem, qui est mensis Decembris anni 1621. sūt elapsi anni quinque, nec tñ fuit petita specificè restitutio,quæ peti debebat in Regia Camera. Et vltimo dicebatur restitutionem prædictam calumniosè opponi,& ad dilatandum causæ expeditionem, quia punctus, de quo agitur hodie in supremo Italiæ Senatu non requirit facti probationem, sed tantùm,si Vniuersitas habet priuilegium demanij, & si illud est validum, & iactis huiusmodi fundamentis an Rex potuerit,vel noluerit demanium reuocare, vndè cum respectu horum articulorum adhùc hodie in supremo Italiæ Senatu possit dicere quidquid voluerit, malitiosè opponi restitutionem in integrum affirmatur; quo casu denegandam esse tradit huiusmodi restitutionem, Affl.decis. 356. nu.3. facit Tex. in l. In fundo,ff.de reiuend.ibi: *Neq; enim malitijs indulgendum est*, cap. Sedes Apostolica,de rescript.ibi: *Nos igitur volentes eorum malitijs obuiare*, cum adductis à Decio in l. ea est natura cauillationis,de reg.iu. Marsilius singul. 177.per totum. Eò magis,quia de hoc negotio fuit actum in Regia Camera Summariæ Fisco audito,vbi lis pendebat super demanio,antequā donatio fieret per suam Maiestatem, vbi sua priuilegia Fisco ostendit; vbi aliàs de illorum validitate, & obseruantia fuit actum,dùm ageretur de immunitate functionum fiscalium, vbi præsident viri oculatissimi, & iurium fiscalium zelotes.

Et ad quartum fundamentum de doctrina Ofasc. d.decis.157. num.6. circà fin. asserentis debere citari per proclama agnatos, quando agitur de præiudicio illorum. Respondebatur

18 † illam doctrinam procedere in feudo hæreditario, in quo potest possessor præiudicare agnatis, quia non potest capere feudum, & desinere esse hæres, ùt habetur per D.Præsid. de Franch.decis. 1. & per D. Regentem de Ponte cons. 52. & nos diximus ad constit. vt de successionibus verb. filios, & nepotes, & supra in 2. decis. D. Marianæ de Quintanaduegnas. Item,quia ibi in quæstione erat deductum, an sententia præiudicaret agnatis ipsis inauditis, quibus certū erat præiudicium inferre posse, nisi saltim per proclama fuissent citati, hic autem constabat auditum fuisse Ducem Alphonsum per citationem factam in domo feudi.

Ad quintum,& vltimum motiuum respondebatur Affl.in d.c.1.§. si vassallus culpam num.9.in fin.& Molin. d c. 8. loqui, quandò constaret fuisse negligentem possessorem feudi,quod hodie hic non constat,nec fuit actum hac via. Vltrà quod Affl. loquitur in feudo, & Molina in maioratu, & dispositā in feudo ex pacto, & maioratu non possunt adaptari ad feudum hæredit arium,de quo hic agitur,cùm feudum istud fuerit concessum sub natura feudi hæreditarij. In hoc articulo fuit conclusum, Regiam Cameram rectè processisse in citando prædictum Ducem in domo feudi, & seruasse stylum seruari solitum his casibus.

Quoàd secundum Articulum principalem dicebat Dux obstare Vniuer-

19 sitati legestomnes, & benè à Zenone C.de quadr.præscript.quæ ostium iudicii claudūt aduersus ipsam, quod si Vniuersitas prætendit aliquid non contrà ipsum, sed contrà Fiscum debere suos gressus dirigere, eò magis, quia augustissimus Philippus III. Rex,& Dominus noster in priuilegio concessionis prædictæ Terræ Ciuitatis Regalis dictarum legum meminit, sic inquiens. *Concedimus,quod præfatus D. Alphonsus Idiaquez, & Moxicca,*

xicca, & sui haredes, & successores, ùt supra habeāt, & consequantur omnia, & singula priuilegia, & beneficia, qua iura communia, constitutiones, & capitula Regni concedunt illis, qui rem à Principe donatam, vel concessam, ùt rem propriam ipsius Principis, vel tāquàm de bonis ipsius Curia, seù Fisci ex concessione, vel munificentia consequuntur, & signanter priuilegiū, seù prarogatiuam legis benè à Zenone, & l. omnes C. de quadrien. prascript. etiā si non concurrant omnia requisita per dictas leges. Ex quibus verbis dicebatur, pro parte Ducis, iàm per Suam Maiestatem fuisse declaratum, dicta iura benè applicari ad casum istum,

20 in quo non potuit errare, † quia in iis, quæ sunt iuris non præsumitur errare, cùm certissimam omnium notitiam censeatur habere c. 1. de const. lib. 6. l. omnium C. de testam. & Bald. in l. cùm quidam C. de fructibus, & lit. expens. Felyn. in c. super litteris de rescript. nu. 8. vers. secunda regula, vbi voluit, subreptionem circa malā deductionem iuris communis non vitiare, quia non dicitur Papa decipi, cùm sciat iura, sic etiam voluisse Suā Maiestatem per verba illa, supplere omnia requisita, quæ forsan non concurrerent, adhoc ùt iura illa locū habere possent per illa verba expressa,

21 † *etiam si non concurrant omnia requisita*, subdens postea alia verba. *Supplentes omnes defectus*, quibus expressè voluit, vt huic concessioni nemo posset contradicere, ad text. in c. illa de elect. Gram. consl. 100. num. 43. Angel. consl. 368. nu. 3. vbi sic ait de ista clausula supplentes. *Sextò idē Dominus Imperator in vers. supplentes supplet omnem defectum, si quis esset ratione solemnitatis omissa, aut ex quacunquè alia compertus esset, & sic nullus defectus iuris, vel facti allegari potest contra priuilegium pradictum, sic enim placuit Principi*, ex quibus dicebatur, non esse audiendam Vniuersitatem prædictam, immò eius li-

22 bellū repelli debere † à limine iudicij, quia dictę ll. omnes, & benè à Zenone prohibēnt actiones exerceri aduersus eum, qui rem habuit à Principe, & cùm nemo sine actione experiatur, sequitur, ùt repelli debeat Vniuersitas à iudicio, l. si pupilli §. videamus ff. de neg. gest. l. quoties §. item si temporalis l. Tutores, qui in princ. ff. de administ. Tutor. eò magis, quia Imperator in d. l. omnes, vsus est

23 verbis prohibitiuis, ibi: † *nec posse contrà emptores*, quæ verba excludunt potentiam agendi, & habent vim decreti irritantis, l. fin. vbi Bart. nu. 7. ff. de feriis, cap. 1. de reg. iur in 6. Bart. in l. Gallus numer. 4. ff. de liber. & posth. & in l. cùm lex, ff. de fideiussorib. & vbi potentia denegatur, dispositio remanet irrita, Bald. in l. fin. numer. 22. versic. item si statutum C. de fideicomm. Curt. Sen. consl. 73. nu. 30. rationem adiiciens, quia quotiescumquè negatiua precedit verbum potest, tunc inducit omnem necessitatem, & priuat omnem potentiam, Renzius consl 157. nu. 18. vol. 3.

Nec dubitari posse dicebatur, quin

24 † Princeps possit prohibere parti, nèi vtatur iuribus, quibus aliàs vti potuisset, si prohibitio non adesset l. 3. §. si is, pro quo ff quod quisque iur. vbi Bald. nu. 2. Hippol. sing. 388. Gram. d. consl. 100. nu 24. & 25. Aemil. Verall. decis. 218. lib. 3. Rot. decis. 614. nu. 23. lib. 1. Diuersorum. Et licet replicari possit pro parte Vniuersitatis

25 Ciuitatis Regalis † hanc exceptionem ll. omnes, & benè à Zenone, debere reseruari ad merita, ex traditis per D. Præsid. de Franch. decis. 377. tamen hoc intelligi debet, quando exceptio est dubia, secùs si est clara, & constat incontinenti, quia tùnc ante litis contestationem debet super ea Iudex pronunciare, Glos. & DD. per illū text. in l. nàm postea in princ.

ff. de iureiuran. vbi Iaf. dicit esse commun. Molin. de primog. Hispan. lib. 4. c. 9. num. 40. & 41. immò in casu dictarum legum magis necessarium esse pronunciare super illarum exceptione, ex quo est impeditiua iurisdictionis, quàm ad merita reseruare, ùt ponderat D. Regens de Ponte cons. 59. nu. 2.

Secundò dicebatur, omninò esse excludendam dictam Vniuersitatem à limine iudicij, vigore dispositionis dictarum legum, etiam ex verbis priuilegij, quia (ùt suprà dictum est) fuit per Catholicam Maiestatem Regis nostri specialiter dictum, ùt procedat dispositio dictarum legum, etiam si non concurrant omnia requisita necessaria, vndè cessat omnis dubitatio, vt ponderauit Affl. decis. 361. num. 18. vbi sic ait. *Sexta ratio: quia in priuilegio concessionis dictorum Castrorũ factæ dicto Francisco est clausula cum beneficio l. benè à Zanone, & l. omnes,*

26 † *quo casu denegatur audientia, immò expressè Princeps auocat iurisdictionem Iudicibus, quod facere potest, vt dicit Bald. in cons. incipiente Domini Priores, & Abb. in repet. c. Ecclesia Sãctæ Mariæ de const. in 29. col.* ex quo in dicta causa auocata est iurisdictio per l. iudicium soluitur ff. de iudic. quam ad hoc allegat Andr. in const. Regni ea, quæ ad decus, quod idem dixit Socc. Iun. cons. 113. nu. 3. vol. 2.

Quibus omnibus addebatur non solùm Suam Catholicam Maiestatẽ voluisse, vt locum haberent iura illa, sed in specie prohibuisse omnibus Magistratibus Regni Neapolis, & præsertim Supremo Italiæ Consilio, nè quid contra prædictum priuilegium facerent, ibi. *Illustribus verò Spectabilibus, Nobilibus, Magnificis, dilectis Consiliarijs, & fidelibus nostris Prorogi, & cæterisq; demùm vniuersis, & singulis Officialibus, & subditis nostris maioribus, & minoribus, quocunquè nomine nuncupatis titulo, officio, auctoritate, & potestate fungentibus, tàm præsentibus, quàm futuris in eodem Regno constitutis, & constituendis dicimus, & strictè præcipiendo mandamus, quatenùs omnia, & singula desuper contenta tenentes firmiter, & obseruantes, & ab alijs teneri, & inuiolabiliter obseruari facientes præfatum D. Alphonsum de Idiaquez, & Moxica, suosq; hæredes, & successores, vt suprà, aut suum, vel eorum legitimum Procuratorem in præmissorum omniũ possessione poni, & immitti curent, positosq; & immissos manuteneant.*

Nec prædictis Magistratibus tantùm inhibuit, sed etiam Vniuersitati prædictæ, ad quod ponderabantur verba præfati priuilegii, ibi. *Vniuersitatemq; & homines dictæ Terræ Ciuitatis Regalis præfatum D. Alphonsum de Idiaquez, & Muxica, suorumq; hæredes, & successores, vt prafertur, tanquàm vtiles Dominos ipsorum reuereantur, mandatisq; suis pareant, & obediant difficultate quacunq; quiescẽte, contrarium nullatenùs tentaturi ratione aliqua, siue causa.* Ex quibus

27 dicebatur, † nullum hic adesse iudicium, nàm cùm illud debeat constare ex actore, Iudice, & reo, & per prædicta verba priuilegij, nec actor adsit, nec reus, sequitur, ùt nulla forma iudicij esse possit, ùt voluit Vrsillus ad decis. Afflict. 354. nu. 3. & 4. vbi ponderat verba l. nulli C. de iudic. ibi. *Nulli prorsus audientia præbeatur.* Et hoc est, quod dixit Bald. in l. iubemus §. sanè C. de sacros. Eccles. n. 8. quod *quædam est pæna iurisdictionis prohibitiua, vtpotè non reddatur ius, & in hoc disputando dixit Iacob. de Aren. quod intelligitur ipso iure, nec valet iudicium si contrà fiat, ad quod facit l. seruus C. de ijs, qui ad Eccles. confug. & l. 2. C. vt nem. priuat.* & quæ tradit Vant. tract. de nullit. tit. de nullit. ex defectu inhabilitatis, seu mandati, compar. nu. 52. & 53. Anchar. cons. 222. num. 2. cuius quidem decisionis ratio-

rationem assignat Hippol. Riminal. cons. 552. num. 12. vol. 5. vbi sic ait,
28 † *Quia Princeps moderare potest iurisdictionem suorum Magistratuum, licet ius Tertij tolleretur; secundùm Alex. in l. Gallus §. & quid si tantùm ff. de lib. & posth.* quod etiam tradit Hieron. Gonsal. ad 8. Reg. Cancellariæ glos. 66. num. 3. & 4. fol. 541. D. Cardinal Seraphinus decis. 351. nu. 31. part. 19. & decis. 1020. lib. 2. vbi sic ait. *Fuit resolutum sine difficultate clausulam sublatam obstare non solùm parti, sed etiam Iudici, itaùt non possit contra gratiam iudicare, maximè in casu, in quo est iuncta cum alia clausula, quod de subreptione, & obreptione dici non possit, iuxtà decis. Put. 377. num. 3. & tenuit Rot. in causa Calag. iurisdictionis, atq; in alia Agrigentina Palatij, & aliàs sæpissimè.* Quibus non obstat, quod dictæ clausulæ debeant referri ad ipsos contrahentes, non autem ad Tertios, quia cùm sint absolutè positæ ad validitatem gratiæ, debēt intelligi generaliter, respectu quorumcumque.

Quibus rationibus, & auctoritatibus fundare conabantur huius partis defensores, non esse audiendam Vniuersitatem prædictam.

Sed respondebatur his pro parte Vniuersitatis Ciuitatis Regalis, pri-
29 mò, legum † illarum regulam tot pati limitationes, quod perrarò accidere potest, vt locum habeat, ùt tradit D. Regens de Ponte cons. 59. nu. 49. vbi sic ait. *Si concessio nulla est, nō oportet vagari super vana exceptione legis benè à Zenone, quæ habet tot limitationes secundùm Felyn. in c. qua in Ecclesiarum de constit. ùt nunquàm ipsius regula potuerit practicari.*

Nec obstare dicebatur, iàm per S Maiestatem fuisse declaratum, omnes velle supplere defectus requisitorum, ad hoc, ùt locum habeat lex prædicta, vndè in claris non esse locum disputationi; quia Sua Maiestas per illa verba nihil aliud voluit, quàm exprimere, quod leges illæ statuerūt, vndè si secundùm regulas locum habere non potest illarum legum dispositio, Suæ Maiestatis intentio non fuit aliquid de nouo addere.

Dicebatur secundò, pro parte Vniuersitatis inter alias limitationes dictarum legum, vnam esse ad casum nostrum applicabilem, quæ est, non
30 † procedere regulam prædictam, quando ambo habent causam ab eodem Principe, nàm tunc certū est non posse tueri exceptione legis benè à Zenone ad excludendum alterum, cùm primus prætendat titulum ab eo dē Rege, siuè eius Antecessore, dixit Roder. Xuar. alleg. 8. nu. 6. Rom. cons. 298. nu. 3. Gram. decis. 65. nu. 43. sed quia huic argumento pro parte Ducis respondebatur, doctrinam illam Roder. Xuar. habere locum, quando Rex primò concessit rem Titio, deinde Caio, quia tunc si primus peteret à secundo, non posset se iuuare beneficio legis benè à Zenone, replicabatur pro parte Vniuersitatis, Doctores non considerare causam, de qua Xuarez, sed regulam, quando scilicet ambo causam habent ab eodem Principe.

Dicebatur vlteriùs, pro Vniuersitate, non habere locum dispositionē dictæ legis benè à Zenone, quando potest considerari aliqua occasio, quantùmuis leuissima, vt docuit ex Bald. & alijs, quos allegat Ant. Gab. lib. com. opin. tit. de acquir. vel amitt. poss. concl. 2. num. 35. Hanc dicebat Vniuersitas euidentem hic esse, cùm non fuerit Suæ Maiestati facta relatio priuilegiorum prædictæ Vniuersitatis, & aliarum causarum, quæ mouere poterant animum Suæ Maiestatis, vt illam non alienaret, vndè per errorem fuisse factam concessionem apparebat.

Dicebatur tandem pro Vniuersitate

te prædicta, substantiale fundamentum illarum legum, omnes, & benè à Zænone illud esse, ùt Princeps tempore concessionis possideat tem alienam, quam bona fide, & tanquàm suam concedat, ùt post Andr. in c. 1. §. & bona committentium nu. 28. quæ sint regal. nos diximus ad Rub. de constit. Princip. c. 1. num. 18. præsupponitur ergò, quod res sit aliena, & à Principe concedatur, quod assumptum hic deficere clarum erat, nàm Vniuersitas Ciuitatis Regalis non erat aliena, sed Suæ Maiestatis, tàm respectu directi, quám vtilis dominij. Neque Vniuersitas habet aliquod dominium, siuè possessionem, sed habet solùm ius quoddam à Principe sibi concessum ex causa seruitiorum illius, per quod licet Vniuersitati se opponere contra concessionem factam, dicendo non posse Principem rem illam suam donare; quia promisit id non facere, & sic vigore pacti ex iure gentium impedire alienationem, quam facere Rex intendit, vel alias factam reuocare, & sic nos non esse in terminis dictæ le-
31 gis benè à Zænone, †cuius condendę legis causa illa fuit, vt donationes Regum essent perpetuò mansuræ pænes donatarios, quibus molestiam inferri
32 Imperatores noluere, † quia licet nō possit Princeps rem alienam concedere, ex Litem si verberatum ff. de reiuend. neq; alienæ rei dominium tollere, ex traditis à nobis in rubr. de constit. Princip. c. 1. nu. 49. & sequentib. id tamen ex causa facere posse ibi diximus, & præsertim ad lites tollendas, proùt fecit Serenissimus Rex Catholicus, condendo Pragmaticam dictam Tori, quæ est 4. sub titulo de possessoribus nō turband. in lib. Pragmat. Hoc siquidem Ius, quod Vniuersitas acquisierat à Rege, non cōcessit Sua Maiestas, cùm in priuilegio verbum nullum adsit, per quod detur intelligi, Suam Maiestatem voluisse illi derogare, vndè sequitur,
hodię ius istud sit pænes Vniuersitatem, nec per concessionem illam trāslatum in Ducem, & sic terminos legum omnes, & benè à Zænone applicari non posse, ad quod faciunt, quæ tradit Capyc. decis. 166. num. 3. cuius doctrina ponderatur infrà nu.

Neque his obstare dicebatur verba priuilegij, quæ superiùs pro parte Ducis fuerunt pōderata; Primò, quia Sua Maiestas certum est noluisse ter-
33 tio præiudicium inferre, † per clausulam supplentes, quę id non operatur, tradit Marta in tract. de claus. ibi nu. 9 Secundò, quia vt clausula prædicta operari posset, necessarium erat, vt facta fuisset specialis mentio requisitorum, quę suppleri debebant, vt voluit Dec. cons. 606. Ferret. cons. 31. num. 33. vol. 1. Io. Andr. in clem. pastoralis de re iud. per quam dispositum est, vt specificè exprimantur. Ex quibus omnibus dicebat Vniuersitas, nō obstare oppositam exceptionem legum, omnes, & benè à Zænone, sed procedendum fore ad explicationem articulorum per ipsam oppositorum aduersus donationem prædictam. In hoc articulo Domini de Consilio tenuerunt, non habere locum leges, omnes, & benè à Zænone, & sic fuit actum de exceptionibus oppositis pro parte Vniuersitaris.

His igitur discussis, quæ ordinem causæ respiciunt, deueniendum est ad Tertium Articulum principalem, qui respicit Principis potestatem.

Dicebatur enim pro parte Vniuersitatis, priuilegium illi concessum reuocari minimè posse, quod fuerat cōcessum ex causa seruitiorum, proùt verba priuilegij docent, ibi. *Prout hæc, & alia ipsorum fidelitatis merita, & seruitia constant Illustribus Ascanio, & Martio Columna, & Marchioni Vasti, Aymonis, & spectabili Comiti Sancti Valentini, & Magnificis Iulio de Capua, & Ioanni Baptista Sauello, sunt*

tunc temporis Gubernatoribus in Prouincijs prædictis, & quam pluribus Capitaneis, & Stipendiarijs nostris Hispanis, & Italis, qui prædictam ipsorũ exponentium sinceram fidem, & fidelitatem viderunt oculatim, & cùm eorum manibus tetigerunt, non sinè maximo damno, & iactura ipsorum supplicantium, nullis suarum personarum parcendo, periculis, sumptibus, & laboribus, propter quod, & ùt possint in dicta ipsorum fidelitate semper continuare, & permanere, ipsorumq; & suorum filiorum vita, & bona exponere pro nostra fidelitate seruanda, & pro statu, & seruitio nostro, & in recompensam dictæ ipsorum fidelitatis, & prædictorum ipsorum seruitiorum, & damnorũ passorum, Maiestati nostræ humiliter pro ipsorum parte fuit supplicatum, quatenùs dictæ Terræ, & prædictis Vniuersitati, & hominibus demanium prædictum, in quo in præsentiarum reperiuntur, nec non omnia, & singula priuilegia, omnesq, prærogatiuas, & gratias, immunitates, statuta, & capitula, & consuetudines, quas, & quæ obtinuerunt, & obtinent à Serenissimis Regibus, prædecessoribus nostris, si, & prout hactenùs in possessione extiterunt, & in præsentiarum existunt confirmare, & quatenùs opus est aquè principaliter de nouo concedere dignaremur. Nos itaquè attentis situ, & qualitate Terræ prædictæ, & ipsius importantia statui, & seruitio nostro & attenta dicta eorum fidelitate, damnis passis, & omnibus alijs prædictis, habentesquè respectũ, vt par est, & Maiestati nostræ conuenit, dictam eorum fidelitatem, & seruitia nostræ Maiestati præstita, quæ præstant ad præsens, & præstituros speramus de bono semper in meliùs continuatione laudabili, iàm dictæ Terræ Ciuitatis Regalis, ac Vniuersitati, & hominibus ipsius Terræ, tenore præsentium nostra ex certa scientia, dominica potestate, motuq; proprio, & ex gratia speciali, & in recompensam dictorum damnorum per eos passorum, & pro ipsorum fidelitate prædictum demanium, in quo in præsentiarum Ciuitas ipsa reperitur, necnon omnia, & singula priuilegia, omnesq; prærogatiuas, & gratias, statuta, capitula ac cõsuetudines, iuxtà tenorem dictorum suorum priuilegiorũ, ac si, & prout in possessione ipsorum, & ipsarũ hactenùs extiterunt, & in præsentiarum existunt, confirmamus, ac aquè principaliter quatenùs opus est, de nouo concedimus, nostraq; confirmationis, & aquè principaliter nouæ cõcessionis munimine, quatenùs opus est perpetuò roboramus, & validamus.

Ex his priuilegij verbis, cùm constet de seruitijs præstitis per Vniuersitatem prædictam Regiæ Maiestati
34 dicebatur † concessionem transiisse in vim contractus, & per consequens irreuocabilem esse, quod dixit Bald. in l. qui se patris nu. 34. C. vnde lib. Ias. in l. ex hoc iure nu. 54. cum seq. ff. de Iust. & Iur. Felyn. in c. nouit de iud. nu. 12. Pinell. in l. 1. 3. part. n. 59. C. de bon. mater. Tiraq. in l. si vnquã verb. donatione largitus nu. 14. C. de reuoc. dona. vbi plurimos refert, Purp. in l. Imperium num. 165. ff. de iurisd. omn. iud. Paul. Castr. in l. digna vox nu. 6. C. de legib. Tib. Decian. cons. 51. num. 26. vol. 3. latissimè Roland. à Vall. cons. 76. nu. 19. vol. 2. Gozadin. cons. 5. num. 10. & 11. Ludou. Rom. cons. 436. num. 16. Carol. Ruyn. cons. 130. nu. 19. vol. 4. Dec. cons. 385. n. 6. & 604. nu. 9. Regner. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 6. Camill. Borrell. de præstantia Reg. Catholici c. 53. nu. 6. Afflict. decis. 128. & 282. nu. 7. idem in constit. ea, quæ ad decus nu. 4. cum seq. & in constit. instrumentorum robur. Thom. Gram. dec. 65. nu. 24. Caualc. de Brach. Reg. 6. par. nu. 406. Aegid. Boss. in tit. de Princip. nu. 151. Anibal Troisi. super ritu M. C. V. Reg. Neap. 46. nu. 6. Carau. super eod. rit. nu. 25. & nox diximus in l. fin. ff. de constit. Princip.

Princip.c.9.nu.1.& per totum,& nouissimè Philip. Pascal.tract. de virib. pat.potest.par.1.c.1.nu.49. Mastrill. de Magistrat.lib.3.c.4. num.328. & seq. vbi plura ad materiam. Cuius quidem rei ea est ratio, † quia Princeps iudicatur in hoc,vt quilibet priuatus,quod tradunt DD.in c.1. de probat. Marta de iurisd.4.par.sect.1. casu 89.num.8. Albertus Brun conf. 114. num.126. Sigismund. Loffred. cons.38.num,28. Ludou.Rom.cons. 352.n.16.& latissimè Dec.cons.285. num.7.Ioan.Franc.de Pont. cons.53. nu.6. Anton.Fab. in Codice Fabr.in diffinit.12.num.1, in tit. de reiuend. Bertran. cons.154.nu.2.vol.3. par.1. Mastrill.de Magistra.lib.3 c.4 n.333.

36 obligatur †.n.Princeps iuregentium quod dixit Imperator in l.Cæsar ff.de publ.& vectigalibus,facit text.in l.cũ hæredes C. qui test.fac. poss. ibi. *Ius commune cum cæteris habeant*, quod Imperator Theodosius, & Valentinianus expressè dixerunt in l.fin.C.de appellat. in Cod. Theodos.ibi. *Salua enim nostra reuerentia Maiestatis, ius nobis cum priuatis non dedignamur esse commune*, ad quod multa tradit Morla in emporio iuris 1.p. 1.

37 quæst. † in quo etiam consideratur eiusdem Principis vtilitas,nàm si Princeps non ligaretur lege contractus, nemo cum illo contraheret, & per consequens humana communione priuaretur, & omnia ad tyrannidem reducerentur, & alia sequerentur absurda, de quibus diximus ad d. l. fin. de constit. Princip. p.2.c.9. in princ. quod ex Bal.auctoritate in l.Princeps in 1.lectur. ff de leg.dicit Mastrill.de Magistrat.lib.3.c.4.num,337. Sicuti respectu minorum considerauit Iureconsult.in l.quod si minor §.non semper ff de minorib.*Non semper* (inquit

38 Iureconsultus) *ea, quæ † cum minoribus geruntur rescindenda sunt,nè magno incommodo huius ætatis homines afficiantur, nemine cum his contrahẽte.* Ad quod faciunt, quæ adducunt Dec.d,cons.285. Betrand. cons.405. vol.6. Ludou.Rom.cons.352.nu.24. Bald. conf.327.nu.20.lib.1. Ias. in l. 1.col.1.ff.de pactis, Suar.alleg.9.nu. 2. Philip.Pascal.de virib.patr.potest. p.1.c.1.nu.49. Quæ conclusio non solùm procedit, quando Princeps specialiter reuocare vult priuilegium ex causa meritorum concessum, sed etiã quandò per legem generalem hoc vult facere,ùt post Abb. & Felyn.dixit Mandel. Albens.cons.185.nu.18. cum sequentib.

Et licet fuerit inter Doctores controuersum,an Princeps possit obligari naturaliter, & ciuiliter, vt dixit Bald.in c.1.circà fin. de alienat.feud. ibi.*Tantæ enim celsitudini lex imponi non potest,cui Deus,& ipsas leges subiecit*, & Iureconf. in l. si de re sua ff. de recept.arbitr.Receptior tamen est opinio, ùt obligetur ad suorum contractuum obseruantiam, Bald. in l. Princeps ff.de legib.quem sequuntur Paul.Castr.ibi num.4. & Ias. num.5. Felyn.in c.1.de probat.nu.3.& Ant. Gomez variar.resolut.c.1.n.1. quod in casu isto teneri Principem, dicebat Vniuersitas,cùm in priuilegio illi cõcesso sæpè fiat mentio seruitiorum per ipsam præstitorum, & hoc præcedente informatione aliquorum procerum, & strenuorum militum Suæ Cæsareæ Maiestatis Ministrorum, ad quod facit Bald. doctrina in l. si cùm mihi ff. de dol. vbi dicit. *Item dixi,*

39 † *quod priuilegium concessum,quod nõ pendet ex sola auctoritate concedentis, sed ex iure alteri quæsito,propter illius factum,non potest reuocari, & per hoc alia die consului in Ciuitate Senarũ, quod priuilegium datum quibusdam bannitis,quod possint securè morari, eo quod illorum opera illud commune occupauerat, quoddam Castrum erat irreuocabile*, quod tradunt Bart. & DD.in l.omnes populi ff.de iust.& iur. Ias.in cons.56.1.vol.

Hinc

Hinc dixit Afflict.in c.1.§ potestas
40 num.2. quæ sint regalia, † quod si Princeps concedat alicui officium, aut Castrum,non potest illam concessionem reuocare, aut alteri concedere absquè causa, quia lęderetur ius naturale, cui Princeps derogare non potest,ad quod plura tradit Pet.Ant. à Petr.de potest.Princip.c.32.dub.2. princ.nu.154. Immò non solùm in isto casu contemplata fuerunt seruitia, sed etiam damna passa per Vniuersitatem prædictam,& sic ex causa onerosa priuilegium demanij fuit cōcessum, pro quo addncebatur text.in l.si pater §.final.ff.de donat.vndè nequè ex hoc capite reuocari posse dicebatur, ad quod faciunt, quæ latè diximus ad l. fin. de constit. Princip. 2.p.c.9.nu.6.cum seq.

Nequè dicebatur teneri Vniuersitatem prædictam ad probandum seruitia talia esse,quę æquiparentur cōcessioni prædictæ,cùm in ipso priuilegio specialis ipsorum fiat mentio
41 † vndè Principis assertioni standum est, non solùm in præiudicium ipsius, sed etiam Tertij. tradit Ias. in l. si donatione num. 7. C. de collat. & cons. 227.nu.37.& 38.vers.10. ad idem
42 vol.2. vbi rationem adducit, † quia licet in personis priuatis, quæ non possunt liberè actum facere, non stetur confessioni per eos factæ, quoniā censetur suspecta, & præsumitur falsa l. si fortè ff.de castrens.pecul.tamen quando talis confessio fit à Iudicibus, vel alijs personis habentibus iurisdictionem à publico, licet faciant illam confessionem in actu,in quo liberè nō possunt disponere, statur omninò eorum confessioni, & plenè probat, lex enim præsumit pro Iudice, vel alio iurisdictionem publicam habente, quod non facit pro priuato,secundùm Bald.in rub.de off.deleg.col penul.& si ista procedunt in Iudice, magis procedunt in excelso Principe, apud quē est plenaria iurisdictio patriæ, & regionis, tradunt Bart. in l.ambitiosa nu.28. de decret.ab ordin. faciendis, Natta cons.522.num.31.Mascard.de probat.concl.139.nu.17.& 30. Illud enim, quod Princeps credit, & nos
43 credere debemus,† quia dictum Principis pro lege habetur, *quis enim*, (inquit Imperator in l fi.C.de legib) *tantæ superbiæ fastigio tumidus est, ùt regalem sensum contemnat.* Quod nos latiùs diximus in l.si de const. Princ. 2.par.c.9.nu.8.& 13. maximè, quando Princeps id facit ex certa sciētia, & non ageret de suo interesse,vt inibi diximus nu. 16. ex doctrina And. in c.1.§.Sancimus *el* 2. quo tempore mil.nu.3 in fin.D.Garsias Mastrill.de Magistratib.lib.3.c.4.n.51.& sequēt. præsertim vbi asserit se habere plenā scientiam, nàm aliàs esset arguere Principem de mēdacio,quod hic magis procedere dicebatur, sunt enim verba Principis cōtrà se,& nō pro se, vt docet And.in c.1.n.15. qui success. teneāt.& in dd.l.fi.p.1.c.2.n.4.diximus
44 † etiam in feudis faciendam esse latā interpretationem verborū Principis.

Quę quidem assertio maiorem vim habebat, quia facta fuerat ab Imperatore,præuia informatione virorum, & sanguine, & dignitate illustrium, aliorumquè militum strenuorum, qui testes fuerant fidelitatis prædictæ, & damnorum, quæ Vniuersitas passa erat, ùt legitur in priuilegio Vniuersitati concesso, cuius verba adduximus supra nu.33.ibi.*Constant Illustribus Ascanio,& Martio Columna, &c.*
45 † & quando Princeps attestatur aliquid præuia informatione habita à fide dignis, creditur ei,etiam si attestetur de facto alieno,Ang.cons.368. Imol.in clem.1.col.vlt.de prob.Socc. Sen.cons.266.nu.27. vers.confirmatur vol.2.& alij,quos refert,& sequitur Menoch.cons.100.num.22.& 23.

Nequè dicebatur in huiusmodi donationibus remuneratorijs, ità strictam esse exigendam rationem meritorum,

47 torum, † vt per omnia æquiparentur
rei donatæ, quod videtur voluisse
Summus Pontifex in c.cæterum de
donat.vbi inquit. *Data rei quantitas,
& illius Terræ consuetudo, quæ tamen
Sacris Canonibus non obuiet, est dili-
gentiùs attendenda*, & secundùm hoc
est donum ratum, vel irritum iudicā-
dum, út habetur in c. relatum el 2.de
testam. ibi. *Aliqua iuxtà seruitij me-
rita conferantur*, Oldrad. cons. 226.
col.pen. Tiraq. in l.si vnquàm verbo
donatione largitus n.79. nàm recep-
tior opinio est, sufficere merita ascen-
dentia ad medietatem valoris merce-
dis, vt diximus post alios ad l. fin. de
const.Princip.2.p.c.9.num.8.sed hoc
casu seruitia donationem superare
dicebatur; nàm quod Princeps pro-
miċtat retinere†pœnes se in demanio
aliquam Ciuitatem, siuè Castrum,
hoc non tanti æstimatur, sicut si ven-
deret alijs, ad quod faciunt verba
Capicij decis. 166.nu.3.vbi ait. *Tùm
etiam, quia Rex non donat vassallis
vtile dominium, quandò concedit de-
manium, sed retinet pro se, vndè si esset
alienaturus alij pro triginta millibus,
recipiendo decem millia ab Vniuer-
sitate, quod retineat eam pro se, videtur
magis lucrari, quàm recipiendo trigin-
ta millia ab emptore*. Eò magis, quia
48 † in huiusmodi donationibus debet
etiam considerari consuetudo Prin-
cipis concedentis, ùt voluit Tiraq. in
d.l.si vnquàm verb. donatione largi-
tus nu.84.& est text.in c.1.de donat.
ibi. *Hanc sibi quodammodò nobilitas
legem imponit, vt debere se, quod spōtè
tribuit, existimet, & nisi in beneficijs
suis creuerit, nihil se præstitisse putet*,
quod etiam nos diximus loco proxi-
mè citato num.8. & Pascal. de virib.
patr.potest.p.1.c.1.nu.55.

Nequè his obstare dicebatur, quod
Pinell. voluit in l.1.3.p.n.60.& 62.3.
49 illat. C.de bon.mater.†ea scilicet ser
uitia facere donationem remunera-
toriam, quæ poterant præstare ius
agendi, vel officium Iudicis, nàm re-
spondebatur, esse hanc opinionem
contra communem, & etiam contra
Principis liberalitatem, & cōtra eius
vtilitatem, ùt ponderat Tiber. Dec
cons.25.num.69.vol.5.cuius verba
hæc sunt. *Sentiet ergò generosus Sere-
nissimi Ferdinandi animus vocem
illam naturæ, vt benefacienti ben efa-
ciamus, de qua Ioan.de Amic.cons.102.
col.4.quem refert, & sequitur Soccin.
Iun.cons.68.nu.180. vol.3. gratitudo
enim præcipua est Principis virtus, quæ
ipsam coronat, vt inquit Senec. de
benefic. & ingratitudini opponitur, quæ
maximum est, & supremum omnium
vitiorum, & quæ semper exulauit ab
Illustrissima hac domo Austriaca, nàm
(ùt inquit Seneca loco præallegato)
per se fugienda est res ingrata, etiam
quoniam nihil æquè concordiam huma
ni generis dissociat, ac distrahit, quàm
hoc vitium, & est ratio secundùm Cas-
siod. lib.2. epist.16. quia nutriunt præ-
miorum exempla virtutes, neq; enim
quisquàm reperietur, qui ad virtutis
summam nitatur ascendere, quando
irremuneratum relinquitur, quod
conscientia teste laudatur; nàm (vt idē
Cassiodor. lib. 4. ep. 11. inquit) nihil
grauiùs, quàm ùt fructu suo fraudetur
industrius, & ùt cui pro sedulitate con-
ferri debet præmium, dispendium pa-
tiatur iniustum, & malorum omnium,
hoc videtur extremum, ùt indè quis
cogatur detrimēta suscipere, vndè cre-
debat sibi, familięq; suę subsidia proue-
nire, proùt contingeret huic Illustrissi-
mo Baroni, qui vitam, & opes consum-
psit, ac fratres duos amisit in seruitijs
huius Serenissimę domus, quod tamen
minimè timet futurum pro singulari
clementia, & liberalitate Illustrissimi
Archiducis Ferdinandi*. Hæc Decian.
& circa hoc, quod diximus de vtilita
te Principis, tradit Paul. Castr.cons.
187. nu.5. vers. his non obstantibus,
vol.2.& quàmuis in d.l.si. diximus,
opinionem Arii Pinelli veriorem esse,
diximus

diximus tamen contrariã esse æquiorem,& hodie post tot annorum curricula, in quibus experientia docuit, quantùm subditorum animos excitet, Principum liberalitas, & quanti illius intersit,quantumuè bono publico côferat,credimus affirmari posse,æquiorem,tutiorem,& magis proficuam esse communem opinionem.

50 Dicebatur præterea, merita† tripliciter considerari posse, adhoc ùt donatio dicatur remuneratoria. Primò, quando producunt ius agendi, siuè debitum legale. Secundò, vt si non legale debitum, saltim naturalem producant obligationem. Tertiò, circa obsequia debita, sed perfectè, & maxima cum Principis satisfactione præstita,& in his, quæ non producunt ius agendi, negari non posse, quin saltim naturalem, & mutuam gratificandi obligationem inducant, vt dictum est in decis. sequenti in causa Ducis Suessæ, quæ sufficerent,nè possit donatio reuocari.

Dicebatur vlteriùs, donationem

51 † istam non esse reuocabilem, quia fuit facta cum consensu Consilij Regis ; nàm tunc neque successor potest reuocare, videtur enim Regnum côtrahere,vt docet Afflict.decis.101.Restaur. Castal. tract. de Imper. q.114.

52 nu.3.†Rex enim regulariter non potest alienare Ciuitates, & Castra Regni sinè consilio Procerum,vt ex cap. intellecto de iureiur. & alijs comprobat Humada in l. 5. tit.15.p.2. glos. 2.vers. *que nunca en su vida*,vbi hanc conclusionem ampliat pluribus modis,& nos diximus ad l.fin.de constit. Princip.c.9.2.par. nu.16. nàm quando Princeps aliqua facit cum consensu Procerum,censentur illa ritè,ac rectè processisse, ùt dixit Andr. in c.1. qui successor.teneant.el 1.nu.16.

Nec ab re dicebatur,priuilegium istud fuisse confirmatum per Inuictissimum Philippum II.Regem nostrum, & non est præsumendum,Principem velle derogare actui confirmato,quia licet confirmatio non sit noua côcessio, dat tamen robur, atquè virtutem priori concessioni, vt voluit Aret. cons.15. circà fin. secundi dubij. Id etiam tenuit Io. Neuiz. in cons. 12. quod est inter consilia feudalia Alberti Bruni num.38. Dec. cons.164. nu.3.

Neque solum prædicta procedere dicebatur, respectu Regis concedentis, verùm etiam respectu successoris, quia cùm (vt diximus) priuilegium prædictum processerit ex causa seruitiorum factorum Regiæ Coronæ,& damnorum,quæ Vniuersitas ipsa sen-

53 sit † transiuit priuilegium prædictum in vim contractus,ideoquè nec etiam successor potest illud reuocare,vt probat tex.in c.1.de probat.ibi *Quatenùs pacta in Cartophilacio requireret, quæ dudum inter Iustinianum Principem, & prædecessores tuos fuerunt emissa,vt ex his colligeret, quid tibi seruare deberet*,& in c.si ea 25.q.2.ibi.*Si ea destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed euersor esse iustè comprobarer*,& in l.donationes C.de donat.inter vir. & vxor. & in successore Pontificis dixerunt Ias. cons.86.col.5. lib.2. Roland. cons.1. num.42.lib.2. & de successore Regis Bald. in d. l. digna vox C. de legib. Io. Igneus in d.l.donationes nu.5. C. de donat.inter vir.& vxor. Cardinal. Paris. cons.2.nu.132.lib.4.& generaliter tradunt Ruin.cons.7.nu.17. lib. 1.& cons.69.nu.23.lib.3. Iacob. Toming.cons.43.num.9. Tiber.Decian. cons.5.nu.52.qui loquitur in concessione immunitatis facta subditis, & respondet affirmantibus contrarium

54 † dicens, illorum opinionem esse intelligendam, quandò Princeps agit de ligando successores per viam legis, non autem per viam contractus,Ioan. Bapt. Plotus cons.11.nu.4. Menoch. cons.534.num. 1.lib.6. tradit plura Rom. cons. 345. num. 9. Sigismund.

Loffred. conſ.38.nu.34. Matth.de Affl.d.deciſ.128.nu.9. & deciſ.17.nu. 5.vbi Vrſill.nu.7. Ant.Cap. deciſ.121. nu.1. Iacob. de Sancto Georg. in inueſt.feud. in verb. Princeps verſ. ſed an Princeps nu.1.& nos diximus ad d. l.fin de conſt. Princ.par.2.c.9.nu.11. & poſt hęc ſcripta Maſtrill. de Magiſtrat.lib.3.c.4.nu.341 qui dixit num. 340. ſucceſſorem teneri ſeruare contractum licitum ſui prædeceſſoris,quę omnia eò magis procedere dicebatur, quia ſumus in ſucceſſore iure hæreditario, non electionis, & ſic obligatur ſucceſſor,ſicut idem Princeps,qui cõtraxit,Bald. conſ.326. num.6. lib. 1. Menoch d.conſ.534.n.3.lib.6. Loffr. d.conſ.38.n.18.& Cõſil.Philip.Paſc. de virib.patr.poteſt.par.1.c.1.nu.50.

Vltra prædicta dicebatur,pro parte Vniuerſitatis Ciuitatis Regalis, Prin-
55 cipem † non poſſe præiudicare Tertio reſpectu iuris quæſiti, ex Gram. conſ. 100.num.60.Bald.in l.ſi cùm mihi ff. de dol. nàm licet Principis poteſtas ſumma ſit, itàut de illa diſputare ſacrilegij,quaſi crimen ſit,vt inquit Imperator in l.diſputare C. de crim. ſacril.& l.ſacrilegij C.de diuerſ.reſcrip.
56 & in Conſtit.Regni diſputare † illa tamen Imperialis Sanctio intelligitur ſolùm circa ea, quæ ſunt iuris ciuilis, & merè poſitiua, ſecùs quoad ea,quę ſunt iuris naturalis, vel gẽtium,proùt ſunt contractus, vt ait Philip. Paſcal. de virib.patr.poteſt par.1.c.1.nu.90.
57 & quando † agitur de præiudicio Tertij, certum eſt,id facere non poſſe,niſi ex cauſa publicæ vtilitatis, & ſatisfacta priùs parte læſa, iuxtà l. Lutius ff. de euictionib. cũ adductis à Petra † de poteſt.Princip.c.24.nu.16.& ſeq.Co-
58 uarr.lib.3.var.reſol.c.6.num.6.†omnia enim reſcripta Principis intelligẽda ſunt abſquè præiudicio Tertij, l. quoties C.de precib. Imper.offer. Bal. in c.1. §.fin. quid ſit inueſtit. Oldrad. conſ.268. in princ. Calder. conſ. 12. ſub tit.de priuileg.Dec.conſ.11.num. 4.& nos latè diximus ad Rub.de conſtit. Princip. c. 2. & verba potiùs impropriãtur,quàm quod Tertio præiudicium inferant,Alex.conſ.125.nu.3. vol.2. Dom. in c. ſi poſtquàm col.vlt. de præbend.in 6.quem ſequitur Dec. d.conſ.11.num.4. Felyn.in c.ſuper eo nu.5.de off.deleg.Compoſt.Io.Andr. Butr.Imol.Dom. & Felyn.in cap.cauſam, quæ de reſcript. nè iniquum fiat Principis reſcriptum, l. ex facto ff. de vulg.& pupill.Bal.in d.c.ſuper eo in
59 prin.de off.deleg. † nequè hoc eſt lædere poteſtatem Principis, immò illã augere, cùm eius interſit contractus ab ipſo celebratos perpetuam firmitatem habere, eiuſquè auctoritati,& decori cõuenire fidem ſeruare, immò Bald.conſ.327.vol.1.dixit,Principem debere eſſe immobilem,ſicut lapis angularis, & ſicut Polus in Cœlo, Regiasquè donationes oportere eſſe omnis diminutionis expertes,dixit And. in c.1.n.26. de Capit. qui Cur. vend. & Imp. Iuſtinian. in auth. de referendarijs §. 1.dixit. *Non, vt quæ ſunt auferamus ei conceſſa, nequè enim hoc Imperialis Maieſtatis proprium eſt*, & in auth.conſtitutio, quę de dignitatibus §.illud,dicit Imper.pulcherrima verba,*vt nihil horum, quæ ab Imperio conferuntur eis deeſſe videatur*. Hinç
60 eſt, quod † ius alteri quæſitum,tollere non poteſt, quod nedùm fundatur ex defectu poteſtatis Principis, immò in ſua propria Maieſtate, ſed innititur rationi naturali,Dec.conſ.343.col.3. verſ.& quia poſt aditam,& conſ.383. col.6.verſ.3.communis opinio, Natta conſ.470. num.14. Cæph. conſ.342. nu.75. & 76.latè Molin.lib.2. de Hiſpan.primog.c.7.num.29.Pinell.1.p. rub.C.de reſcind. vendit. c.2.num.3. cum ſeq. quemadmodum, nec ius ciuile tollere poteſt fundatum in æquitate naturali, vt docuit Felyn.in cap. ad audientiam el 2. verſ. nihilominùs attende de reſcript.in c.quę in Eccleſiarum nu.51. de conſtit Hippol.de Marſil.

Marsil. in l.1. §. si quis vltrò num.63. vers.& facit,ff.de quæstionib. Rip.in l. quominùs nu.10.de fluminibus, quos refert Cæphal.vbi suprà nu.76. quod non solùm dicebatur procedere in donatione remuneratoria, & ex causa
61 meritorum,sed etiam in quauis†simplici donatione facta subdito,quam reuocari non posse, sequuta traditione diximus ad l.fin. de constit. Princ. par.2.c.9.num. 54.licet in priuilegio, per quod dominium non transfertur Principem reuocare posse, communiter DD.affirmant,quorum antesignanus est Bald. in l.qui se patris nu.34. C. vnd. lib. quem sequuntur plures à nobis relati loco citato nu.56. contra quos insurgunt Aquil. & Molin.de primogen.Hispan.lib.4.c.3. num. 18. cuius verba hæc sunt. *Immò si rectè hæc considerentur,opinio illa, quod scilicet Princeps valeat priuilegium absq; causa legitima reuocare, quàmuis cõmunis sit,iuris tamen, ac rationis fundamẽtis destituitur, nàm præter quàm quod ex d. l. qui fundos, quæ erat eius præcipuum fundamentum, non probatur,nec etiam probetur ex tex.in c. veniens de præscript. & in c. suggestum de decim. & in c.in nostra de iniur. & in c. fin. de sent. excom. & in c.1.de constit.in 6.nec ex aliquo ex illis iuribus, quæ ad huius opinionis comprobationem adduci solent, prout ex illis cõstat, & si otium daretur facilè probari*
62 *posset,* †*quod nihil magis Regia Maiestate indignum dici valet, quàm quod Princeps absquè causa possit propria priuilegia reuocare,cùm inconstantia, & variatio in Principe reprobetur, præsertim in beneficijs à se concessis,* quod nos inibi ponderauimus, affirmantes non esse passim huiusmodi reuocationes faciendas,nè Princeps inconstantiæ arguatur, vltrà quos est videndus Ferdinand.Mendo.de pact. lib.1.c.5.nu.40. Bald.in c.1.de feud. fine culpa non amittendo, vbi voluit,
63 quod † sicut Princeps non potest tollere feudum alteri concessum, ità nec priuilegium, & Affl.in c.1.§.similiter nu.16. de Cap.qui Cur.vend. vbi sic ait,*quod sinè causa, non potest Princeps tollere priuilegia per eum alteri concessa,& maximè,quod,proprium Regis est,concessa per eum non auferre,* quòd latiùs prosequitur And. in d.c.1. §.similiter nu.25.de Cap. qui Cur.vend. inuehens contra illos, qui persuadent Regibus posse priuilegia ab ipsis concessa,reuocare.

Sed dato,quod posset Princeps reuocare,neminem tamen negare posse
64 dicebatur†id Principem non decere, quia quod honestè, & decentèr facere non potest, non dicitur posse facere l.nepos proculo ff.de verb.signif. & nos diximus ex text. in l. filius, qui de condit.instit.ad rub.de const.Princip.c.1.nu.51. & licet in l.15. tit.10. lib. 5.nouæ recolect. dicatur. *Tenemos por bien,y mandamos,que las mercedes, que se hiçieren por sola voluntad de los Reyes, que se puedan del todo reuocar,* attamen in l. 6. eiusd. tit. contrarium statuitur, dùm ait. *Las cosas, que el Rey diere à alguno, que no ge las pueda quitar el, ni otro alguno sin culpa.* Quarum legum conciliatio est, ùt prima procedat,qñ nõ est alteri ius quæsitum,secùs verò,qñ,aut dominiũ transiuit,aut ius alteri est quæsitũ,ùt declarat Mattiẽ.ad d.l.6.glo.1.n.5.& seq.quia licet acquisitio sit de iure ciuili dominiũ tñ est de iure naturali, quod gentium appellatur, vt inquit Andr.Isern. d.c.1.§.similiter n.27. de Cap.qui Curiam vendidit,vbi ait.*Nõ ergò Princeps auferet ab inuito*]*sine causa,ff.de natal.rest. l. quaris,*& postea subdit,*ex causa posset,*& Moli.lib.2.de Hisp.primog.c.7.nu.8.& nos diximus ad rubr.de const.Prin.c.1.n.49.& 50.

Neque his obstare dicebatur,quod pro aduersa parte allegabatur, nempè id Principi competere, vigore supremæ, & absolutæ potestatis, iuxtà doctrinam Castrens. in l. digna vox

nu.6.verſ.quando autem,non per viā contractus C.de legib.& in l.reſcripta nu.3.C de precib. Imper. offer.cuius opinionem communem eſſe,docet Curt.Iun.in l.venia nu.6. C.de in ius
65 vocand. vbi dicit. *Principem † de poteſtate abſoluta poſſe tollere ius alteri quaſitum,ex diſpoſitione iuris poſitiui, vel priuilegij ſinè cauſa*, quod tradit Crauet.conſ.869.nu.6.lib.5.Surd.d. conſ.419.nu.46.& quod poſſit etiam de plenitudine poteſtatis rem vnius alteri concedere, tenuerunt Iacob. Butrigarius in l. 2. C. de quadrien. præſcript. Ioann. de Anania conſil. 85.ad finem, Salicet. in l. fin.nu. 3. ad fin. C.ſi contra ius, vel vtil. public. vbi dixit, quod licet regulariter Princeps non poſſit ſtatuere contra ius gentium, tamen de plenitudine poteſtatis, id facere poteſt, quem ſequuntur Gozad. conſ.92. num. 17. Bald. & Salicet. in d.l.reſcripta C. de precibus Imper.offerend. Angel. in l. 3. §.ſi is, pro quo in princip. ff. quod quiſquè iur.& in l,item ſi verberatum §.1. ff. de reiuend. vbi mentiri dicit eos, qui negant, Principem de plenitudine poteſtatis ſinè cauſa, dominiū auferre poſſe, Alex. conſ.216.nu.10.
66 & 16.vol.2.vbi ait † poſſe Principem tollere ea, quæ ſunt de iure naturali, cùm clauſula, non obſtante, etiam ſi agatur de graui præiudicio,& probat in indiuiduo Bellon.conſ.2.num.7.& alios congerit Petra de poteſt. Princ. c.24.nu.10.vſquè ad 17. & eleganter Anaſtaſ. Germ. meritiſſimus Archiepiſcopus Tarantaſiæ, & Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ, apud Regem noſtrū Orator in tract. de indult. Cardin. §. nos itàq; nu.22.& in §.ex certa, agit de clauſulis ex certa ſcientia,& motu proprio, & Maſtrill.de Magiſtr.lib.3. c.4.nu.314.ſed quicquid ſit, licet iſta opinio ſit à multis recepta, eam tū omni ratione,& æquitate carere dicebatur, & eſſe contra iuris regulas, de qua poteſtate abſoluta, D.Preſid.Couarr. lib.3. var.c.6. num.8. hæc ait. *Nàm hæc poteſtatis abſoluta vis nequaquam conuenit his, qua iure naturali, vel gentium ſunt inſtituta, qua procùl dubio Princeps tollere non poteſt, nec ordinaria,nec poteſtate abſoluta, iura ſiquidem naturalia immutabilia ſunt, & ideò nemo vnquàm dicet his Principem poſſe derogare,etiam abſoluta poteſtate,cùm hac poteſtas non eſſet, ſed tyrannis; qua longe abeſſe debet à Principibus, & ab his, qui de eorum Imperio, & poteſtate tractare conantur*,& ibid. *quod ſi abſq; publica vtilitatis cauſa dominium ab aliquo auferat, ſiuè interdicat rei propria liberam diſpoſitionem,nonnè tyrānidem veriùs, quàm Principis leges, & iura exercet*
67 & tandem concludit † *nobis ergò, qui de iure diſputamus, qua ſit in Principe poteſtas, nec licet,nec licebit vnquàm in Principe conſtituere poteſtatem,qua eius libidine,& libera voluntate,abſq; recta rationis limitibus ducatur,quod ſentit eleganter Fortunius in l. Gallus §.& quid ſi tantùm ff.de lib. & poſth. n.308.verſ. dicebat Bald.* idem quoq; voluit Arius Pinell. in 1.par. rubr.C. de reſcind. vendit. c.2. num.24. cum ſeq.ibi. *Infertur tādem omninò reijciēdam, & exterminandam eſſe inhumanam illam multorum traditionem,cùm Principi tribuunt pleniſſimam, vel abſolutam poteſtatem,eam ab ordinaria diſtinguentes, ùt ex illa omnia poſſit, vtq; facta mētione talis poteſtatis nulla exceptio obijci valeat* † eandem poteſtatis abſolutæ, & ordinariæ diſtinctionem, mirùm in modum execratur Ferdin. Mend. lib.1. diſp.iuris ciuilis cap.5.nu.35. in hæc verba. *Introduxit ineptum, & ignarum vulgus, nec plures ex noſtris,& Doctor. illius fatuitati deſuerūt,(malū certè hoc viuis lachrymis deplorādum nullus eſt error tam a naturali,& ciuili ratione remotus, qui alicuius iuris periti, nè dicam cōmuni auctoritate, iàm non confirmetur) diſtinctionem quandam inter ordinariam*

dinariam Principum potestatem, & absolutam. Prima dicũt licere Principi facere omne, quod honestum sit, & præscriptum legibus; secunda autem quodcunq; Suę Maiestati pro libito voluntatis placuerit. Hoc idem enixè tuetur Augustinus Morla in emporio iuris tit. de legib. q. 1. nu. 7. qui allegat Bart. in l. fin. num. 2. C. si contr. ius, vel vtil. publ. dicentem. *Deus non dedit eis iurisdictionem peccandi, nec auferendi alienum.* Ideòq; dixit Bal. in
69 conf. 326. nu. 2. & 3. vol. 1. illam † esse veram potestatem, quæ legitima est, & rationabilis, quam Princeps regulare debet, secundùm summam honestatem, & æquitatem, Zasius conf. 10. nu. 14. & seq. vol. 2. quia non potestas absoluta, sed dissoluta diceretur, & tunc non plenitudine potestatis, sed tempestatis vteretur, vt dicunt Philip. Prob. in c. 1. nu. 1. ne sede vacante in 6. Soccin. Sen. conf. 164. nu. 17. vol. 2. & conf. 120. nu. 12. vol. 3. Crauetta conf. 269. col. 8. vers. 10. volum. 2. Soccin. Iun. conf. 65. nu. 6. volum. 2. Gaill. lib. 2. obser. 56. Cæuall. comm. contra commun. q. 906. nu. 23. & nos diximus ad Rub. de constit. Princip.
70 c. 1. nu. 77. † & quod hæc potestas absoluta, non detur in Principibus humanis, dicit Sesse tract. de inhibition. Regni Aragon. c. 4. §. 3. nu. 13. & hanc distinctionem potestatis absolutæ reijcit Aegid. Lusitan. ad d. l. exhoc iure c. 3. verb. *Regna condita* nu. 10. fol. 73. & tandem non est prætereundum, quod Mattiens. dicit ad l. 6. tit. 10. gl. 1. nouæ recollect. num. 14. vbi
71 hæc ait. *Nec † Princeps egrè ferrè debet, quod hac in specie ei non licet vti plenitudine potestatis, quandoquidem appetere non debet maiorem potestatem Deo, à quo habet Principatum, immò nec quidem parem, sed Deus nihil potest, quod sit iniustum, quia hęc non dicitur potentia, sed infirmitas, seù defectus potentia.*

Neque his refragari dicebatur, clausulas apponi solitas in priuilegijs Regum, *de plenitudine potestatis, motus proprij, & ex certa scientia,* quia per ipsas nullum præiudicium videtur illatum, ùt tradit Zasius d. conf. 10. nu. 20. & 25. lib. 2. Riminald. Iun. consil. 18. nu. 108. & 116. idem conf. 45. n. 4. cum seq. & conf. 54. nu. 47. cum seq. Petra de potest. Princip. c. 32. §. transeo ad tertiam conclusionem, quæ amplectitur clausulam de plenitudine potestatis num. 7. & 10. fol. 216. Dec. conf. 373. n. 14. vers. non obstat clausula ex certa scientia conf. 410. n. 21. & 23. conf. 468. n. 20. & 21. conf. 606. nu. 18. & conf. 689. nu. 11. Pinell. in rub. de rescind. vend. par. 1. c. 2. num. 20. Fab. Turrettus conf. 4. num. 17. Crauett. conf. 933. nu. 12. Marc. Ant. Eugen. conf. 50. nu. 13. Zuccard. conf. 3. nu. 81. & conf. 8. nu. 72. Franciscus Vegius conf. 5. num. 16. Alex. Trentacinqu. lib. 3. variar. resol. cap. de pact. num. 3. & Bald. in l. 2. C. de commun. rer. alienat. dixit, Principem rarò, aut nunquàm istis clausulis vti debere, & conf. 297. in princ lib. 3. addit, quod Princeps clausulis huiusmod i, *ex certa scientia, de plenitudine potestatis, & non obstante*, passim vtantur, & quod propterea in totum deberent ab Aula eradicari, nec ità frequentari, sequitur Zasius, vbi suprà nu. 13.

72 Præterea † clausulas prædictas dicebatur operari contrà Regem, non autem in præiudicium Tertij, vt declarat Menoch. conf. 1. nu. 424. cum seq. & in tract. de præsumption. lib. 2. præsumpt. 9. nu. 16. 26. & 28. Burg. de Pac. conf. 25. nu. 45.

Item dicebatur, clausulas prædictas non obstare, quia semper censentur magis appositæ ex consuetudine, & stylo Notariorum, quàm ex Principis voluntate, vt docet Ant. Petr. de potest. Princ. d. c. 32. §. capio nunc secundam cõclusionem, quæ pertinet ad clausulam ex certa scientia num. 18. Olasc. decis. Pedemont. 102. in fin.

Loazes, vbi suprà pag. 53. num. 64. Postremò dicebatur, non obstare clausulam in priuilegio Ducis positàm ibi.

73 † *Non obstantibus in omnibus, & singulis supradictis, quibuscunq; legibus Pragmaticis, Constitutionibus, & Consuetudinibus dicti Regni, &c.* quia supposito, quod non potuit reuocare priuilegium, id non censetur reuocatum per clausulas prædictas, quæ non influunt nouam potentiam in Principe, vt resoluit Gregor. Lopez ad l. 13. verb. *al Rey* in fin. tit. 5. par. 5. Pinell. in rub. de rescind. vendit. 1. p. c. 2. num. 20. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 9. ex quibus omnibus dicebatur, non potuisse Suam Maiestatem priuilegiũ illis cõcessum reuocare, nulla subsistẽte causa, neq; publica, neque ex parte Vniuersitatis data.

At pro Duce dicebatur, non esse de

74 potestate Regis † disputandum, cùm hoc sacrilegij quasi crimen sit, l. sacrilegij C. de diuersis rescript. l. disputare C. de crimin. sacril. Cæuall. cõmun. contra cõmun. q. 906. in princip. & in terminis demanij hoc affirmare Dominum Regentem de Ponte cons. 79. num. 35. vbi ait. *Disputare, si Rex potuit derogare priuilegijs demanij, sacrilegium est ad text. in l. 2. C. de*

75 *crimin. sacrileg.* † *maximè dùm asserit causas vrgentissimas, propter quas alienat, & etiam dùm derogat priuilegijs demanij, &c.* & nu. 36. cum seq. ibi. *& dum hæc facit cum assistentia Consilij, vel subiectione quæstionis, non est dubium, quod creditur, & non potest contra asserta, & declarata per Rege in fieri controuersia, secundùm eundem And. in c. 1. de contr. feud. apud pares terminanda, & in c. 1. qui success. teneant. & in propria quæstione, quam ponit in d. §. similiter nu. 27.* & vt inquit Crauet. cons. 241. num. 3. vol. 2. post Bal. quem refert cons. 359. lib. 1.

76 † qui disputat de potestate Principis facit se Superiorem ipsi Principi, & ponit sedem suam in Aquilone, tentando esse similem Altissimo, nàm dubitare de Principis potestate, fatuũ est, quia (vt inquit Bald. in l. fi. C. sent. rescind.

77 non pos. nu. 7.) † Princeps nulli formæ astringitur, nec est exquirenda ab eo ratio, cur ità facis, quia sufficit pro ratione voluntas, Luc. de Penn. in l. prædia nu. 22. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. Petra de potest. Princ. c. 3. q. 2. n. 4. quod maximè pcedit in isto casu.

Secundò dicebatur, nullam esse habendam rationem priuilegij prædictæ Vniuersitatis, nàm priuilegium

78 ab Vniuersitate exhibitum † non est originale, sed tantùm copia extracta, absquè partis citatione, quam fidem non facere, docet text. in c. 1. de fid. instrum. vbi notatur, & in l. 1. vbi glos. & DD. ff. eod. auth. si quis in aliquo, C. de edend. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 711. Sed huic argumento respondebatur, ex consultatione Regiæ Cameræ apparere priuilegium prædictum fuisse præsentatum in eadem Regia Camera originale in causa demanij ipsius Vniuersitatis cum Regio Fisco, & ibi fuisse relictam copiam authenticam, & sic huiusmodi argumentum cessare ex facti contraria relatione.

Tertiò, quatenùs prædictum priuilegium esset authenticum, dicebatur, adhuc non esse priuilegium primæ

79 concessionis, † sed confirmationem in forma cõmuni, quæ nihil iuris tribuit, si aliàs non competeret, c. examinata cum alijs de confirmat. vtil. vel. inutil. l. 2. tit. 18. par. 3. cui conclusioni non obstare dicebatur, clausulam in eo appositam, ibi. *& æquè principaliter noua concessionis munimine, quatenùs opus est, perpetuò roboramus, & validamus*, quia cùm non fuerint exhibita priuilegia antiqua, in quibus fundabatur demanium, nullum ius est acquisitum principaliter prædictæ Vniuersitati, sed tantùm simplicem obtinuit confirmationem, vt in proprijs terminis

terminis demanij affirmauit Domin. Regens de Ponte conſ. 70. num.62. verſ. vlteriùs, vbi ſic ait. *Vlteriùs priuilegium hoc Regis Catholici, non eſt priuilegium de per ſe, ex quo demanium concedatur, ſed eſt ſimplex confirmatio in forma cõmuni ad petitionem partis, quę petijs confirmationẽ, & quatenùs opus eſt nouã conceſſionẽ demanij, quod aſſeruit habere vigorem priuilegij Regis Ferdinandi primi, aliter priuilegio non exhibito, nec de eo ſerioſe mentione facta, quo caſu dùm ſupplicatur per confirmationem, licet addatur (quatenùs opus eſt conceſſione) erit hac confirmatio in forma communi, & nullum ius ex ea intelligitur trãſlatum, atq; conceſſum, ſed quæ demonſtrantur priùs habuiſſe, intelliguntur data, aut confirmata, ità quod ſi ius non habebat nil datum intelligitur. verba ſunt formalia tex. vul. in c. inter dilectos verſ. fin. de fid. inſtrum. quæ ſic ad propoſitum refert* Oldrad. in conſil. 164. *& propterea ibi* DD. *communiter tradiderunt, quod quando primus titulus eſt cauſa confirmationis, & nouæ conceſſionis, ità, quod gratia ſuper eis fundatur, tunc confirmatio erit in forma communi, non obſtantibus verbis, (& de nouo concedimus,) & eatenùs operabitur, quatenùs priuilegia mentionata reperiantur valida, ità ibi* Innoc. Ioan. Andr. Abb. *&* DD. *omnes, & ſemper quod à confirmatione priuilegium incipit, verba illa, (& de nouo concedimus) nihil deſeruiunt, & ità in dubio intelligitur, & procedit dictum Andreæ, vt per Mart. Laud. Præpoſ. & Modern. addentes in cap. 1. de vaſſal. decrep. ætat. elegãtiſſimè Camer. in cap. Imperialem cart. 90. lit. K. & 43. lit. O. de probib. feud. alienat. per Feder. & cùm tales confirmationes nullum ius transferant, ex regul. text. in c. 1. vbi Bald. Andr. Aſſl. & omnes, per quos fiat inueſtitur. propterea gloſ. in c. 1. de confirmat. vtil. vel. inutil. dixit, quod tales confirmationes parùm valent, niſi quia ſolet plus timeri, quod ſpecialiter confirmatur ead. gloſ. in c. examinata eod. tit. & in hac ſpecie confirmationis eſt vera, & indubitata concluſio, quod qui confirmat, non dat,* Canoniſtæ *in c. penult. per illum text. de confirm. vtil. vel inutil. Ciuiliſtæ omnes in l. & quia ff. de iuriſd. omn. Iud. reaſſumit concluſionem Felyn. in d. c. inter dilectos nu. 29. & quod nullũ ius tribuat de nouo, traditur per Abb. in d. c. 1. de confirm. vtil. vel inutil. per Innoc. in c. dudum de decim. reaſſumit articulum* Capyc. *in ſua inueſt. in verſ. confirmationes.*

His reſpondebatur pro parte Vniuerſitatis, priuilegium prædictum in aliquibus eſſe confirmatorium, in aliquibus autem principalem eſſe conceſſionem, non ſimplicem confirmationem, proùt erat demanium, nàm verum eſt, prædictam Vniuerſitatem tempore conceſſionis prædictæ in demanio Regis ex antiquiſſimo, & immemorabili tempore extitiſſe, vndè circa hoc nihil à Rege erat de nouo concedendum, neque ab Vniuerſitate aliquod priuilegium demanij exhibẽdum, ſed tantùm aſſerere, ipſam in Regio demanio reperiri, quod ex Regiſtris Reg. Cam. conſtabat, ùt tñ in demanio cõſeruaretur, neq; Rex poſſet in futurũ nõ reuocare, fuit petitũ ab Vniuerſitate; ùt prædictum demanium, non ſolùm confirmaret, ſed quatenùs opus eſt, de nouo concederet, propter ſeruitia per ipſam nouiter præſtita, & ſitum loci, & licet de ſeruitijs non fiat indiuidualis mentio, tamen fit ſpecialis, referens ſe ad notitiam, quam illorum habebant Aſcanius, & Martius Columna, Marchio Vaſti, & Comes Sancti Valentini, Iulius de Capua, & Ioannes Baptiſta Sauellus, & alij Duces exercitus Cæſareæ Maieſtatis, & propter ſeruitia prædicta petijt in ſpecie confirmationem demanij, vndè antiquæ illi demanii poſſeſſioni, aut retentioni illud adden-

addendum putauit, ùt quod antiquitùs ex Principis munificentia ex qualitare situs, habebat id nouissimè, propter seruitia illi concederetur, vt esset funiculus triplex, fuit igitur confirmatio illa demanij petita ex causa seruitiorum, ad finem, ùt Rex non posset ad libitum alienare, fuitquè specificè, cùm in illo fiat mentio priuilegij demanij, in cuius possessione reperiebatur, quo casu dicebatur specifica cõfirmatio, vt dicit post multos, quos allegat Paschalis de virib. patr. potest. 1. par. c. 1. nu. 60. eò magis, stãte clausula, *& aquè principaliter nouę concessionis munimine*, ùt pôderauit dictus Paschalis loco citato nu. 66.

Quartò, principaliter pro Duce aduersus priuilegium opponebatur, in
80 priuilegio Vniuersitati concesso † nõ reperiri clausulam, quam pars Præsupponit, hoc est promissionem de non alienando, nàm aliud est, aliquam Terram Coronæ Regiæ incorporare, aliud verò promittere, quod nũquàm possit ab illa separare, ex traditis per Vinc. de Franch. decis. 17. nu. 4. idcòq; deficiente ista promissione, nullum ius competere dicebatur Vniuersitati prædictæ, quominùs Rex possit illam
81 alienare, cùm receptissimum sit, † posse Dominum vassallos, ipsis inuitis alienare, vt habetur per DD. in l. filiusfamil. §. diui ff. de leg. 1. Bald. in c. 1. §. ex eadem lege vers. est norandum de leg. Corrad. & nos diximus ad l. fin. de const. Princ. 2. par. c. 9. nu. 40. & in rub. c. 4. num. 18. Ioan. Vinc. de Ann. allegar. 69. num. 1. cum sequentib. vbi ait. *Nàm quàmuis antiqui periti Regni dixerint, non posse Regem rem sui demanij alienare, in praiudicium diadematis, & Corona Regia, nè fortè extendat manus ad iniquitatem, & tyrannizet subditus, quemadmodum, nec Episcopus bona titulata alienare potest c. 1. Episcopum, vel Abb. alij tamen, & meliùs dixerũt contrarium, & illud est expressum in constitutione dignum, vbi habetur, quod demanialia Regis sine priuilegio possideri non possunt, ergò cum priuilegio sic. Et idem habetur in Constitutione ea, qua ad decus, et etiam, quia in concessione facta à Romana Ecclesia Regi Carolo, hoc non fuit exceptuatum, nec reseruatum Ecclesia, quam vltimam opinionem sequitur Andr. in d. Constit. dignum, & in §. praterea ver. nec Dominus n. 44. et 45. de probib. feu. alien. per Feder. distinguendo ex mente Innoc. et Host. iuxtà tex. in c. intellecto de iureiu. quod Capitulum ad hoc editum fuisse dicunt, vt si nimiùm lædatur Corona Regis, non valeat alienatio, si minus benè valeat*, & allegat. 50. nu. 1.
82 & seq. ait † *Nàm Rex potest demanialia concedere ex certa scientia, And. in c. 1. §. similiter in secund. addit. de Cap. qui Cur. vend. et in c. Imperialem §. nec Dominus col. 1. de probib. feud. alienat. per Federic. et demanium Vniuersitati concessum Rex tollit, Bald. in c. 1. in fin. de nat. feud. Socc. in cons. 58. vol. 3. Rub. in cons. 96. Aymon. Crauet. in cons. 54. vol. 1. et in terminis nostris in eo, qui mortuus fuit pro adiuuando Dominum, concludit Soccin. in cons. 4. volum. 3. cuius consilij auctoritate fuit aliàs decisum in nostro Sacro Consilio obstare exceptionem Regię Pragmatica in 2. cap. Vniuersitati Seminaria, et petenti demanium in anno* 1560. *et cùm habitus esset recursus ad Suam Maiestatem pro dispensatione, eiusdẽ*
83 *Consilij auctoritate † fuit in Suprema Consilio iudicatum, Regem posse demanium reuocare, proùt etiam nouissimè in anno* 1573. *in demanio Vniuersitatis Salerni obtẽtum fuit, et non sinè ratione, nàm cùm per banc concessionẽ demanij nullum dominium transferatur, nec alteri transferri impeditum sit, idcircò reuocari potest.*

Respondebatur huic oppositioni pro parte Vniuersitatis, verum esse, (vt pars asserit) clausulam illam non esse appositam in ea forma, vt Princeps

ceps

ceps promiserit eàm in demanio perpetuò conseruare, sed virtualiter idē esse ex eo, q Imperator confirmauit demaniū, in quo ipsa erat, multo tēpore cùm idē importet clausula prædicta, ad quod faciunt, quæ Andr. dicit in cap. Imperialem §. nec Dominus feudi nu. 48. de prohib. feud. alienar. per Feder. vbi voluit, idem operari promissionem prædictam, & diù mansisse in demanio, verba Andreæ hæc
84 sunt. *Et sic † si steterunt per triginta annos sortiuntur hanc conditionem, vt sint de demanio, arg. C. de fund. rei priuat. l. eum, qui, nàm dicent homines istorum locorum Regi, promisisti nos tenere in demanio, quod probabunt ex longa possessione, secundùm communem opinionem*. Idem etiam voluit dictus Philip. Paschal. tractat. de virib. patr. potest. par. 1. c. 1. num. 41. qui licet dicat, id multò fortiùs procedere, quādo Rex apposuit illam clausulam, promittendo in perpetuo demanio tenere, tamen ipse loquitur in priuilegio gratis concesso, nō autem in eo, quod ex causa seruitiorum erat concessum, ideoquè id operatur assertio illa, ex causa seruitiorum, vt declarat ipse num. 45. erat enim Vniuersitas in demanio Suæ Maiestatis, antequàm præstita essent seruitia prædicta, sed ùt in tutiori statu se constitueret, seruitia exposuit, & petijt confirmationem demanij.

Quintò dicebatur, pro Duce dato, quod esset facta ista promissio, adhuc sustineri posse, non esse impeditiuam alienationis demanij, cùm receptissi-
85 mum sit † prohibitionem de non alienando factam in contractu non impedire translationem dominij, l. si ita quis §. ea lege, ff. de verb. oblig. vbi notatur, & in l. ea lege C. de cond. ob caus. DD. omnes in l. filiusfamilias §. diui ff. de leg. 1. quod procedit etiam in promissione de non alienādo facta per Principem, vt habetur per D. Præsid. de Franchis decis. 17. num. 5. & 6. ibi. *Item dicebatur, quod, & si promissio prædicta facta fuisset specificè, facta postea alienatione, non fuisset impedita dominij translatio, quemadmodum si contractus fuisset initus inter priuatos*
86 *† Princeps enim contrahendo vtitur iure priuati, secundùm Bald. in c. 1. §. inuestitura de noua for. fidel. qua auctoritate, & alijs rationibus motus Io. Crotus in d. §. Diui col. 24. vers. quinto limita nu. 92. tenet contra opinionem Barbat. in qua se fundant Opizon, & Loazes, vbi suprà*, & idem dixit D. de Ponte d. cons. 70. num. 77. ibi. *Vltimò dùm præsupponitur habere priuilegium Regis Ferdinandi primi, non alienandi, sed tenendi terram in demanio, & quod Rex contraueniendo promissioni alienauit, & transtulit dominium in alium ex titulo oneroso venditionis, vi-*
87 *deamus † an detur actio contrà possessorem, & hæc non est quæstio noua, sed decisa per casum legum, quæ denegant actionem contrà emptorem, tex. est in l. ea lege C. de condit. ob caus. & ibi nota Glos. tradunt post glos. Bart. & oēs in l. filiusfamil. §. diui de leg. 1. & allegant l. si ità quis §. ea lege ff. de verb. obligat. vbi D D. communiter, actio enim personalis oritur ex dicta promissione, non autem realis, secundùm prædictam Scholam Doctorum.*

Sed his respōdebatur, pro Vniuersitate, iàm suprà demonstratum esse hoc ius demanij competere, ratione priuilegij concessi à Rege, & ex causa seruitiorum, quo casu reuocatio fieri non potest, & sic non habere locum terminos prædictos translationis dominij, ex promissione facta de non alienando.

Sextò, pro parte Ducis dicebatur, à nemine inficiari conclusionem illā,
88 † quod scilicet subsistente causa publica, Princeps possit demanialia alienare, concessiones reuocare, & dominium auferre, quia semper causa priuata subiacet publicæ, quod nos latè diximus, tàm in rub. de constit. Princ. cap. 6.

cap.6. per tot. & præsertim num. 59.
quàm in repet.legis fin.par.2.c.9.nu.
41.ex l.item si verberatum §. 1. de
reiuend.& l.Lutius ff.de euict. l.quod
semel ff.de decret. ab ordin. faciend.
& tradunt Canonistæ in c.quæ in Ec-
clesiarum de constit.Ias.in l.Barbarius
Philippus nu.24.ff.de offic.præt.Bart.
in l.quæcunquè nu.4.C.de fid.instru.
lib. 10. Mandell. Albens. cons. 185.
num.17.& 18.vol.1. Surd.cons.203.
num.26,& 27.vol.2. Affl.decis.361.
num.4.& propter eandem causam po-
test derogare priuilegio antecedenti,
etiam ex causa onerosa concesso,DD.
in l.fin. C.si contr.ius, vel vtil. publ.
Socc.Sen.cons.4.num.10.lib.3.Due-
ñas regula 293.limit.5.Roland.cons.
1.nu.158 cum seq vol.2. Cabed.dec.
75.nu.6.& 9.part.2.Mol.de Hisp.pri-
mog.lib.4.c.3.nu.67.& 68. Pereg.de
iur.fisc.lib.1.tit.3.num.67.in terminis
priuilegij demanij,Ias.cons.56. lib.1.
& latiùs cons.227.lib.2.num.45.cum
seq.cuius verba hic referre volui,cùm
hanc materiam remunerationis serui-
tiorum amplectantur. *Decimotertio*
89 (inquit Iason) *facit,quia* † *Principes*
habentes iura Imperij, proùt habēt Il-
lustrissimi Duces Sabaudiæ, proùt su-
prà dictum est,possunt ex causa publicæ
vtilitatis tollere ea,quæ sunt iuris gen-
tium, & sic possunt tollere contractum
initum cum priuato, item possunt au-
ferre res priuatorum, & sic tollere eo-
rum dominium, ità tenent ordinaria
Glos. vbiq; tàm iuris ciuilis, quàm ca-
nonici, Glos. in l. fin. & ibi DD. C. si
contr.ius,vel vtil.publ.& Glos.in l fin.
ff.de constit.Princ.& in l.Barbarius,ff.
de offic.prætor. & in c.quæ in Ecclesia-
rum,& ibi Canonistæ de constitut. fa-
cit Tex.in l.Lutius de euiction. & in
l.item si verberatum §.1.ff.de reiuend.
& in l. quod semel ff. de decret. ab ord.
faciend.Bart.notabiliter in l.quacunq;
ad fin.per illum tex. C.de fid.instrum.
& iur.hast. fiscal.lib.10. & in l.fin. §.
fin.per illum tex.ff.de pignor.act.immò
90 † *fortiùs etiam inferior à Sūmo Prin-*
cipe potest cum causa ius alteri quæsi-
tum auferre, vt notat Glos.in c.consti-
tutus in verb quęcumq;de relig.domib.
& glos.25.q.2.in summa,alibi benè di-
xit ad propositum Bald.in l.fi.in princ.
ff.de Senatorib. & in l.penult. C.de do-
nat.int.vir.& vxorem, quod Princeps
ex causa potest auferre ius tertio ac-
quisitum ex contractu,per l. qui fundos
C.de omn.agr.deser. lib.11: alibi tenet
Bald. in l. Sancimus C. de pœn. & D.
Anton.de Butr. in c. nisi de offic. deleg.
quod Princeps ex causa potest remitte-
re pœnam concernentem interesse pri-
uatum, & præiudicare priuato,per id,
quod habetur in l. iure C. de fabricens.
lib.11.alibi consuluit D.Cardinal.Flo-
rent. in cons. 86.incipiente, Dominus
91 *Nicolaus Marchio Estensis,* † *quod*
etiam Vniuersitas potest venire contra
suum contractum factum cum subdito,
& reuocare statutum,quod transiuerat
in contractum, quando istud facit ex
alia causa publica,per text. in c. in no-
stra de iniur.& damn.dato, & idem
volunt D. Anton.& Imol.in c. nouit de
iud. ergò Dux Carolus habens iura
Imperij, potuit ex causa publica infeu-
dare locum Summæ Ripæ Domino
Theodoro, & præiudicare Cōmunitati,
non solùm, quoàd ius commune, dispo-
nens,quod subditi inuiti non possint in
alium alienari, sed etiam quoàd priui-
legia Franchisiarum concessa dictis ho-
minibus, dato etiam, quod in contractu
transiuerint,& in nu.34. cum sequen-
92 tib. fundat, quod sit † causa publica
remunerare seruitia facta Principi,ibi
octauo facit, quia infeudatio Com-
munitatis Summæ Ripæ fuit facta Do-
mino Theodoro, propter ampla eius be-
nemerita, & sic talis infeudatio fuit
etiam facta ex causa publicæ vtilitatis,
sed sic est, quod propter benemerita re-
muneranda licitum est leges transgre-
di,item personæ, quæ aliàs prohibentur
alienare, tamen gratia remunerandi
93 *alienare possunt* † *vndè Papa potest Ca-*
stra

stra Ecclesiæ infeudare benemerentibus secundùm Bald.in l.cùm multa C.de bon.quæ liber. Item Prælati Ecclesiarũ, qui alias sunt à iure prohibiti alienare, vel infeudare res Ecclesiarum, tamen propter benemerita, & gratia remunerandi seruitia possunt alienare res Ecclesiarum, etiam immobiles c.relatum, & c.in officijs de testam. glos. in l. iubemus nulli in princ. & Bart. & alij C.de sacros. Eccles notat Bart. in l. iusta causa per illum text ff. de manumis. vindict. Ioann. And. in addit. ad Specul.in tit.de reb. Eccle. non alienan. super rub. item Prælati Ecclesiarum licitè remunerant de bonis Ecclesiæ eos, qui se exhibuerunt obsequiales Ecclesiæ, ita nctat D. Abb. in c.consensus per Glos. ibi de rebus Eccles. non alienand. & in c.per tuas per illum tex.de donat, & notabiliter Petr. de Ancar.in clem. 1.in 3.q. de reb. Eccles. non alienand. alibi dicit multum generaliter Bart. in
94 *proemio digest. in penul. col. quod res alias prohibita alienari, possunt tamen alienari ex causa remunerationis bene meritorum, & Bart. in l.ambitiosa in 1. col. ff. de decret. ab ord. facien. vbi etiam in personis prohibitis donare, vel alienare tenet ob benemerita valere alienationem, item Prælati Ecclesiarum prohibiti à iure de nouo infeudare res Ecclesiæ non solitas infeudari, vt in superioribus dictum est, tamen si infeudãt de nouo, propter insignia merita inuestiti remuneranda, valet infeudatio arg. l. si pater §.fin. ff de donat. itá dicit Bald. in c.de priore de appellat. vndè in proposito, dato, quod locus Summæ Ripę, alias fuisset prohibitus alienari, tamen Dux Carolus licitè, & iuridicè eum infeudauit D. Theodoro, propter ampla eius benemerita*, Idem voluit Soccin. Sen conf.4.vol.3.per tot. & num.10.
95 cum seq. vbi optimè probat, propter causam publicam, ùt est remuneratio seruitiorum factorum Principi, aut Coronæ posse alienari bona demanij, non obstante promissione de non alienando, ad quod faciunt, quæ latè scripsit Mastrill. de Magistrat. lib. 3. c.4.nu.326.vbi quæ sit iusta causa, & quæ vtilitas publica num. 346. Ex quibus omnibus satis abundè fundatum esse dicebatur, potuisse Suam Maiestatem demanium prædictum reuocare, & iusta m esse causam, vt remuneraret virum strenuum, & Reipublicæ satis vtilem, pro quo etiam adducitur in proprijs terminis, quod tenet Capyc.decis. Neap. 166. per totã, vbi concludit in fin. maiorem partem Dominorum votasse, statibus clausulis priuilegij, potuisse Regem priuilegia reuocare, & terras ipsas alienare, in quo casu Vniuersitas Sancti Seueri, cùm esset cuiusdam Domini particularis, se redemit soluendo Domino pretium, & incorporauit se Coronæ cum pacto, ac priuilegio, quod non possit alienari à Corona, vt præsupponitur in d.decis. num.4.cum seq. quod cùm interuenisset causa publica, fuit valida alienatio, ergò idem dicebatur dicendum in casu isto.

Idem etiam habetur ex adductis per Io. Vincent. de Ann. allegat. 50.& latiùs allegat. 69. per tot. maximè nu. 5. cum seq. ibi. *Quinimò militi strenuo, vt erat Illustrissimus Andreas sinè distinctione potest Rex donare demaniũ, ob publicam vtilitatem, si non haberet aliud, quod daret, quia tunc aliena, & res priuatorum concedit.* Hoc etiam dixit satis benè, & eleganter disputans articulum, & omnibus, quæ in contrarium opponi possunt, satisfaciens Dominus Regens de Ponte in sępè citato consil. 70. num. 35. cum plurib. seq. vsquè ad finem consilij, & nouissimè Mastrillus de Magistratib. lib. 1. c. 12. nu. 34. vbi plura ad materiam, idem etiam tradit Petra plurimos congerẽs in tract. de potest. Pi incip. c. 32. dub. 2. principali, cui titulus est, *Princeps, an possit ex causa ius alteri quæsitum auferre*, num. 46. pag. 524. & inferiùs dùm refert exempla ad cognoscendũ

causas

causas vtilitatis nu. 49. cum pluribus seq. pag. 169. Renatus Chopinus agēs
96 de demanio Regis Franciæ, in † quo Regno est absoluta, & perpetua prohibitio alienandi, quod est demanij, & nihilominùs resoluit, posse Regem dare bona demanij, pro remunerandis militibus in lib. 2. de deman. tit. 14. num. 4. & 6. vbi refert varia exempla, & num. 12. vbi ità loquitur. *Quorsum hæc, vt intelligamus optimè statutum à Principe, bellorum causa rei dominicæ alienationem valere, putà adbellicam suorum virtutem æqua mercede remunerandam, postquàm emeritis stipendijs honorificè soluti sūt militari Sacramento, nec enim in nostros Hispanis iniquiores ipsis esse debemus, Alphonsus Quintus Hispaniarum* Rex *Henrico genere Gallo, filiam dedit vxorem Taresiam cum* Portugallia, *seù* Portugallorum *Regione, hac vna de causa, quod victricibus armis à Saracenorum proluuie liberasset Lusitaniam, Portugallia iàm indè exempta, Summo Hispanorum Regum Imperio decoratur* Regij *Sceptri insignibus.*
97 Et tandem dicebatur, † iustam causam in Principe semper præsumi in ijs, quæ sunt iuris positiui, vt post multa dicit Mastrill. de Magistrat. lib. 3. c. 4. nu. 347. vbi iustam causam dicit esse, quam Princeps iustam declarat, ex Luc. de Penn. in l. fin. nu. 42. C. de locat. prædior. ciuil. lib. 11. ex quibus auctoritatibus, & doctrinis dicebatur, satis appertè fundatam esse Ducis intentionem, quia in eius persona, non solùm seruitia propria, sed etiam D. Ioannis eius patris erant contemplata, quæ omnibus nota erant, tàm egregiè præstita, tàm tempore pacis, quàm belli, quod nedùm terram prædictam, sed si maioris qualitatis fuisset, potuisset alienare.

His respondebatur pro parte Vniuersitatis, non negari ab ipsa, posse Principem ex causa publicæ vtilitatis demanialia alienare, sicuti etiam pro remuneratione seruitiorum alicuius viri strenui, quia ùt dixit Andr. in c. 1. §. præterea de prohib. feud. alienat.
98 per Feder. nu. 49. † *possit Rex donare demanium, ob publicam vtilitatem Ministro strenuo, si non haberet, quod aliud daret*, sed adhoc, ùt Princeps possit hoc facere dicebatur, plura requiri. Primò, quod per hoc nullum fiat præiudicium tertio, pro quo adducebātur tradita per Dec. cons. 285. nu. 6. vers. non obstat aliud ibi. *Non obstat aliud, in quo videtur maior dubitatio, videlicet, quod etiam cōtractus ex causa, reuocari potest, propter remunerationem factam illis, qui sunt de Republica benemeriti per supradicta in contrarium allegata, quia respondetur, quod talis remuneratio potest fieri, dùm tamen Superior, qui hoc facit non veniat contrà illud, quod ab eode m Superiore factum fuit per viam contractus*, hæc Dec. vndè licet possit Princeps alienare Terras demanij, intelligitur de illis, quæ vel ex antiqua possessione, vel deuolutione, ad illum pertinerent, non de illis, quæ vel per egregia seruitia, vel ex causa onerosa ab ipso obtinuerunt priuilegia demanii perpetui, & quàmuis merita, tàm Ducis Don Alphonsi, quàm Don Ioannis Patris multa sint, atquè egregia, non tamen eam vim habeant, vt possint tollere priuilegium demanii Vniuersitati prædictæ, ex causa meritorum concessum, quod elegantissimis verbis tradit Bald. cons. 327. nu. 3. in fin. lib. 1. vbi sic ait. *Et ideò Imperator non potest vnum altare cooperire, & aliud decooperire, & qui prior est tempore, potior est in iure, vt C. qui potior. in pignore habeantur, l. assiduis §. exceptis.*

Secundò dicebatur, non esse potiorem causam remunerationis seruitiorum Don Alphonsi qualibet causa
99 publica, † & tùnc verum est, nō posse Principem reuocare contractum ab ipso, vel eius prædecessoribus gestum, nisi

nisi tàm vrgens, & necessaria esset, quod non possit aliundè ei subuenire, & hoc est, quod dixit And. in c. Imperialem §. præterea num. 49. dùm ait, *si non haberet, quod aliud daret.* Et idem dixit Io. Vincent. de Ann. d. alleg. 69. nu. 5. Si ergò haberet aliud, quod daret non posset dare demanium, nàm licet causa remunerationis sit iusta, non tamen est iusta, quando habet aliundè, neq; iustum est dare, quod est alterius, vbi alio modo consuli potest, dixit hoc etiam Tiber. Decian. cons. 51. num. 31. vol. 3. & tradunt Roland. cons. 13. nu. 68. lib. 3. Natta cons. 275. num. 4. Purp. cons. 580. num. 27. lib. 2. Menoch. cons. 75. nu. 86. lib. 1. & Petra de potest. Princ. c. 22. q. 7. principali num. 27. & Philippus Pascal. de virib. patr. potest. part. 1. c. 1. num. 70. necesse ergò erat, ad hoc, vt valida reuocatio demanij dici potuisset, vt antè omnia constaret, quod non haberet aliundè, ex quo posset satisfacere seruitijs D. Alphonsi, cuius contrarium apparere dicebatur, habet .n. Rex alia Oppida, quę non habent hoc priuilegium, tàm in Hispania, quàm in Regno Neapolis, habet etiam opulentissimos redditus, habet etiam plura centena millia aureorum, quæ ex India perueniunt, quibus poterat satisfacere prędicto Don Alphonso absquè partium præiudicio: Neque obstare dicebatur quæ Capyc. tradit d. decis. 166. quia immò ex illa decisione fundatur intentio Vniuersitatis, dùm præsupponit, ideò fuisse permissum demanium reuocare, quia necessitatibus non poterat aliàs subueniri (inquit enim) *Dominus Ludouicus de Montalto, & Dominus Hieronymus de Colle oretenùs attestati fuerũt, quod non potuerat sinè hac venditione subueniri necessitatibus belli*, & hi Domini erant Regentes Regiam Cancellariã, & hoc pacto respondebatur alijs auctoritatibus aliorum Doctorum pro parte Ducis adductorum, quia licet Principis potestas se extendat ad omnia supradicta, intelligitur, quando necessitas suggerit, quia non subiacet legi, quòd debeat aliundè constare, quàm ex Principis assertione, tradit post multa Pascalis de virib. parr. potest. c. 1. num. 72. & seq. & præcipuè nu. 80.

Septimò dicebatur prò parte Ducis, hanc non esse propriè alienationẽ, sed infeudationẽ, per quam vtile dominiũ tantùm fuit translatum in Ducẽ, retento pænes Suã M. directo, vn-
100 dè fit † ùt prohibita alienatione, non censeatur prohibita infeudatio, vt ex communi Doctorum sententia, resoluit Iul. Clar. in §. feudum q. 32. nu. 2. DD. in c. intellecto de iureiuran. Ias. cons. 227. lib. 2. nu. 27. ibi. *Quintò fa-*
101 *cit, † quia Principes de iure possunt infeudare loca, & Castra status, dummodò non cedat in nimis magnam diminutionem ipsius status, ità notabiliter, & copiosè Bald. in prælud. feud. in 3. diuis. vbi quærit, an* Princeps *possit infeudare, vel alienare Castra Principatus, & determinat, quod si alienat expropriãdo, & penitùs abdicando omne dominium, iurisdictionem, & dignitatem, non potest, quia esset deformare* Principatum, *c. intellecto, vbi* DD. *de iureiur. aut alienat, vel infeudat retinendo directum dominium, vel saltem Superioritatem, & tùnc benè valet alienatio, c. 1. in princ. qui feud. dar. poss. c. 1.* §. *præterea cum glos. de* Cap. Corrad. *& c. 1. in princ. quis dicat.* Dux, *vel Marchio, vt ibi pleniùs per eum, idem tenet Bald. in proem. Cod. &* DD. *in c. Abbate sanè de verb. signific. Bart. in l. prohibere* §. *planè ff. quod vi aut clam. Bald. in c. licet causam nu. 7. de prob. & in c. fin. ad fin. de re iud.* & nu. 30. ibi. *Stat ergò ex prædictis vera conclusio, quod Principes de iure possunt infeudare loca, & Castra, dummodò non exhauriãt Principatum, immò ad* Principes *de natura, & consuetudine suæ dignitatis propriè spectat infeudare, S. illud in*

T autb.

quib.conſt.quæ de dign.ſecundùm Bal. in l.1. circà princip.ff.de conſtit.Princ,
102 *facit c.1.de donat.* † & in feudorum conceſſionibus conſideratur vtilitas, & beneficium Reipublicæ,& in illis nō in totum Princeps res ipſas à ſe abdicat, ſed nonnulla iura reſeruat in recognitionem accepti beneficij,& ſic in conceſſione feudorum non conſideratur præiudicium, quod aliàs conſideratur in alienationibus liberis, immò conſideratur etiam deuolutio dictorum feudorum, & reconſolidatio cum directo dominio, quod etiam corroboratur auctoritate J.mentalis in Regno Luſitaniæ,& bonorum conceſſorum per Regem D. Henricum, qui cùm multas feciſſet donationes liberas, ex quibus magnū Regale Patrimonium damnum ſentiebat, reduxit donationes prædictas in formam maioratus, aliquando ad coronas deuoluendas, vt modificaret damna,quæ ex illis proueniebant.

Sed huic oppoſitioni reſpondebatur pro parte Vniuerſitatis, prædicta verá eſſe reſpectu rei, quæ alienatur,quia minùs læditur,ſi res in feudū detur,quàm ſi totaliter alienetur,quia tùnc infeudando aliquid retinet, nec videtur hoc cōtrà ſubſtantiam prohibitionis, ſed hunc caſum eſſe diuerſū ab illo, de quo hodie agitur,nàm reſpectu Vniuerſitatis nihil intereſt, quod fiat totalis alienatio, vel per infeudationem, quia quouis modo fiat, exit ab illo immediato Dominio Regis,cùm in demanio retinere nil aliud ſit, quàm vt ipſe Dominus, qui poteſt eſſe mediatus, ſit immediatus, vndè ſit, vt ſi ipſe alienet dicatur venire contrà ſubſtantiam, & finem contractus, qui totaliter deſtruitur per conceſſionem prædictam, nec aliquod remanet in beneficium Vniuerſitatis, immò totum, quod fuerat conceſſum Vniuerſitati,fuit ademptum, quia vt ait Paſcalis de virib.patr.poteſt.par.4. c.1.nu.108.in hac alienatione demanii conſideratur præiudicium, & contradictio vaſſallorum, quorum intereſt non mutare dominū, infeudatio .n.eſt odioſa, cùm viuere ſub iuſto,& Supremo Principe ſumma libertas ſit, & è contra ſub dominio Baronis, vt conſiderat Crauet.in conſ.241. & dictam limitationem adaptari potiùs
103 poſſe ad c.intellecto de iureiu.†quia licet Rex non poſſit alienare Regalia, quoàd directum dominium,poteſt tamen in feudum dare.

Et tandem dicebatur pro parte Ducis,vigore clauſularum, in priuilegio appoſitarum omnem ceſſare difficultatem, nàm præter clauſulam legis benè à Zænone adeſt clauſula ex
104 certa ſcientia,†quæ declarat voluntatem Principis diſponentis,& volentis ius quæſitum auferre, etiam ſinè cauſa,vt voluit Gloſ.in l.fi.C.ſi contr. ius, vel vtilit. publ. in verb. generali, Bald.in l.fin.C.ſentent.reſcindi non poſſe nu.5.& 12.& in c.1.verb.Imperialis clementiæ num.28 de pac.con-
105 ſtant. vbi ait *nota*, † *quod non debet quis audiri contra illud, quod facit Princeps ex certa ſcientia, immò debet repelli, & imponi ei perpetuum ſilentium*, Aegidius Boſſius in tract. de Princ. num.195. Natta conſ.367, nu.10,vol,2.Gozadin.conſ.5. nu.23. Dec.conſ.341.num.3. Thom. Gram. conſ.Ciuil.100. num.42. Franc.Bec. conſ.419 lib.2. nu.34. Anton. Gabr. lib.3.commun tit.de iure quæſit, non tollen.concl. 1.nu.1. plurimiquè congeſti per Pettam de poteſt. Princip. c.24.à nu.1.vſquè ad nu.15. Cæuall. lib.quæſt.com.contr.com.q.577. n.1. Mēchac. plurimos referens tradit cōmunem lib.1.quæſt.illuſtr. c.5. nu.15. & ponderatur ad hoc c.8.lib.1. Reg. ibi *Hoc erit ius Regis,qui imperaturus eſt vobis,agros veſtros, vineas, & oliueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis,* & lib.2.Reg.c.16.& 19. quod ponde-

rat

rat Lucas de Penn. in l. fi. C. de locat. prædior. ciuil. lib. 11. num. 22. & facit text. in l. omnes, & in l. benè à Zænone C. de quadr. præscript. l. 2. §. si quis à Principe ibi. *Nisi fortè quis impetrauerit*, ff. ne quid in loco publ. l. 2. ff. de natal. restit. l. item si verberatum §. 1. ff. de reiuendic. l. Lucius Titius ff. de euict. Idque confirmatur ex eo, quod ea, quæ Princeps concedit ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis, impugnari non possunt, neque in dubium reuocari, vt constat ex pluribus congestis per Cenedum in collect. 13. ad decret. nu. 3. Peregr. de fideicom. artic. 52. num. 121. Petra de potest. Principis c. 3. q. 2. nu. 4.

106 Adest etiam in priuilegio prædicto clausula † motu proprio, quæ fauorabilem efficit dispositionem; operatur enim, vt nullam deinceps controuersiam patiatur, tradit Gram. alios referēs in d. cons. 100. n. 48. vol. 1. Natta cons. 367. nu. 11. vol 2. Philip. Dec. cons. 341. num. 4. adijciens, quod etiam si petitio partis præcesserit, adhuc censetur facta concessio ex motu proprio disponentis, si ipsemet in suo rescripto hoc ipsum affirmet, quia compatibile est, quod supplicatio proponatur, & quod veniat in mentem Principis proprius motus supplicationem adimplendi, secūdùm Bald. in cap. nisi specialis num. 9. de offic. legat.

Adest etiam clausula de plenitudine potestatis, quæ eundem operatur effectum, quod clausulæ præcedentes, Hippolitus de Marsil. sing. 388. num. 3. Thom. Gram. in præall. cons. 100. num. 24. & 25. Angel. in l. item si verberatum §. 1. num. 1. de reiuend. Alberic. in l. quoties C. de precibus Imper. offerend. num. 5. vsq; ad 20. Ias. in l. fin. num. 2. limit. 6. C. si contr. ius, vel vtilit. publ. Capic. decis. 166. num. 9. latissimè Fuluius Pacian. cons. 29. num. 83. vsque ad 88. fol. 254.

His tamen omnibus, quæ dicta sunt de virtute clausularum ex certa scientia, motu proprio, & plenitudine potestatis responsum esse dicebatur pro parte Vniuersitatis supra, nu. 71. & iàm dictis addebatur, clausulas prædictas non operari in præiudicium
107 tertij † eo magis, quia si id Princeps non potest de per se ex rationibus supradictis, nō potest plus vigore clausularum prædictarum, quæ nihil potestati Principis tribuunt, voluntatem tamen potius afficiunt, quàm potestatem, vt diximus in rubric. de constit. Princ. in c. 2. de volunt. Princ. & in sequenti articulo erit de illis agendum, vbi de voluntate Principis tractatur.

Quoad quartum principalem articulum huius causæ, in quo proponebat Vniuersitas Ciuitatis regalis defectum voluntatis suæ Maiestatis in cōcessione terræ prædictæ Duci Don Alphonso. Pro fundamento suæ intētionis dicebat Vniuersitas. Primò nō
108 esse præsumendum † de tàm pio, & recto Principe, qui Dei optimi maximi beneficio cuncta, summa cum religione, ac iustitia gubernabat, voluisse preiudicare priuilegijs Vniuersitatis, proùt de quolibet Principe est dicendum, ex reg. tex. in l. 2. §. meritò, & §. si quis à Principe nè quid in loco public. cum alijs à nobis traditis ad Rub. de const. Princip. cap. 2. immò id satis manifestum reddi per rescriptum Suæ Maiestatis, dùm ad preces pro parte Vniuersitatis porrectas statim mandauit Proregi, vt Suā Maiestatem certiorem redderet, si Vniuersitas prædicta habebat priuilegium demanij, quia certum est, quod si hoc innotuisset Suæ Maiestati, forsan nō concessisset, qui si animum non habuisset concedendi, non obstante priuilegio, vtiquè non concessisset rescriptum informationis, ex quo procedebat, non esse disputandum de voluntate tàm recti, atquè optimi Re-

109 gis, & ex hoc dicebatur † quoties Princeps per nouam concessionem lædit ius tertij, aut alicui priuilegio anteriori præiudicat, semper intelligendum esse, ùt non habuerit voluntatem præiudicium inferendi, præsumitur enim, aut per obliuionem, aut per importunitatem, aut per obreptionem concessisse, etiam si in secunda concessione dixisset, eius voluntatis esse, ùt nullius roboris sit, aut momenti, tradunt Restaur. Castald. tract. de Imper. quæst. 55. nu. 14. Aegid. Bos. in tractat. de Principe, & priuilegio eius num. 20. & 21. Decius in l. nemo potest mutare consilium nu. 4. ff. de reg. iur. & cons. 190. nu. 4. & 285. n. 7. ad fin. & cons. 588. num. 19. vbi dicit

110 † contrà hanc præsumptionem voluntatis, & obreptionis non posse probationem admitti, quia est præsumptio iuris, & de iure, sequitur Iacob. Thoming. cons. 32. num. 14. & 15. vbi pro regula firmat, quod quotiescumq;

111 † Princeps concedit alicui rem aliquam, & eandem postea alteri concedit, ex præsumptione voluntatis Principis primam concessionem præferendam esse secundæ, Rom. cons. 298. Alex. cons. 3. lib. 5. & Bart. in l. prædia nu. 2. C. de locat. prædior. ciuil. lib. 11.

112 qui dixit, Principem † non posse motu proprio reuocare rem alicui concessam, nisi dicat, non obstante concessione facta tali, & Felyn. in c. cùm olim num. 5. de re iud. per illum text. loquens de extinctione secundæ concessionis sub prætextu declarationis voluit, quod præsumatur Princeps circumuentus, itaùt non admittatur probatio in contrarium, latissimè Anton. Petra d. c. 32. q. 5. princip. incipiente circà nonam per totam, & pluribus confirmat Mandell. Albens. cons. 185. nu. 30. & 34.

113 Neque id iuuari dicebatur, † ex clausulis ex certa scientia, de plenitudine potestatis, & alijs in Priuilegio Ducis appositis, quia certum est illas suum effectum producere non posse, nisi in ijs, de quibus Princeps habuit notitiam tempore concessionis, Bald. in l. fin. C. sentent. rescind. non posse Zas. cons. 10. num. 20. lib. 2. Riminal. Iun. cons. 54. num. 47. Petra de potest. Princip. §. transeo ad tertiam conclusionem, quam amplectitur clausula de plenitudine potestatis num. 6. cum seq.

At contrà prædicta Dux nitebatur ostendere, concessionem prædictam

114 à mera † Principis voluntate processisse, quod primò probabat ex verbis priuilegij, ex quibus constat, eum habuisse scientiam, Vrbem prædictam fuisse demanialem, ibi. *Cùm nobis humiliter supplicauerit, ùt Terram Ciuitatis Regalis de Regio nostro demanio in Prouincia Aprutij in nostro,*

115 *&c.* † secundò ex clausula, ex certa scientia, quę tollit vitium subreptionis, Glo. in c. 2. de filijs Presbiterorum verb. non obstantibus, plures refert Anton. Gabr. lib. 6. tit. de clauf. concl. 1. num. 25. nàm cùm Princeps dicit se aliquid facere ex certa scientia, pręsumitur de omnibus benè informatus Loffred. cons. 8. num. 44. Ant. Gabr. d. conclus. 1. num. 38. item ex clausula motu proprio, quę tollit vitium subreptionis, cap. si motu proprio de pręb. in sextò, vbi Glos. & Doctor. Clem. si Romanus de præbend. Calder. cons. 13. sub tit. de rescript. Ant. Gabr. lib. 6. commu. concl. tit. de clausul. conclus. 2. plures congesti per Cenedum in collect. 13. ad decretal. nu. 2. & licet nonnulli limitent prædictam regulam, ùt non tollat vitium subreptionis in præiudicium tertij, ùt constat ex relatis per Antonium Gabrielium d. tit. de clausul. proximè adduct. ea tamen limitatio sublimitatur

116 primò, quando adijcitur † à Principe clausula, non obstantibus, ùt fuit adiecta in d. priuilegio, tũc enim non potest opponi subreptio, etiam in pręiudicium tertij, ùt resoluit post alios Gabr.

117 Gabr. loco proximè citato n.12.†sub limitatur etiam, quandò verba expressa important tertij præiudiciũ, tũc.n. cõstat de mente Principis, volẽtis inferre piudiciũ, vt ex Io.And. Ab. Ant. de But. Felin. & alijs resoluit Gab. vbi proximè n.13. Aegid. Bellam. dec. 218.

118 lib.2. qui sic ait. † *Subreptio, vel obreptio opponi non potest cõtrà gratiam Papæ, quando in gratia est posita clausula, quod de subreptione dici non possit, quia Papa potest tollere exceptionem subreptionis, rescribendo motu proprio, vel ex certa scientia, & propterea, nisi per ipsummet* Papam *aperiatur os excipere volenti de obreptione cõtrà similem gratiam agere non potest.* Rot. lib. 1. diuers. dec. 614. n. 23. pulchrè Alc. lib. 9. cons. 31. n. 61. 63. & 64. f. 1369.

Tertiò conabatur probare Dux voluntatem suæ Maiestatis, ex clausula de plenitudine potestatis, quam excludere vitium subreptionis, dixit Mier. de maior. par. 1. q. 5. nu. 2. quod multò fortius est, concurrentibus clausulis prædictis, ùt animaduertit Petra de potest. Princ. cap. fin.

Quartò dicebatur, voluntatem suæ Maiestatis ẽt ex eo colligi, & validitatem recipere, fuit enim facta præce-

119 dente † consultatione Supremi Italiæ Consilij, & causæ cognitione, ex quo deducitur omnia ritè, & rectè processisse, & volũtate Principis credidit enim Princeps eos, qui ob singularem industriam, exploratam eorum fidem, & grauitatem ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos, etiam pro sapientia ac luce dignitatis suæ, quam ipse foret iudicaturus; tex. in l. vnic. ff. de offic. præfec. Prætor.

Quintò, ex quo in priuilegio expedito concessionis prædictæ adest clau-

120 sula *supplentes † omnes defectus tam iuris, quàm facti, & solemnitatum*, cum verbis etiam amplissimis, & exclusiuis omnium rerum, quæ possent aliquo pacto impedire concessionem, & de quibus esset facienda expressa mẽtio, vt in d. priuilegio patet. ibi *non obstantibus in omnibus, & singulis supradictis quibuscunq; legibus, pragmaticis sanctionibus, capitulis, constitutionibus dicti Regni, & præsertim his, quæ bonorum patrimonialium nostræ Regiæ Curiæ, alienationes, concessiones fieri prohibent, & alijs quibuscunquè in contrarium facientibus, etiam si talia essent, de quibus expressa de verbo ad verbum fieri mentio deberet, quibus omnibus, & singulis eisdem motu, auctoritate, & potestate prædictis derogamus, & derogatum esse volumus.* Quæ clausula denotat voluntatem Principis volentis disponere etiam in præiudicium tertij, DD. in l. fin. C. si contrà ius, vel vtilit. publ. Imol. in cap. quę in ecclesiarum nu. 22. vers. si vero vult rescribere de constit. Carol. Ruy. cons. 230. lib. 1. num. 11. Alexan. cons. 101. nu. 9. vol. 1. Fran. Bell. cons. 56. nu. 49. vol. 1. quod maximè procedit, extantibus verbis dictæ clausulæ ibi. *Etiam si talia essent, de quibus expressa de verbo ad verbum mentio fieri deberet.* Quibus verbis, nihil intactum prætermittitur, sed idem effectus resultat, ac si nominatim derogatum foret cunctis, quę obstare poterant. l. omnes vbi Bald. & Angel. C. de præscript. 30. annor. Ias. in l. fin. nu. 7. C. si contr. ius, vel vtil. public. Felin. in cap. nonnulli nu. 6. de rescript. Tiraq. ad leges connubiales glos. 7. nu. 202. & 204. Gozad. post Bar. & alios cons. 25. nu. 13. vers. & ista clausula fol. 61. Crauett. cons. 126. nu. 7. Rip. in l. 1. nu. 71. ff. de vulg. substit. ideoquè non admittitur probatio, quod aliquid omissum fuerit vel silentio præteritum, vt pulchrè recenset Hippol. Riminal. cons. 551. nu. 51. vol. 1. Ias. cons. 227. lib. 2. nu. 50. & & 51. His verbis. *Vnde talis clausula derogatoria legum, & statutorum, & consuetudinum, etiã si essent tales, de quibus deberet fieri mentio specialis, certè si sit concepta modo suprascripto dero-*

gat perinde, ac si specialiter, & expressè essent numerata, text. est in l. omnes C. *de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum in verb. specialiter, ac nominatim, & ibi Bald. & Angel. ad hoc multùm notant, & ibi Bald. dicit, illum tex. esse ad hoc singularem, & meliorem, qui sit in iure, & dicit, quod multoties vidit dictā clausulam derogatoriā apponi, & quod tantùm operantur illa verba, quantùm si de omnibus legibus, statutis, vel consuetudinibus esset singulariter, & distinctè facta mentio, habentur enim omnia pro enumeratis, & specificatis, & omnibus intelligitur derogatum*, hęc Iason, & idem voluit in cons. 121. in prin. vol. 4.

Quòad Quintum, & vltimum prin-
121 cipalem articulum † pro parte Vniuersitatis dicebatur, non expedire, neque vtile esse suæ Maiestati prædictā terram alienare, cùm pro cōseruatione Regni intersit, illam in suo demanio conseruare, ideoquè nec potuisse, nec voluisse suam Maiestatem extrà suum demanium eam ponere, quia terra ista habet castrum, siue fortalitium, & est posita propè fines status ecclesiastici, vndè fit, ùt ex iuris di-
122 spositione † nullus particularis possit eam possidere, iuxtà tradita per Imperatores Honorium, & Theodosium in l. quicunquè C. de fundis limit. lib. 11. vbi Luc. de Penn. & alij, & facit l. si legatum §. fines publicos ff. de operibus publ. ibi. *fines publicos à priuatis detineri non oportet*. quod ét expressè habetur ex Petro de Greg. Tholos. in Sintagm. iur. cap. 2. nu. 8. & 9. lib. 26. & idem habetur ex Claud. Seisel. in specul. feud. in rub. qui feud. dar. poss. col. 9. vers. *auctoritate autem priuata*. qui dicit licitum esse particularibus resistere, inquit enim. *Quod puto verum, nisi esset alienatio talis, cuius exequutio contineret damnum irreparabile, & notorium esset, illam esse illicitam, putà si Princeps velit alicui viro potenti infeudare magnum fortalitium, vel comitatum, quod si semel ille concederet, non posset postea sine magna difficultate auferre: tunc enim licitum est alicui priuato*
123 *domino, vel Reipublicæ † resistere de facto, si potest, nè ille habeat possessionem.* Quæ omnia si Regi, ac Supremo Italiæ Consilio innotuissent, illam nō cōcessisset, & sic ex hoc etiam capite, nullam reddi concessionem prædictam dicebatur.

Sed huic obiectioni pro parte Ducis replicabatur, non solùm prædicta non obstare, sed immò eius concessionem firmiorem reddere, nam licet vera sint, quæ pro vniuersitate dicūtur, dum à personis particularibus asserit
124 † Castra limitropha possideri non posse, ex eisdem iuribus apparere, & præsertim ex d. l. quicunquè hāc prohibitionem non compræhēdere illos, qui à Principe obtinuerunt, ùt declarat Glos. Bart. & alii inibi, & si militibus, quibus finium custodia commissa erat, poterant concedi, quantò magis Duci D. Alphonso, qui erat miles, & pfectus militū, & vir magnæ virtutis, & integritatis, quod erat notum suæ Maiestati. Sed huic responsioni replicabatur pro parte Vniuersitatis, dicendo, verum esse, quod asseritur, si præfato Don Alphonso fuisset facta concessio, vt in ea resideret, secùs in concessione reali pro se, & hæredibus, proùt hæc erat, in qua non industria personæ, sed remuneratio seruitiorum fuit in consideratione, quando fuit facta concessio.

Et pro complemento omnium prędictorū dicebatur pro parte Vniuersitatis prædictæ, non posse hodie dubitari de validitate prædictorum priuilegiorū, dùm Regia Camera Fisco illa impugnante, referente peritissimo Francisco Antonio de Dauid ex Præsidentibus illius in Collaterali Consilio, cum interuentu Dominorum Regiam Cancellariam Regentium, & Antonii Orificii Præsidēns Sacri Cōsilii,

filij, & aliorum quatuor Dominorum de Sacro Consilio, & peritiorum illius Tribunalis fuerit sententiatum in beneficium Vniuersitatis prædictæ, respectu functionum fiscalium, quas dùm Fiscus integrè exigere contendebat, Vniuersitas prædicta dicebat ad illarum solutionem non teneri, ex quo á Cæsarea Maiestate Imperatoris Caroli Quinti immunitatem obtinuerat, ùt ex priuilegio apparebat, in quo etiam demanium fuerat confirmatum, vndè stante auctoritate ràm Supremi Tribunalis, non erat ampliùs in controuersiam deducendum, pro quo ponderabatur responsum Pauli Iurisconsulti in l. filius ff. ad l. Cornel. de fals. vbi dicit pronunciasse in quadam causa, quia Senatus idem iudicauit ibi. *Sic enim inueni Senatum cēsuisse*, & Imper. in l. 1. C. quæ sit long. consuetud. statuit esse attendendum quod in alijs causis similibus fuerit pronunciatum ibi. *Præses Prouinciæ probatis his, quæ in Oppido frequenter in eodem controuersiarum genere seruata sunt, causa cognita statuet*, idem habetur in l. 3. C. de ædific. priuat. pro quo faciunt etiam dicta per D. Ant. de Gam. decis. 128. & Affl. decis. 45. in fine.

Ex quibus omnibus fundabatur restituendam esse Vniuersitatem prædictam ad suum demanium, in quo priùs reperiebatur, non obstantibus oppositis pro parte Ducis, qui huic vltimo motiuo Vniuersitatis respondebat dicens, non posse iuuari Vniuersitatem prædictam auctoritate sententiæ Regiæ Cameræ, quia illa procedit respectu Iudicum, non respectu Principis; ad Iudices enim spectat Principis concessiones seruare, sicut illis in priuilegio est mandatum, ad Principē verò, quæ ad generalem administrationem pertinent, gubernare.

His omnibus diligentissimè examinatis, atquè discussis, me referente, votantibus in hac causa Dominis Regentibus D. Antonio de Quintanaduegnas Decano, Marchione Florestæ, Domino Hieronymo Caymo Mediolanensi, & D. Don Petro Corseto Siculo viris eruditissimis, atquè probatissimis, coram Dom. Præsidente D. Balthassare de Zunica Magno Regni Legionis Commendatario Militiæ Sancti Iacobi, & Suæ Maiestatis à Consilijs Status viro integerrimo, ac omnium virtutum genere ornatissimo, qui maximo omnium Regiæ Maiestatis subditorum applausu Suprema Consilia Suæ Maiestati exhibet, & Domino Comite de Cincion Aragoniæ Regnorum Generali Thesaurario, & de Consilio Suæ Maiestatis, in Supremo Italiæ Senatu fuit pronunciatum in beneficium Vniuersitatis Ciuitatis Regalis, quia tempore concessionis factę dicto D. Alphonso, non fuerat examinatum priuilegium prædictum Vniuersitatis, & ideò fuit declaratum in forma sequenti.

Viso memoriali porrecto S. Maiestati pro parte Vniuersitatis Ciuitatis Regalis, ac consultatione super illo facta per Regiam Cameram Summarię declarauerunt, & declarant per priuilegium infeudationis concessum Illustri Duci Domino Alphonso Idiaquez dictæ Terræ Ciuitatis Regalis, non fuisse, nec esse mentis Suæ Maiestatis derogandi demanio, in cuius possessione reperiebatur, si quod validum, & legitimum dicta Terra habebat, & propterea ante omnia eam restituendam esse ad possessionem sui demanij, & in ea manutenendam, saluo iure præfato Duci impugnandi validitatē dicti priuilegij, & consultationis Reg. Cameræ, si & prout iuris fuerit in prædicta Regia Camera, ad quam de iure cognitio spectat, & ità obseruari mādant. Datum Madriti 14. mensis Februarij anni 1622.

De quibus omnibus Supremum Consilium certiorem reddidit Suam Maiestatem, eiquè supplicauit, vt in alio

alio Oppido eiusdem valoris gratiam factam commutaret, cuius consultationi Sua Maiestas se conformem reddidit,& sic vtriquè fuit consultum Vniuersitati,secundùm Iustitiam tanti Regis, & Duci, secundùm ipsius, & maiorum merita,& cùm fuisset reclamatum pro parte Illustris Ducis, fuit confirmatum decretum prædictum etiam cum interuentu prædictorum Dominorum Regentium,& D. Regẽtis Ioannis Rodriquez de Salamanca.

S V M M A R I V M.

1 *Relatio alicuius negotij per Suam Maiestatem Proregi commissa,debet fieri eum voto* Collateralis *Consilij, vel Regia* Camera*, si in eo Fisci interesse versetur.*
2 *Decretum Supremi Aragonia Senatus pro magno* Capitaneo.
3 *Decretum cõtra decretum est nullum, & nu.* 10.
4 *Conscientia debet regulari à iuris dispositione.*
5 *Conscientia triplex est, ex Baldi doctrina.*
6 *Conscientia* Principis *quæ sit.*
7 *Imperiale rescriptum legem declarans, perpetuum est.*
8 *Citatio Fisci non requiritur in rescripto,quo Princeps in re sibi praiudiciali suam declarat voluntatem.*
9 *Declaratio* Principis *vim legis obtinet.*
11 *Sententia inferioris, sententia superioris non officit.*
12 *Successori in feudo prædecessoris factũ non obstat.*
13 *Sententia contra feudi, vel maioratus possessorem præiudicat successoribus, si fuerit legitimè prolata.*
14 *Sententia contra agnatum iniuria, vel fraude non victum, obstat successoribus.*
15 *Sententia inter alios lata, nocet alijs, si victus litem bona fide pretractauit.*
16 *Appellationis omissio, collusionis præsumptionem inducit.*
17 *Sententia inter alios lata, tertio non obstat, si causa non fuit viriliter defensa.*
18 *Euictio, & pretij restitutio, in quo differant.*
19 *Euictione remissa,non censetur remissa pretij restitutio.*
20 *Donans, ad euictionem regulariter non tenetur.*
21 *Fallit quoties illam promisit.*
22 *Vel si donatio cæpit à promissione.*
23 *Item si donatio fuerit remuneratoria.*
24 *Donatio remuneratoria non est simplex,sed ob causam.*
25 *Donans feudum, tenetur de euictione.*
26 *Donatio ob seruitia ratione officij, præstita non parit euictionem.*
27 *Donatio censetur remuneratoria, si fiat ob seruitia,quæ debitum legale inducunt.*
28 *Item si debitum naturale.*
29 *Vel si optimè fuerint præstita, maxima adhibita cura, & sollicitudine.*
30 *Donatio inter virum,& vxorem maximo præcedente beneficio, sustinetur.*
31 *Naturalis obligatio, retentionem parit*
32 *Verbum,nullo iure,de quo in l.donari, non solùm de ciuili, sed de naturali etiam intelligitur.*
33 *Alexandri ab Alexandro verba de munificentia.*
34 *Obligatio antidoralis,euictionem producit.*
35 *Donatio simplex facta à Principe, est irreuocabilis.*
36 *Princeps donationem reuocans ex legitima causa, ad tantundem tenetur.*
37 *Princeps,sub fide,& verbo Regis, promittens obligatur,ac si iurasset.*
38 *Assertio meritorum à Rege facta, an probet merita.*

39 *Asser-*

39 *Assertio Principis attendi debet, etiam ad sui commodum, si facta sit de consilio Peritorum.*

40 *Concessio Actuariatus ab Episcopo facta cum consensu Capituli, ab eius Successore reuocari non potest.*

41 *A Principe donatio facta non subdito, reuocari non potest.*

42 *Princeps, alteri dominium tollere prohibetur.*

43 *Transactio iustificatur ex dubio litis euentu.*

44 *Transactio super scriptura guarentigiata, cuius difficilis sit sensus, fieri non prohibetur.*

45 *Decretum Supremi Italiæ Senatus de transactione admittenda.*

ARGVMENTVM.

An exceptio desertionis causæ reclamationis interpositę à decreto lato per Regiam Cameram, obstet contrá actorem, etiam respectu decreti lati per aliud Supremum Tribunal, quod decretum non fuerat exhibitum, nec præsentatum in prima instantia in eodem Tribunali Regiæ Cameræ in beneficium actoris. Et an Rex teneatur de euictione, respectu feudorum ab ipso donatorum, quæ fuerant euicta, ex causa eiusdem Regis, vel saltim teneatur tantundem reficere.

DECISIO SEXTA.



Cùm Excellentissimus Dux Suessæ, & Vaenæ plures haberet lites cum Regio Fisco in Regno Neapolitano in Tribunali Regiæ Cameræ pendentes, tàm ex persona magni Capitanei, quàm D. Raymundi de Cardona Inuictissimo Regi nostro id exposuit, ac libellum porrexit, petens à Sua Maiestate, ùt de illarum Iustitia certioratus, omnibus per transactionem finem imponeret, cuius petitioni libenter annuēs munificentissimus Rex noster litteras ad Proregem dedit, illiquè iniunxit, ùt de statu cuiuslibet litis, necnon de sua sententia certiorem suam redderet Maiestatem, cùmquè illas exequutioni demandasset Excellentissimus Lemensium Comes D. Petrus de Castro, atquè cum voto Domini Regentis D. Petri Castellet de omnibus relationem ad Suam Maiestatem transmisisset, fuit iterum præfato D. Proregi in mandatis datum, ùt relationem prædictam, Fisci Patrono audito, ac exquisitis votis Regiæ Cameræ, & Collateralis Consilij transmitteret. Nàm licet in litteris, (primo loco datis) nulla fuisset facta mentio votorum Regiæ Cameræ, atquè Collateralis Consilij, fuit habitum pro indubitato in Supremo Italiæ Senatu, litteras Suæ Maiestatis esse intelligēdas, vt relatio fiat cum voto Collateralis Consilij, & quando aliquod Fiscum interesse habere dignoscitur, exqui-

exquirenda fore vota Regiæ Cameræ; His ergò prolatis ad Proregem litteris, iterum de omnibus actum fuit in Reg.Cam.& Collaterali Consil.quorum Tribunalium accedentibus votis, ac Fisci Patrono audito, Prorex rem omnem ad Regis aures detulit. Fuit igitur in Supremo Italiæ Senatu, visa prædicta relatione, & votis, solemniter de more discussum, an Regi expediret, lites prædictas transactione terminare, & sic de iuribus Fisci discussum, inter quæ fuit principaliter actum circà prætensam per Ducem euictionem passam in anno 1518. Oppidorū Turris Maioris, Montis Sancti Angeli, & aliorum, quæ Federicus Neapolis Rex in anno 1497. Magno Capitaneo don auerat, vt sex mille annuos aureos ex illis, & alijs redditibus perciperet, in quarū possessione per plures annos permanserat; sed virtute generalis Indulgentiæ à Rege Catholico concessæ, ex fœdere inito inter Catholicum Regem, & Ludouicum XII. Francorum Regem, Carolus de Sangro à manibus Ducissæ filiæ Magni Capitanei illas vendicauerat, an respectu istius prætentionis esset transigendum, & aliquid dandum pro omnibus per ipsum prætensis, & licet de transactione ageretur, Fiscus, non esse sup illa transigendū, dicebat, cui finē imposuerat sententia, Regium Fiscum absoluens in anno 1552. per eandem Regiam Cameram lata in Collaterali Consilio. Sed sicut Fisci oppositioni respondebatur, nullam esse de prædicta sententia rationem habendam, aduersus quam nullitates aliquæ fuerant propositæ, & ab ea reclamatum, quā reclamationē adhuc pēdere dicebatur, Ita pro parte Regij Fisci replicabatur, reclamationem interpositam esse desertam, & nullitates nullo pacto, tanquàm friuolas obstare. Pro parte verò Ducis dicebatur, desertionem nullam adesse, respectu iudicij cum Regio Fisco, sed cum illis de Sangro. Item tempore latæ sententiæ per Regiam Camerā non fuisse exhibitum decretum per Cæsaream Maiestatem, latum in anno 1520. per quod fuerat declaratum, Suam Cæsaream Maiestatem fuisse in foro conscientiæ obligatam, ad reficiendum damnum, ex dicta euictione sequutum hæredibus Magni Capitanei, & ex eo rescriptum Proregi Regni, vt illos in possessione prædictarum Terrarum restitueret. Ex quibus, & Iustitia causæ dicebatur omninò agendum esse de transactione. Sed Fiscus his replicabat, ad nihilum prodesse sententiam prædictam Hispaniæ latam, non enim tenetur Fiscus de euictione, etiam si donatio sit remuneratoria, idquè fuisse iudicatum per Regiam Cameram cum eodem Ducæ Suessæ, & alijs multis. Neque prædictum decretum obstare, quod fuerat præsentatum in Regia Camera, absquè ordine Suæ Maiestatis, & Domini Proregis, ex qua facti narratione de duobus fuit principaliter disceptatum.

Primò, an Duci obstet allegata reclamationis desertio, itaùt stante illa non sint in tractatu transactionis deducenda per ipsum pretensa.

Secundò, an Fiscus teneatur de euictione, quando res à Principe donata fuit, & quatenùs non teneatur de euictione, saltim teneatur ad emēdam, cùm ex facto suo fuerit causata Oppidorum illorum euictio, quæ Rex Federicus Magno donauerat Capitaneo. Ipse enim in capitulationibus pacis promiserat restitutionem Oppidorum ab illis ereptorum, qui Regis Gallorum partes fuerant sequuti.

Quoàd Primum Articulum dicebatur pro parte Ducis nullam adesse desertionem in causa cum Regio Fisco, ùt ex processu clarissimè constabat, sed quatenùs respectu deductorū in illo iudicio aliqua posset obstare euictio, non tamen obstare dicebatur respectu decreti per Cæsaream Maiestatem

statem lati in anno 1520. die 26.mẽsis Aprelis interpositi, Supremi Aragoniæ Senatus accedentẽ sententia, in quo tùnc interueniebant Regentes Neapolitani, & Siculi, nondùm enim erat erectum Supremum Italiæ Consilium, ad quòd probandum adducebantur eiusdem Decreti verba, quæ
1 sic se habent† *In causa Magni Capitanei fuit in Consilio conclusum, quod Dominus Rex tenetur, & debet pro exoneratione conscientiæ dare hæredibus magni Capitanei excambium Terrarum restitutarum* Paulo, *& Antonio de Sangro in vassallis, & Terris æquè bonis eiusdem redditus, & valoris, recuperando functiones fiscales, quæ datæ fuerunt per Regem defunctum eisdem Paulo, & Antonio de Sangro, & nùnc possessas per hæredes Magni Capitanei, aut si hoc de præsenti recusatur, ob causas Suæ Maiestati benè visas, licet hoc fieri non debet vllo casu, attamen eo in casu videtur, quod debeant exponi litteræ directę Viceregi, narrantes querelam dictorum hæredum, & ea, quæ petuntur, & facta prædicta narratiua, mandetur vocata parte, ac si dicti hæredes fuerunt de facto spoliati, & prouisiones contra ipsos factæ, & si executio illarum reperiatur facta, non vocata parte ritè, & rectè, sed in his fuisse de facto processum, eo in casu, de facto restituantur in pristinam possessionem die 26. mensis Aprilis anno 1520. in Oppido Corunæ, Magnifici Don Antonius, Augustinus Vicecancellarius, Doctor Sosa, & eximius Perez de Figuerola, Philippus de Ferreras, Ioannes Iacob. de Bononia, & Michael May, Regentes Regiam Cancellariam, Regij Consiliarij ad Consilium, & in domo babitationis dicti Domini Vicecancellarij conuocati in causa prædicta, fuerunt opinionis, & voti superiùs narrati, & inserti omnes vnanimes, & conformes*, Petrus Garsia Secretarius.

Huius igitur decreti authoritate, quod non fuerat in Regia Camera præsentatum in illo iudicio reiuendicationis antè prolationem sententiæ latę per Regiam Cameram, dicebat Dux, nullum afferre posse impedimẽtum decretum Regiæ Camerę, in quo Fiscus suam fundabat intentionem,
3 † cùm sit illud decretum contrà decretum, quod nullum est, ex reg. text. in l. quod semel, ff. de decret. ab ordine faciendis, vt infrà dicetur, immò obstare Fisco authoritatem rei iudicatæ, cùm iàm semel per tàm Supremũ Tribunal fuerit pronunciatum in eius fauorem, & declaratum, teneri Regẽ satisfacere ex causa euictionis passæ.

Neque obstare dicebatur, quod Fiscus allegabat, decretum prędictum non esse fundatum in iustitia causæ, sed in conscientia, nàm respõdebatur, Decretum prædictum esse interpretatiuum eius, quod ius disponit, & eundem effectum producere, cùm † con-
4 scientia debeat regulari à iuris dispositione, & legalibus sanctionibus, si enim obligatum esse Imperatorem declaratur ad restitutionem in conscientia, id fit, quia actus procedit ex fonte Iustitiæ, non enim esset obligatus in conscientia, nisi lege aliqua esset adstrictus, ità Alex. cons. 218. n. 5. ad 8. vol. 2. Bal. in l. de eo n. 4. C. de pœn.
5 iud qui malè iudic. vbi dicit † triplicẽ esse conscientiam, quædam enim est ligata rebus præuisis, quædam ligata rationibus legum, est, & alia conscientia mortua, & adhærens quibusdam imaginationibus intellectus, & ista non obligat animam nostram, quia est conscientia impulsiua, & arctatiua, ex quo voluit Alexan. cons. 209. nu. 22. vol. 6. illum, cuius conscientiæ aliquid est commissum non posse leges transgredi, quia intelligitur de conscientia lege munita, non de ea, quam quis sibi fabricat, arg. text. in l. codicillis §. penult. ff de legat. 2. idemquè habemus ex Afflict. decis. 321. nu. 1. & 2. vbi ait. *Quia vera conscientia est illa, quæ sumitur ex fontę legum, quæ*

proce-

procedunt à Deo, indè dicebat Bald. in c. Clerici de vit. & honest. Clericor. quod conscientia legis vincit conscientiam hominis, quæ dicitur abusiua, quando
6 *habet pro se leges.* Hæc Afflict. & † in Principe (vt ait Stephan. Feder. de ord. iudic. c. 10 n. 4.) *conscientia Principis nihil aliud est, quàm viua legis decisio, & spiritus rationis suprema auctoritate munitus, atquè instructus.* Ex quibus dicebatur, decretum illud firmissimum, ac legibus munitum esse, cùm fuerit declaratiuum, atquè interpretatiuum Regiæ voluntatis, atquè difficultatis, quæ oriebatur ex eo, an donatio esset reuocabilis, vel nè, cui nemo Iudicum contradicere potuit,
7 nàm † in omnibus articulis, qui iuris inuestigationem, seù documenta recipiunt, Imperiale rescriptum legem aliquam declarans, perpetuum est l. fi. C. de legib. l. omnium C. de testam. c. inter alia de sentent. excomunicat. tradunt Bald. in l. cùm quidam nu. 11. C. de fruct. & lit. expens. Fel. in c. super litteris nu. 8. de rescript. Anchar. consil. 293. nu. 1. & 2. Soccinus Sen. consil. 87. nu. 18. vol. 3. Aemil. Verall. decis.
8 163. nu. 6. vol. 1. † neque hoc casu requirebatur alia iudicialis solemnitas, neque citatio Fisci, cùm ageretur tãtùm de præiudicio ipsius Regis declarantis, & certiorati de meritis Magni Capitanei, quæ apud ipsam Regiam Cæsaream Maiestatem erant multùm notoria, ex quo sequebatur dicẽdum, hanc declarationem perpetuam post se trahere exequutionem contrà suum patrimonium, etiam si absquè forma iudicij facta fuerit, Anchar. consil. 23. nu. 6. Decius consil. 35. nu. 5. Cæsar de Graff. decis. 2. de præben. nu. 8. ad 12. fol. 162. ibi. *Fuit etiam dictum parui referre, an peruenerit ad manus Nũtij, vel minùs cùm simus in declaratoria, quæ potuit fieri inuito, nedùm ignorante Nuntio, Innoc. in c. olim de verbor. signific. Felyn. & DD. in c. cùm venissent de iudic.* & paulò post. *Et ad decisionem Mobedan.* 115. *ex aduerso allegatam placuit responsio, quod ibi sumus in reuocatione legati, in qua ad tollendum errorem publicum, requiritur notificatio, at hic sumus in merè declaratoria, quæ nihil noui inducit, & incontinenti operatur effectum suum, absquè alia notificatione,* Roman. consil. 482. nu. 5. ad 9. fol. 223. Marsil. in l. de vnoquoquè num. 76. ff. de re iudic. Petr. Surd.
9 decis. 39. num. 1. & sequent. † declaratio enim Principis legis vim obtinet l. fin. C. de legib. eò magis, quia illa declaratio fuit facta cum Consilio Supremi Italiæ Senatus, ad tradita per Andr. in c. 1. num. 16. qui success. ten. nàm licet Princeps (vt inqt ipse) rarò inueniatur iurista, multos tamẽ habet Peritos in Cõsilio suo, & ideò præsumitur optimè pro ista declaratione. Ex quibus dicebatur ad tollendam omnẽ desertionis difficultatem, quod aut istud decretum fuit prolatum antè sententiam, & nullam eam reddit, est
10 † enim decretum contrà decretum, quod est ipso iure nullum, ad tex. in l. quod semel ff. de decr. ab ordin. faciẽ. Cyn. in l. 1. C. quando prouocare non est necesse, & latiùs infrà dicemus, quia istud decretum vim legis habet, & sic per viam nullitatis agi posse, quando supplicationis, vel appellatio-
11 nis cessat remedium, † neque illud nullitatis cessat, vbi appellationis remedio vti non potest, Philipp. Franc. in c. dilecto q. 49. nu. 109. & 110. de appellat. Vantius in rubr. quis possit dicere de nullit. nu. 33. & 34 fol. 376. Sigismund. Scacc. de appellat. lib. 3. c. 2. q. 17. lim. 2. nu. 125. Aut verò decretum illud exhibitum fuit post sententiam, & desertionem ipsius, & tùnc erit noua scriptura, & nouum motiuũ ad excludendam vim sententiæ iudi-
12 cis inferioris, cùm † sit contrà sentẽtiam Superioris, & sic dicebatur, nullius esse momenti, neque aliquem producere effectum sententiã prædictã, ad text. in l. si Fullo, vbi Paul. Castrens.

ftrens.num.7.8. Ias.nu.2.ff.de condit. fin.caus.Glos. & Bart. in l. Iulianus ff. de condit. indeb. Surd. consil. 268. nu.15.

Neque obstare dicebatur, quod Fiscus opponit circa præsentationem huius decreti, absque ordine Suæ Maiestatis, & Illustrissimi Proregis, quia cùm per Cæsaream Maiestatem fuerit facta declaratio in vim sententiæ, à qua omnes iurisdictiones fluunt, & refluunt, quælibet sententia contrà ipsam est nulla, atquè inualida, l. 1. & 2. C. quando prou. non est necess. l. 1. §. item cùm contrà ff. quæ sentent. fin. appellat. rescind. Bald. in l. sub specie nu. 4. C. de re iud. vbi animaduertit, quod regula illius textus, vt sententia non retractetur, prætextu instrumenti nouiter reperti, debet intelligi, nisi instrumentum de nouo repertum redargueret sententiam de nullitare, quando videlicet sententia contrà sententiam esset lata, cuius doctrinæ se subscripsere Salyc. ibi nu. 2. & Stephan. Federic. de ordin. iudic. c. 21. num. 37.

Dicebatur præterea, quatenùs dubitari de sententiæ desertione posset, illam procedere, vt obstet Ducissæ D. Eluiræ, cuius culpa poterat procedere
12 desertio, † non autem respectu successorum, qui fuerunt vocati in inuestitura Regis Federici; Is enim concessit feudum pro se, & hæredibus, & successoribus in perpetuùm, vndè vnusquisquè pro se vocatus censetur, & tamquam independens ab alio, Bald. in c. 1. n. 3. vers. ego autem in materia delictorũ, si vassallus feudo priuetur; ideòq; factùm antecedentis possessoris, non præiudicat sequenti substituto, l. peto §. fratre vers. *nec tamen ideò sequentium causa per Superiores in posterũ lędi debet*, ff. de leg. 2. l. 3. ff. de interd. & releg. l. si arrogat. ff. de adop. l. diui fratres ff. de iur. patron. l. filiam ff. de Senator. tot enim sunt vsusfructus, quot patientiæ, & ideò res semper est integra, quoàd futuras patientias, Glos. in l. 1. §. interdùm verb. quotidiè cõstituitur ff. de vsufruct. accresc.
13 & licet regulariter † sententia lata contra feudi, vel maioratus possessorẽ præiudicet cæteris agnatis, & vocatis; id tamen procedit, quando legitimè fuit prolata, nec fuit aliquid omissum, ex ijs, quæ in iudicio fieri debent, aut ex malitia, aut ex negligentia, erit enim personale damnum, & non reale, nequè ad successores progredietur, l. si seruus plurium §. si hæreditatis Iudex ff. de legat. 1. l. ex contractu ff. de re iudic. l. si prolusorio, l. à sententia ff. de appellat. Andr. Isern. in c. 1. §. si vassallus colum. 2. si de feud. fuer. cont. vbi dùm firmat conclusionem,
14 † rem iudicatam aduersus primum agnatum præiudicare, etiam agnatis futuris, illam limitat, dummodò non incuria, vel negligentia, vel fraude sit victus primus agnatus, & Bald. in l. ingenuum nu. 4. vsquè ad 6. ff. de statu homin. tradit, sententiam generaliter nocere, si defensor legitimus satisfaciat omnibus extremis iudiciorum, & nihil prætermittatur, idem Bald. in l. 2. nu. 3. & 4. C. quib. res iudic. non noc. Arius Pinellus in auth. nisi tricenalis nu. 50. C. de bon. mat. vbi dixit ab omnibus Doctoribus affirmari, tũc nocere sententiam latam successoribus, quando nihil fuerit omissum in causa, nec succumbens aliquid voluntariè concessit victori, Dec. cons. 445. num. 36. Mier. de maiorat. p. 1. q. 14. nu. 9. ad 12. Menoch. cons. 501. nu. 8.
15 vol. 6. vbi tradit † sententiam inter alios latã, & si certis casibus noceat, id tamen intelligi, quando victus omnem diligentiam adhibuit, nè vinceretur, atquè ità constare debere eum bona fide litem pertrattasse, vt in l. si duo Patroni, ff. de iureiur. & num. 11. subdit, vnum ex principalibus signis esse, quandò ille cum quo iudicium est per sententiam finitum, omisit appellare,

pellare, vel supplicare, quæ est quædam iurium renunciatio, quæ alteri, quàm renuncianti nocere minimè po-
16 test, immò † non appellans, vel non supplicans, cùm facere id debuit, colludere cum aduersario præsumitur l. si seruus plurium §. si quis antè ff. de legat. 1. Ioan. Garf. de nobilit. Hispan. glos. 40. nu. 8. ad 10. Molin. lib. 4. c. 8. num. 7. de primog. Hispan. Surd. decis. 256. num. 13. 14. vbi etiam dixit, tunc sententiam non nocere tertio, quan-
17 do † reus causam non defendit enixè, etiam si aliàs erat nocibilis, vt post Butr. Bald. & Angel. dixit Imol. in l. sæpè nu. 3. ff. de re iudic. Sfort. Oddus tractat. de restit. 4. part. q. 37. ar. 17. nu. 122. Mastrill. dec. 172. n. 13. vol. 2. de quo, & supra dec. 2. n. 311. & 321.

Præterea dicebatur, quatenùs desertio reclamationis obstaret, id sanè intelligendum esse, respectu articulorum in prædicta causa propositorum, restitutionis nempè contra illos de Sangro, & euictionis contra Fiscum, secùs verò respectu valoris Terrarum euictarum, & adimplementi mercedis promissæ per Regem Federicum, & per Regem Catholicum ratificatæ integræ summæ annuorum ducatorum sex mille, interest enim valdè inter euictionem, & pretij restitutionem, euictionis enim casus est, quanti tua interest, non quantum pretij nomine dedisti l. cùm successores, vbi Glos. C. de euiction. & Dominus Regens de Ponte in hoc casu loquitur cons. 27.
18 nu. 6. sed † pretij restitutio non remittitur etiam euictione remissa; l. emptorem §. qui autem ff. de action. empt. ex quo dicebatur, sententiam prolatam super euictione non impedire pretij restitutionem, & per consequens desertionem in causa euictionis petitæ non obstare respectu pretij, de quo agi posset in præsenti transactione, Paul. Castr. in d. l. emptorem §. qui
19 autem nu. 2. † nàm etiam si cautum sit inter partes, euictionem non debe-ri, non tamen censetur renunciatum ùt pretium rei non petatur, Aretin. in §. actionum num. 49. vers. & prædicta procedunt, instit. de action. Anton. de Butr. in c. fin. nu. 3. de emption. & vendit. Corneus cons. 226. num. 6. vol. 2. Cassan. cons. 55. num. 43. Peregr. cons. 91. nu. 6. vol. 3. Ias. in l. stipulatio ista nu. 11. ff. de verbor. obligat. Rub. cons. 152. nu. 2. & 3. Caballin. in tract. de euict. §. 5. nu. 25. & 26. ex quibus omnibus dicebatur, non obstare exceptionem reclamationis à Fisco propositam.

Quoàd secundum articulum, in quo principaliter agitur de Iustitia causæ, an scilicet teneatur Catholica Maiestas de euictione prædictorum Oppi-
20 dorum, dicebatur † regulariter donantem de euictione, minimè teneri, ad text. in l. Aristo §. fin. ff. de donat. & l. ad res donatas, ff. de ædilit. edict. & in specie, quod Fiscus non teneatur de euictione vltrà simplum, dixit Bald. in l. 1. C. de hæred. vel act. vend. num. 11. quem sequitur D. Regens de Ponte de potest. Proreg. tit. 4. §. 4. num. 2. vbi satis benè declarat, quando teneatur de euictione, & quando ad interesse, & quomodò intelligatur id, quod dicitur, Fiscum non soluere vsuras, tamē hanc regulam non procedere, Primò,
21 † quando est promissa euictio ex l. 2. C. de euict. cum alijs per Caballin. tract. de euict. §. 4. num. 1. versic. primus est.
22 Secundò † in donatione, quæ incipit à promissione, siuè promissio fiat per stipulationē, siuè pacto nudo, l. si quis argētum C. de donat. glos. in d. l. Aristo, §. fin. & Caballin. loco citato vers. secundus casus.
23 Tertiò † non habere locum in donatione remuneratoria, ùt tradunt Bart. & Scribentes in l. Iulianus §. 1 ff. de verb. obligat. Interest enim donatoris rem donatam euictam non fuisse, vt sit liberatus ab obligatione, per tex. in l. Idemquè §. fin. ff. mand. nàm vt ait Lof-

Loffred. in paraphr. feudal.ad cap. 1. §.Titius, si de feud.defun. milit. controu. fuer. in donatione remuneratoria adest conditio, siuè obligatio, vt
24 teneatur de euictione, quia † non est simplex donatio, sed ob causam, ad tex.in l. Attilius Regulus, ff.de donation. & Georg. Cabed. decis. 119.2. par.n. 12.&13.tradit se vidisse fiscalē Regis procuratorē, vocatū ad defendendum quendam Regis donatarium, & subdit hæc verba. *Quamuis enim in donatione euictioni non sit locus, tamen fallit in donatione remuneratoria*;& in
25 specie, quod † in donatione feudi teneatur donans de euictione dicit Capyc.in inuest.feud.verb. feudorū euictiones ibi. *Et si opponatur, q in re donata cessat prouisio euictionis, si euincatur l. ad res donatas ff. de aedilit. edict. l. Aristo cum ibi not.ff.de donation.vt eodèm modo in re infeudata dici debeat,qua donata censetur,cap. 1. de feud.dat.in vicem leg.commiss. Respondendum est, quod contrarium loquutur in donatione simplici,sed feudum non est simplex donatio,sed ob causam,vt vassallus seruiat, & obediat.* Quam doctrinam casum istum decidere dicebatur,cùm hic agatur de donatione rerum feudalium, & Capyc. loquatur de donatione simplici,non autem remuneratoria,& huic sententiæ se subscripsit accuratissimus vir Dominus Henricus de Rosental. in eius copios. tract.feudal.cap.8.conclus.29. & hoc medio iustificari dicebatur decretum Imperatoris Caroli V. quod fuit pronunciatum iuxtà has doctrinas, nàm inquit idem Rosental.nu.10.*Sextò declaratur,vt vassallus de euictione agēdo consequatur, vel feudū aequiualens, vel pretium in aliud feudum conuertendum, & ità alternatiuè petendum esse videtur. Item omne interesse, & meliorationes factas.* hæc Rosental.

Verùm quia pro parte fisci dicebatur quatenus huius argumenti maior esset vera,deficere tamen probationem minoris, hoc est donationem istam
26 fuisse remuneraroriam,nàm † seruitia licet ingentia,& notabilia,erāt tamen præstita ratione officij,& ex necessitare,& debito,ac obligatione ipsius officij & ad illa tenebatur, quo casu non dicitur donatio remuneratoria,in qua posset considerari euictio; sed mera gratitudo,& liberalitas,quæ sunt verba D.Regētis de Pōte,consl.59.nu.19. vbi pluribus id comprobat, & nu. 22. post Dec. in l.si donatione nu. 13. de donat.sic ait. *Nam hic est casus decisus cum Duce Suessæ, qui prætendens euictionem à Regio fisco ex causa rerū donatarum, & euictarum Magno Capitaneo ex causa seruitiorum tàm ingentium, fuit tandem exclusus, & summa cum ratione: nàm omnia seruitia, quæ enumerantur præstita per D. Raymundum,vt erant illa Magni Capitanei,fuerunt (inquàm) præstita ex debito officij, & ex necessitate, & debito, ac obligatione ipsius officij ad illa tenebatur. Quo casu,quando dicitur donari ex causa prædictorum seruitiorum non dicitur tunc donatio remuneratoria in qua posset considerari euictio,sed mera gratitudo, & liberalitas, & ponunt exemplū Doctor.in donatione facta inter coniuges propter seruitia, quia debent esse talia, ad quæ vxor non tenebatur ex debito officij. glo. in c.si quid 12 quæst. 2. ratione enim subiectionis tenetur operari, & seruire.* Hæc D.de Ponte,qui refert secundùm hanc opinionem fuisse iudicatum in causa prædicta inter Ducem Suessę, & Iulium de Capua,& Regium fiscum fuisse absolutum, & num. 24. hęc subdit: *Et quam prætendere potest, qui vti Capitaneus,vel Prorex,vel in alio officio seruiuit maximè cum salario*; quod idem affirmauit in tract. de potest. Proreg. tit.de tract.seù extract.nu. 27.

Pro parte Ducis Suessę respondeba
27 tur huic obiecrioni, † donationē factā à Rege Federico,& à Rege Catholico confirmatam, fuisse remuneratoriam

proùt ingentia, acfructuosa seruitia ab ipso prestita tàm in eius priuilegijs, quàm in ore totius Orbis omnium cõsensu clamant. Cuius quidē priuilegij dati in Anno 1607. die 1. Ianuarii hęc leguntur verba. *Tametsi ingenuè fateamur tantum per te nobis incrementi adiectum esse, & gloriæ, & fortunæ, vt huius magnitudine non paruam difficultatem, licet in amplo, & Regio gradu constituti in te remunerando, ac promerendo sentiamus, vt quo maiora tibi da turi sumus, longè tamen minora tuis meritis dedisse videremur, memores igitur quo primum consilio cum subsidio à nobis missus Ferdinandum Iuniorem Regem consanguineum nostrum à Carolo tunc Gallorum Rege eiectum à Regno Neapolitano veniens, breuique in Regnum restitueris, quo mortuo à Rege postea Federico eius patruo, & in Regnum successore Montis Gargani, ac multorum iuxtà adiacentium Oppidorū dominio dotatus es, & in Hispaniam rediens honorificè acceptus à nobis, recolentes insuper quemadmodum in Italiam remissus, ità rebus eo tempore poscentibus classe petens Cephaloniam Insulam in Ionio mari à Turcis diù occupatam, atquè munitam breuiè expugnaueris, tùm inde Calabriā regressus primò, deinde Apuliam recuperaueris, vnde te honoris causa Ducatu Terræ Nouæ insigniuimus, postremò post illam Regni partitionem inter nos, & Christianissimum Regem Gallorum Ludouicum exorta discordia Baroli cōsultissimè cum exercitu consederis, vbi quamuis diù tempus mari, tùm parta victoria quasdam triremes hostiles cœperis, miraq; patientia, atq; constantia pestilentiam, egestatem, & famem prius viceris, vtque Rubos inuaseris, ac intra viginti quatuor horas illic validissimo præsidio partim cæso, partim capto victor celerrimè redieris. Tandem Barolum egressus insultantes, & latè vagantes hostes Gallos, quodq; magis mirum fuit obsessus obsidentes, & in eodem ferè loco, vbi olim Annibal insigni clade Romanos affuxit collatis signis mira virtute adeptus, cæso etiam eorum Duce à Cirignola profligaueris, atquè cecideris tot machinis æneis, ac tormentis bellicis, atq; vexillis illos spoliaueris, nec modo Fabij illius Romani Dictatoris cunctatione, sed etiam Marcelli promptitudine contingeris, ac Cæsaris celeritate persecutus, Neapolim quamprimùm in fidem resceris, ibiq; duas munitissimas arces, quæ priùs inespugnabiles habebantur incredibili solertia, alacritate, & industria debellaueris, præsidiumq; vtriq; postridie aduenient incomparabili prouidentia victor eluxeris, vtquè postmodum ad Ripam Liris fluuij in agro Suessano bibernis tēporibus fæuiente Cœlo castrametatus aduenientibus ad alteram Ripam copiosissimis hostibus, prælumque instauraturis te opposueris, illosq; cùm iam pontis fluuium vinxissent, tua castra inuadere, ac dirigere conantes non modò repuleris, sed prouisa occasione repentè fabricato ponte ad vlteriorem Ripam hostes intrepidè inuaseris, illisque in fugam versis, ac passim cæsis, reliquisquè intra Gaetam compulsis data per te hostium Duci fide publica ità petenti, vt obsessis tandem per mare peteret effugium, Oppidum cum arce in deditionem acceperis, atquè hostibus ita eiectis totum Regnum Neapolitanum nostræ ditioni subieceris, nostramq; in illo regendo aliquot annis vicem tenueris, sicut mira fortitudine acquisiueris, ita etiam magna prudentia gubernaueris, atque aduenientibus nobis, omni de parte integrum, tranquillumq; fidelissimè tradideris, repetentes deniquè memoria res tantas à te optimè gestas, quodq; tot victorias, virtute, consilio, grauitate, cōstantia, magnitudine, animi fœlicitate continuaueris, non patiemur pro nostra in te singulari beneuolentia, proquè Regia dignitate, quam sustinemus, quin posteritas etiam intellectura sit, tua tamen clara, & illustria*

ergà

ergà nos obsequia, & officia, fortunaq; incrementa, neq; irrita, neque indonata prateriysse; sic enim paria faciemus, vt cum tuorum ergà nos officiorum cumulus excreuerit, nostraque tibi exornando debentur pramia non crescant, vtq; etiam exemplo tuo discant præsentes, ac futuri ductores omnes, atque contendãt si non pari prudentia, ac felicitate, attamen fide pari suis Regibus in posterum deseruire.

Ex quib. priuilegij verbis satis clarè dicebat Dux apparere, non ratione, & obligatione officij tantùm fuisse præstita seruitia, sed in multis obligationem excessisse, itaùt intrà terminos doctrinæ in contrarium allegatæ sit cõcessio prædicta, tamen vt omnis tollatur difficultas dicebat, merita tripliciter considerari.

Primò quidẽ, quando seruitia producunt ius agendi, siuè debitũ legale, vt inquit Cabedo decis. 36. 2. par. nu. 6. de quibus loquitur Iureconsultus in l. si pater §. 1. ff. de donation. *si quis* (inquit) *aliquem à latrunculis, vel hostibus captum eripuit, & aliquid pro ea ab ipso accipiat, hac donatio irreuocabilis est, merces enim laboris eximij appellanda est, quod contemplatione salutis certo modo astimari non placuit.* Hoc enim exemplo vtuntur Bald. in l. Lucius Titius nu. 2. vers. item nota ff. de exercit. action. Abb. cons. 3. lib. 2. num. 13. q. 16. vers. præterea, & tertio Tiraq. in l. si vnquam verb. donatione largitus num. 12. cum seq. C. de reuocan. donat. Anan. cons. 81. nu. 4. vers. *sed hic fuit facta ex causa vt propter fidelitatem, & obedientiam.* Anton. Petra de potest. Princip. cap. 32. dubit. 2. nu. 138. Marcus Anton. Natta consil. 600. nu. 38. Ioann. de Amicis cons. 31. nu. 10. & 11. Rebuff. in praxi benefic. super præfat. ad rubr. de collation. col. penul. vers. *item quando priuilegium concessum est ob remunerationem*, vt potè quando Princeps concessit ob laborum remunerationem. Ad quod etiam adducebatur authoritas Summi Pontificis in cap. 2. §. fin. 79. dist.

28 Secundo modo † merita considerantur, vt si non legalem, saltim naturalem producant obligationem, veluti si vxor, filius, vel alius, qui ratione officij ad debita tenetur obsequia, præstiterit aliqua præter ea, ad quæ tenetur, vt considerat Tiraq. in d. l. si vnquam verb. donatione largitus num. 107. & Cabedo d. decis. 36. & hæc inducunt donationẽ remuneratoriam, quia licet non intercesserit obligatio tãta, quãta sit necessaria, ad hoc, ùt peti possit remuneratio ex rigore iustitiæ, tamen interuenit obligatio antidoralis ius debitę gratitudinis exigens, quę nomen liberalitatis excludit, vt tradit Dominus Pręsid. Couar. in cap. cum in officijs nu. 9. vers. gloss. Bernardi de testam. Cabedo d. loco nu. 9. qui nu. 11. ait. *Quibus tamen addo, quod si aliqui faciant vltrà id, ad quod ratione officij tenentur, in eo excessu beneficium erit euidens debitum morale ad antidora, vt tradit D. Th. 2. 2. q. 106. art. 3. ad 4.* & nu. 7. ait, *quod licet verũ sit, quod obligatio ad antidora propriè nõ sit obligatio inducens iuris vinculũ, sed tantùm sit quidã instinctus, siuè motus animi, quo mouemur ad benefaciendũ benefacienti, tamẽ si quis secundùm hunc naturalẽ animi motũ benefacienti remuneret, nõ dicetur simpliciter donasse, cùm aliquo modo esset ad hoc obligatus, & hac ratione licet donatio sit, qa nullo iure cogẽte eam quis fecit, tamẽ mera, & simplex donatio dici non debet, & ideò eam remuneratoriam appellamus.*

29 Tertiò modò † considerantur merita circa obsequia debita, sed perfectè, & maxima cum satisfactione exhibita, vt quando aliquis optimè in officij sui administratione se gessit, & licet hæc merita non producant legalem, neq; naturalem obligationem, producunt tamen quandam mutuam, atque reciprocam gratificationem, veluti quando cum magna cura, & solicitudine

in obsequium mariti, vel patris, vel magno tempore sunt præstita, quæ remuneratione digna esse, tradit Tiraquell. in d.l. si vnquàm verb. donatione largitus num. 108. post Dec. & alios, quos allegat.

Dicebatur ergò in donatione prędicta, quatenùs merita non producerent ius agendi, nequè legalem obligationem, negari non posse quin producant naturalem, cùm egregia seruitia præstita, nedùm fuerint secundùm officij obligationem, sed vltrà, proùt exitus demonstrauit, cuius quidem rei testimonium ipsemet Rex perhibuit in priuilegio anni 1507. dùm inter cætera air. *Ad Ripam lyris fluuij in agro Suessano hibernis temporibus sæuiēte Cælo Castrametatus.* Et postea subdit. *Sed præcisa occasione repente fabricato ponte ad vlteriorē Ripam hostes intrepidè inuaseris, illisque in fugam versis, &c.* quæ, & alia multa egregiam eius operam vltrà debitum obsequium demonstrare dicebatur. Nàm (vt inquit Schrad. *quando vassallus pro contrahendo matrimonio Domini adhibuerit operam, vel maiorem, quam talem, ad quam ipse ratione iuramenti fidelitatis obligatus est, vel admodùm diuturnam cum magna cura, & sollicitudine, nàmq; certum est, quod munus concessum vassallo pro talibus operis, atq; obsequijs suis, non modò, vt simplex donatio, sed vt donatio remuneratoria valeat, & legibus approbata sit, quando opera, vel excedit obligationē fidelitatis, vel diuturna cum magna cura, & solicitudine coniuncta*, Hęc Schrad. de feud. par. 9. c. 6. num. 7. post Tiraq. & alios, Palat. Rub. in c. per vestras in rubric. §. 50. de donat. inter vir. & vxor.

Confirmantur prædicta auctoritate Didaci del Castillo in prohem. ll. Taur. in vers. quæ sint insignia ser-
30 uitia fol. 3. vbi dicit, quod si maritus maximum beneficium recepit ab vxore, & propter hanc causam fuit facta donatio, valebit tamquam remuneratoria, quia licet teneatur seruire marito, tamen ratione maioris obsequij tenetur ad antidoralem obligationē.

Quibus sic traditis dicebat Dux, quatenus seruitia per Magnum Capitaneum pręstita non essent talia, quæ ius agendi tribuerent, quia ratione officij tenebatur, eius tamen naturæ esse, vt naturalē producant obli-
31 gationem, † & per consequens ius retinendi, itaùt repetitionem impediant eius, quod solutum fuerit errore iuris, nàm, vt inquit Couarr. d. cap. in officijs nu. 10. de testam. *Qui gratificatur alteri, à quo beneficium accepit, credens sese ad id teneri errore iuris, iàm animo consentit naturaliter, vt remuneretur amicus, nec errat in natura vinculo, & consensu naturali, licet errauerit in iure. Igitur non repetit l. cum qui C. de iuris, & fact. ignor, ad idem conducit tex. in d. §. consuluit, quo decisum est, eum, qui donauit, si antidora accepit, esse locupletiorem; ergò ab eo repeti id non potest; non enim diceretur factus locupletior, si ab eo repeti datum posset.*

Ex quibus dicebatur dari responsū ijs, quę tradit Pinell. in l. 1. C. de bon. matern. 3. par. nu. 60. vsque ad nu. 65. nàm licet simplex donatio dicatur, quæ nullo iure cogente fit l. donari
32 cum glo. ff. de regul. iur. si illud verbum, nullo iure cogente intelligitur de iure ciuili; non videtur per illam legē excludi obligationē, quæ ex iure naturali ortum habet, quo homines naturali quadam obligatione coguntur ad benefaciendum benefacienti, & sic ex naturali obligatione procedere debuit, Forrun. Garzia in l. 1. §. ius naturale ff. de iust. & iur. quem refert, & sequitur Couar. in d. cap. cum in officijs de testam. nu. 9. vers. glossa. Bernardi, vbi inquit. *Quamuis qui beneficium intulit ius exactionis non habeat, cùm animo liberali id egerit, & ideò*

ideo remuneratio non est debita ex legali obligatione, sed ex honesta, & morali, vt probat D. Thom. 2.2.q. 106. art.4.5.6. adeò vt nulla actio in Republica detur aduersus ingratos, qui mortali etiam crimine ingratitudinem committunt, nè tot lites oriantur, tamen negari non potest, naturalem parere obligationem, quia vt idem Couarr. loco citato subdit, *sicut ex pacto nudo naturalis oritur obligatio l. 1. ff. de pact. l. iurisgentium §. prætor ait ff. eod. & id pactum violare peccatum sit mortale regulariter, vt voluit Gloss. in cap. 1. de pactis; tamen ad euitandas tot in Republica contentiones, expensas, iurgia, & lites, nulla ex pacto nudo datur actio iure ciuili, d.l. iurisgentium §. sed cũ nulla, tametsi æquitatẽ illã naturalem Sacri Canones sequuti, actionẽ ex pacto nudo dederint c. 1. de pact.* q etiã dixit Cabedo decis. 36. nu. 7. part. 2. illa enim negatiua nullo iure tãquam indefinita, & generalis vtrumquè ius, vel naturale, vel ciuile complectitur, ut tradit Hyppolit. Riminald. instit. de donat. numer. 255. aduersus Pinell. sic dicens. *Præterea dicebatur, quod si illa verba* (nullo iure cogẽte) *propriè sumenda sunt, magis propriè sumentur, si comprahendant, non tamen ius cogens, mediante vtroquè vinculo ciuili, & naturali, verùm etiam altero tantùm, vt naturali argumento eorum quæ contra Iason. tradit Curt. Iun. & Sapia in rubrica ff. de iurisd. omn. iudic. in ea quæst. numquid appellatione iurisdictionis intelligatur etiam delegata, cùm potissimè in debito naturali ius gentium, & verecundia cogant. l. minus ff. de verbor. signific. ibi Dona autem sunt, quæ nulla necessitate iuris officij, sed spontè præstantur, quæ si non præstentur nulla reprahensio est, & si præstentur plerumq; laus inest.* Hæc Riminald.

Sequitur ergo ex prædictis nõ esse simplicẽ donationem, quæ ex natura officij fit, sicut in Regibus, ad quorum officium spectat esse munificos, & liberales ergà subditos, & eos, qui rectè atquè fideliter in aliquo exercitio se gessetunt, aut quæ fit ex aliquo iure, quod licet non sit deducibile in iudicio, posset tamen causare maculam, & reprahensionem in eo, quod eius effectus executioni minimè demãdaretur sicut ingratitudinis notam non effugeret dominus, qui vassallo benemerenti non benefaceret, ad quod allegabat præter alia eruditissimus D. Franciscus de la Cueua inter primarios huius excelsæ Curiæ patronos Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 5. cap.
83 1. vbi inquit † *Tum ego me arbitrari dixi, quod is, qui munificus, & liberalis est, licet ingenuè largiatur, & libenter officium faciat, tamen natura ità esse comparatum, vt qui beneficium accipit eo consilio, & animo sit, vt illi, à quo accepit ad tantundẽ spontè obligatus maneat, eumque pari obsequio deuinciat, vt similem, si occasio detur, gratiam referat ei, qui de se benemeritus fuit, id quoq; sit non animi appetentia, aut lucri spe suadente, sed quòd ita homini natura præscripsit, vt ampla præmia beneficijs demus. siquidem ad promarendum nulla efficacior vis, quam officium manet, atque ità hoc perspicuum est, fixum homini, ingenitumq; fuisse, vt sicut se à vi, & iniuria tutari, & illatam contumeliam vlcisci, ac talionem reddere iubente natura impellimur, ità collatum nobis officium alio officio pensare, & conferre cogamur. Nec tantùm eadem mensura, sed multò maiore, si potest beneficium remunerari, & benè cumulatam gratiam referre decet, nec vocare ad calculos expensorum, & acceptorum; ideò nõ immeritò gratias, vnam auersam, duasque nos aspicientes veteres effingere, quia geminata gratia, & cumulatior ad nos redire debet.*

Ex his omnib. dicebatur pro parte Ducis, veriorem, & magis communem sententiam esse, quæ remuneratoriam illã donationem affirmat, quæ fit propter

pter merita, etiam non inducentia ciuilem actionem, vt tradit Cæsar de Graffis decis. 2. de donat. num. 18. fol. 226. ibi. *An autem merita debeant esse talia, quæ actionem producant, fuit dictum, quòd communis est, quod non, licet Arius Pinellus copiosè post multos ab eo relatos defendat contrariam opinionem.* Cardinal Mantica de tacit. & ambig. coniect. lib. 13. tit. 15. num. 16. & lib. 21. tit. 4. n. 7. Stephan. Gratian. to. 2. discept. Foren. cap. 386. num. 13. fol. 635.

Dicebatur secundò, eundē Pinell. in d. l. 1. in 3. par. n. 62. vers. *sed peritissimè inspecta littera* (qui contra communem insurrexit sententiam) affirmare non simplicem, sed remuneratoriam esse donationem, quando aliquis maximis se exposuit periculis, vt aliū ab inimicorum insidijs liberaret, vndè cùm Magnus Capitaneus tempore Regis Federici maximè se exposuit periculis, vt ex relato priuilegio apparet, & Historici omnes affirmant, sequi dicebatur, vt hæc donatio sit remuneratoria, & non simplex, eò magis quia naturalis oblig atio ad remunerādum, cuius meminit Iureconsultus in l. sed si lege §. consuluit ff. de petit. hæred. in eo tantùm à ciuili differt antè traditionem, nàm post rem traditam, & præmium datum, idem operatur naturalis, & ciuilis obligatio, vt suprà dictū est ex Didac. Couar. vndè dicebatur, Reges obligatos remansisse Magnum Capitaneum in possessione bonorum donatorum conseruare, quòd si non fecerint, de euictione teneri, iuxtà doctrinam Bart. in d. l. Iulianus qui fundum nu. 5. & 6. ff. de verb. obligat. Caballin. in tract. de euict. §. 4. & 5.

34 Sola † enim obligatio antidoralis virtutem habet producendi Ius euictionis, vnde fit, vt opus non sit disceptare de obligatione coactiua, quasi ciuile vinculū necessarium sit, nec sufficiat naturalis æquitas renumerationis Ias. in l. ex hoc iure nu. 68. ff. de iust. & iur. Aymon. Crauet. cons. 64. nu. 3. vol. 1. nouissimè Alfaro in tract. de offic. fiscal. glos. 34. nu. 108. & 109. special. 1. fol. 303. Card. Tusc. to. 3. concl. 366. nu. 5. fol. 292. Bernard. Lauren. de potest. Reg. cap. 28. nu. 54. Seraph. Oliuar. decis. 534. nu. 3. vol. 1. Marca brun. cōs. 55. n. 176. vsq, ad 187. concludens, feudum, & remunerationem eius esse virtutis, & aptitudinis ad producendum ius euictionis, ac illicò subiungit. *Et quamuis aliqua possent allegari in contrarium, scilicet, quod feudi concessio magis innititur gratia, & sic donationi simplici, quàm ob causam, & magis præponderat, quàm præstatio seruitij, tamen quia in casu nostro feudum fuit concessum ob remunerationem meritorum, etiam quod esset donatio simplex, deberet habere locum euictio, & sic concluditur, quòd dicti Comites omninò manuteneri debent à Principe in dicto suo feudo.*

Ex quib. omnibus satis clarè probatū dicebatur, donationem fuisse remuneratoriam, & per cōsequens, fiscum bonis euictis de euictione teneri, quod eo magis suaderi dicebatur, quando idem Princeps fuit causa euictionis, cùm receptissimum sit, Principem donationem ab ipso factam reuocare minimè posse, quando ex causa meritorum est facta, vt post multos diximus in repetit. l. fin. ff. de constitution. Princip. 2. par. cap. 9. nu. 6. immò quod for

35 tius est † in simplici donatione à Principe facta reuocationi locum non esse, vt ibi diximus num. 54. ex l. 8. fori tit. 12. de las donationes li. 3. ex Bald. in l. qui se patris num. 34. C. vnde lib. & ex Andr. Isern. in cap. 1. §. similiter n. 24. de Cap. qui Curiam vend. cuius egregia, ac veritate plena dicta huc transcribenda duxi, vt ea Regij Consiliarij, atque fiscales Iudices ante oculos semper habeant.

Si non pōt (inquit ipse) *reuocare feudum dominus sinè causa à vassallo C. de action. & obligat. l. sicut, quomodo potuit*

potuit

potuit fieri Curia Capuana, de quâ fecimus mentionem suprà, qui succes. ten. circa fin. fiscales Regni Siciliæ adulando, vel timendo voluerunt colorare, quod potuisset fieri, dicentes speciale in fisco, vt possit contradictionem apponere, in cuius defectum irritetur concessio & acquisitum dominium reuocetur C. de omn. agr. desert. l. qui fundos lib. 11. C. de indic. l. 1. lib. 11. & de incestis, & inutil. nupt. l. fin. sed dominus dissipat ossa eorum, qui hominibus placent, dicitur in psal. Obediendum quidē est Deo, & veritati, Deus veritas est. Io. 14. dicitur Actor. 4. nàm si hominibus placerem, Christi seruus non essem, dicebat Apostolus, quomodo possunt hæc furari, & dici potius in dubijs contra fiscum est dicendum ff. de iur. fisc. l. nō puto malè dicunt hic introducentes, quod proprium est Imperialis Maiestatis concessa non auferre in auth. de referen. in princip. §. sinè causa scilicet dominium quæsitum non reuocat fiscus C. de rescind. vēdit. l. de cōtractu, sicut nec priuatus C. de reuocād. don. l. si donationē. nec donationi perfectæ dicitur condictio C. de cōdict. ob caus. l. si repetendi de donation. quæ sub mod. l. perfecta, quia, &c. Et illicò subdit *quod nostrum est sine facto nostro non tollitur ff. de re iudic. l. ius nostrū ff. ad Macedonian. l. si filio §. penul. C. de pactis l. si. nec cuiquā hominum ius suum debet detrahi ff. de ijs qui sunt sui, vel alien. iur. l. 2. bona subditorum sunt Principum quantùm ad protectionem, dominiū & proprietas non est Principis, non obstante errore Azo. in l. bene à Zenone. iura bona sunt ff. ad Trebell. l. Caius §. si quis bona, dominia sunt de iure naturali, & gentiū dicitur ff. de iust. & iur. l. ex hoc quæ sunt immutabilia, inst. de iur. natural. §. pen. & C. si contr. ius, vel vtil. pub. l. fin. non ergò Princeps auferet ab inuito sinè causa ff. de natal. restit. l. quæris, & l. seq. & patrono in gloss. maximè quod dedit non reuocat. C. ne fisc. rem quam ven. euinc. l. 1. lib. 10. ex causa posset, vt per tot. tit. de pœn. & suprà quib. mod. feud. amitta.* hæc Andreas, qui loco citato n. 26. hæc addit: *quia donationes Principum debent esse omnis diminutionis extraneæ.*

Neq; dici poterat, iustā fuisse causam restitutionis factæ illis de Sangro, & sic posse Principem donationem reuocare, & modificare, vt ait post Pinell. Matien. ad l. 11. glos. 9. tit. 7. lib. 5.
36 nou. recoll. nàm † quādo Princeps ex aliqua legitima causa bonum respiciens publicum, bona in alium translata restituit, tenetur ad dandum iustum valorem rei ablatæ donatario, ùt tradit Andr. Isern. in d. c. 1. §. similiter num 27. vbi inquit. *Et semper quando donat rem alienam ob publicam vtilitatem soluis iustum pretium C. in quib. caus. seru. præmium pro libert. accip. l. 2. & quemadmodum seru. am. l. si locus in fine*, & num. 29. subdit, *quod Principi placuit legis habet vigorem, si placeat, sicut bono viro, & bono Principi.* & nu. 30. ait, *nàm auferre ius cōpetens inuito est contrà ius naturale, quod est ius gentium*. Hæc Andreas, Vndè ex ijs, quæ dicta sunt patere dicebatur, obligationem, quæ est de iure naturali nō posse tolli, vt in l. ex hoc ff. de iur. na. turali, Felyn. in c. inter quatuor nu. 5. limit. 2. de maior. & obed. Crot. in l. Gallus §. & quid si tantùm nu. 20. ff. de liber. & posth. Menoch. cons. 163. nu. 30. ibi. *Est ergò, quod aduertat Sacra Catholica Maiestas, & ipsius Supremi Proceres, & à Consilijs nè compellendo possessores, ac Dominos horum feudorum restituere hæc feuda Comiti Scipioni, ipsemet Cæsar habeat necesse illis rependere, quod ablatum ab eis erit, nè alioquin iniustitiæ Ministrum (quod nunquàm dicere ausim) appellare contingat*, hoc idem dixit Ascan. Clem. in tract. de patr. potest. c. fin. nu. 42. Carolus Ruyn. cons. 21. n. 9. vol. 5. diffusè Petr. Surd. cons. 203. nu. 38. & 39. vol. 2. Ioan. Aloys. Catal. in tract. de indult. c. 22. nu. 102. vsquè ad 108.

& Mat-

& Mattien. ad d. l. 11. glos. 9. tit. 7. lib. 5. nou. recompilat.

Dicebatur tandem, Regem Iureiurando firmasse donationem prædictã (dùm inquit) *Atquè ità promittimus*
37 *sub fide, & verbo Regio*, † quæ verba iuramenti vim habent, eundemq; effectum producunt, verba enim Principis sunt seruanda, efficacemquè vim habent, Tiber. Decian. cons. 35. nu. 22. & 23. vol. 2. ibi. *Quarto est etiam fauorabilis hæc causa, quia Serenissimus Carolus promisit omnia pacta obseruare in verbo Principis, quæ quidem verba per Principem prolata important iuramentum, vt notatur in c. penult. de iureiur. & per Ias. in l. 3. §. iurari col. 1. eod tit. fauorabile ergo est, quod verba Principum, & multò magis iuramenta bona fide adimpleantur, & obseruentur, & potiùs extendãtur, quàm restringantur*, idemquè docet Petr. Surd. cons. 419. nu. 69. vol 3 ibi. *Et in casu nostro priuilegium, seù pactum prædictum, potest dici iuratum, quia illa clausula sub fide veri Principis, habet vim iuramenti, & idem operatur, ac si verum iuramentum tactis corporaliter scripturis fuisset adhibitum.* Et idem Petrus Surd. hoc dixit dec. 159. nu. 20. & decis. 234 n. 9. & 10. Nicol. Moron. de treug. & pac. q. 9. vers. *& vbi sub verbo Principis, quid promittitur iuramentum importat*, Bertran. cons. 262. nu. 5. vol. 7. Mising. cent. 1. obseru. 17. nu 1. & 2. ibi. *Quando Princeps promittit sub fide, & dignitate principali, quod hæc verba inducant iuramentum inter Principes, vel certè iuramento æquipolleant grauiter disputatum, & tandem conclusum est in causa curatorum Marchionum de Badem contrà Dominum Marchionem Ernestum anno 1543. vbi compromissum firmatum sub fide, & dignitate Principum pro iurato fuit habitum*, Bursat. cons. 78. nu. 19. vers. 6. hæc Principis determinatio vol. 1. subijciens. *Quod hoc ipsum etiam iuuatur consuetudine, quia Principes sub his verbis iurare soliti sunt, & censetur arg. text. in semper in conuentionibus ff. de regul. iur.* idem Bursat. cons. 304. nu. 31. vol. 3. Ias. cons. 91. lib. 3. Crau. cons. 963. nu. 21. vol. 5. Neuizan. cons. 68. nu. 49. cum sequentib. fol. 244.

Nequè obstare dicebatur, non constare de meritis, aliter quàm per asser-
38 tionem Regis, cuius † assertioni standum non videtur, Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in rubr. de reb. Eccles. non alien. Alex. consil. 101. num. 6. vol. 1. quia conclusio prædicta procedit in casu, in quo loquitur Ioan. Andr. scilicet in alienatione rerum Ecclesiæ, & sic in rebus, quæ alienari prohibentur, vel in personis prohibitis, vt post Bart. in l. si fortè ff. de castr. pecul. & alios tenet Decian. resp. 25. nu. 37. vol. 1. nàm in casu isto non sumus in personis, vel rebus prohibitis, in quo statur assertioni factæ per concedentem de meritis eius, cui facta fuit concessio, ùt in specie tenet Bart. in l. ambitiosa de decret. ab ordin. facien. & alij, quos refert idem Decian. loc. cit. nu. 38. & seq. quibus si addatur
39 † factum fuisse cum consilio suorum Consiliatiorum, nil remanet desiderandum, tunc enim statur verbis Principis asserentis, etiam si de sui commodo ageret, vt dixit Andr. Isern. in c. 1. qui success. ten. nu. 16. ibi. *Quod si Princeps præhabita deliberatione cum suo Consilio, dicat aliqua elicita per importunitatem, creditur, donec probetur contrarium, quasi non ipse solus, sed, & sui Consiliarij hoc testentur, ideò statur dicto Papa in c. cùm à nobis, quia habet subscriptionem Cardinalium 12. q. 2. cùm Redemptor.* & idem in c. 1. §. similiter, quæ sit prima caus. benef. amitt. nu. 42. vers. sed si liberaliter, &
40 hinc dixit Afflict. decis. 101. quod † si Episcopus concedat Notario officium Actuarij, mortuo Episcopo concedente successor potest reuocare, secùs verò si concessio fuit facta cum consensu Capituli, quia tunc videtur facta ab Ecclesia.

Dice-

Dicebatur insuper non obstare, quod Fiscus opponebat, quod Magnus Capitaneus alia beneficia receperit in compensationem meritorum suorũ, quia respondetur cum Decian. d. respons. 25. nu. 79. vers. non obstat etiã, non esse sufficientia in recompensationem ingentium seruitiorum ab ipso præstitorum, sicut nec obstare dicebatur, quod receperit à Sua Maiestate officium Magni Admirati Regni Neapolis, quia dicebatur in hac concessione habitam fuisse rationem seruitiorũ præstitorum per Ducem Suessæ patrem, qui apud Summum Pontificem Oratoris munere fuit egregiè functus, & alia plura obsequia præstitit, immò attenta munificentia, ac liberalitate Serenissimorum Regum Hispaniæ, qui consueuerũt officia prædicta cõtinuare in successoribus, fuisse potiùs restitutionem, quàm donationem; & tandem quia fuit facta in recompensationem concessionis factæ per Reges Catholicos Comiti de Capra, Villæ de Castro el rio cum 500. vassallis in Hispania, quam ab eo abstulerant, & eam concesserant Marchioni de Pliego, & in eius vicem eidem Comiti concesserant perpetuam tenentiam de Alcalà la Real, quæ nec effectum fuit sortita, quia mortuo Duce Don Consaluo, fuit concessa Don Antonio Gamboa, qui eam nunc possider, & sic apparebat ex litteris Suç Maiestatis, datis Madriti sub die 5. Martij 1616. apud Secretarium Thomam de Angulo.

Sed vlteriùs pro parte Ducis dicebatur, oppositiones Fisci locum fortassè habere potuisse, si donatio esset facta à Rege Catholico, qui erat Rex, & Dominus Magni Capitanei, sed quia donatio facta fuit à Rege Federico, cui Magnus Capitaneus non tenebatur seruire, non posse militare in casu isto, & licet ordine Regis Catholici venisset ad Regnum, verumtamen seruitia fuerunt prçstita Regi Federico, qui ob eximiam diligentiam, virtutem, atquè fortitudinem Magni Capitanei, Regnum recuperauit, idqué ab inimicorum faucibus liberauit, cui nedùm prçdictorum bonorum donatio, sed maiorum fieri debebat, & sic benè applicari possunt verba Iureconsulti in l. si pater §. 1. ff. de donat. ibi. *Si aliquem à latrunculis, uel hostibus captum eripuit, & aliquid pro eo ab ipso accipiat, hac donatio irreuocabilis est, non merces laboris eximij appellanda est, quod pro contemplatione salutis, certo modo æstimari nõ placuit*. Ad quod etiam faciunt, quç tradidit Iureconsultus in l. metum §. sed licet ff. de eo, quod met. caus. ibi. *Eleganter tamen Pomponius ait, si quo magis te de vi hostium, vel latronum, vel populi tuerer, vel liberarem, aliquid à te accepero, vel te obligauero, non debere me hoc edicto teneri*. Quç omnia cùm in dicti Regis Federici donatione concurrerint, faciunt donationem remuneratoriam, & quç non solúm non excedat seruitia, sed multò inferior illis sit. Ad quorum confirmatio-
41 nem dicebatur† donationem prçdictã tamquàm factam non subdito, irreuocabilem esse, respectu prædicti Regis Federici, qui illam reuocare minimè potuisset, vt tradunt Innoc. nu. 6. & Abb. in c. nouit de iudic. num. 23. & alij, quos adduximus ad l fin. de const. Princ. 2. p. c. 9. nu. 57. & quando diceretur, reuocationem non fuisse factam à Rege Federico, sed à Rege Catholico, respondetur multò minus potuisse illum hoc facere, cùm esset tollere
42 dominium, † quod Principem auferre non posse, tradunt Bart. nu. 6. Ias. nu. 44. in l. ex hoc iure ff de Iust. & Iur. & alij per nos adducti ad Rubr. de const. Princ. c. 1. nu. 50.

Si ergò donationem præcesserunt ingentia, atquè eximia merita, si donatio fuit rei feudalis, si facta à Rege, si non subdito, si ex his omnibus irreuocabilis redditur, si dominium auferri à Principe non potest, si eius obseruantiam perpetuam ipse promisit, dubitari

bitari minimè posse dicebatur, quin euictio debeatur, aut saltem recompẽsatio rei donatæ, quam non Tertius euinxit, sed idem Rex fuit causa, vt euinceretur, quæ omnia iustam faciebant sententiam Imperatoris Caroli V. Domini nostri, latam in anno 1520. & per consequens, quando non adimplerentur, remaneret grauata consciẽtia Suæ Maiestatis, quod si hæc sufficerent, pro obtinenda sententia in fauorem Ducis, tàm respectu euictionis passæ Terrarum prædictarum, quàm etiam reliquorum annuorum reddituũ super functionibus fiscalibus, multò magis sufficere poterant ad transigẽ-
43 gum, cùm † ad hoc, vt transactio teneat, sufficiat dubium esse litis euentũ, vt tradunt Glos. & DD. in l. 1. ff. de trãsact. vbi Ias. n. 15. & alia, de quibus
44 supra decis. 2. nu. 338. adeò, vt † etiam super scriptura quarentigia valere possit, quãdo non sit adeò clara, quod eius sensus non possit recipere aliquã difficultatem, ùt probat Soccin. Sen. cons. 4. lib. 1. num. 3. Surd. cons. 451. num. 51. Blanc. tract. de compens. q. 4. num. 5. §. ex instrumento quarentigio vers. intellige tamen, Lancell. de attent. 2. par. c. 12. limit. 9. nu. 7. ac satis est, quod possit esse controuersia extrà iudicium per negationem, vt dicit Glos. in d. l. 1. ff. de transact. vbi DD. Ruyn. consil. 126. nu. 16. lib. 3. & sequitur Crauet. cons. 707. nu. 29. in fin.

De his omnibus actum fuit in Su-
45 premo Italiæ Senatu, † cui visum fuit, ùt tàm de his prętensionibus, quàm etiam aliis fieret transactio, ità vt omnes lites in Regia Camera Summariç pœnitus abolerentur, & pro omnibus darentur ducati sex mille, annui redimibiles, pro ducatis centum mille super functionibus fiscalibus, & ampliùs daretur facultas alienandi officium Magni Admirati, pro duabus vitis, & ità Sua Maiestas mandauit die . . . .

SVMMARIVM.

1 *Rei suæ quilibet est moderator, & arbiter.*

2 *Vendere rem suam cuilibet liberum est tàm de iure communi, quàm Regni.*

3 Priuilegium *exemptionis tolli debet, si grauiter lædat subditos.*

4 *Baro statuta condere potest, concurrentibus legitima causa, & subditorum vtilitate.*

5 *Leges generales anterioribus priuilegijs non derogant, præsertim si sint remuneratoria nu. 6.*

7 *Lex superueniens non censetur antiquã tollere consuetudinem, nisi id expresʃè disponat.*

8 *Concesso vno, venit omne id, sine quo illud vnum explicari non potest.*

9 *Concessa re, veniunt omnia, sine quibus res illa commodè haberi non potest.*

10 Priuilegium *in alterius damnum vergens, strictè est interpretandum, nisi inutile reddatur.*

11 *Consuetudo præscripta derogat legi.*

12 *Lex tollitur decennali præscriptione.*

13 *Item bino, vel trino contrario actu, licet coram* Principe *non gesto.*

14 *Res iudicata pro veritate habetur.*

15 *Mutanda non sunt, quæ certam semper habuerunt interpretationem.*

16 *Consuetudo subsequens mentem legis declarat, quamuis eius verbis aduersetur.*

17 *Consuetudo antiqua semper est seruanda.*

18 *Beneficium* Principis *elusorium reddi non debet.*

19 *Recedendum est à stricta verborum interpretatione in beneficijs Principis.*

20 Priuilegia *ex causa onerosa, vel remuneratoria sunt interpretanda, itaùt effectum habeant, licet Tertio præiudicent.*

21 Priuilegia *motu proprio, & de plenitudine potestatis concessa, sunt latè intelligenda, etiam in præiudicium Tertij.*

22 *Quod*

ARGVMENTVM.

Edictum emanatum á Magistratu Comitatus Modicae in Regno Siciliae, prohibens, nè subditi extrahant frumentum á Territorio Comitatus, an debeat seruari. Et an sit valida prohibitio facta ab Officialibus Regij Patrimonij, nè frumentum immittatur in Comitatū praedictum, quod vtrumq; facit circà extractionem duodecim mille salmarum concessam Excellentissimo Magno Admirato Castellae singulis annis faciendam á Regno praedicto de frumento illius Comitatus, & Baroniae Calcami, &c.

DECISIO SEPTIMA.



Magnus Castellae Admiratus, qui ob antecessorum suorum praeclara gesta Comitatum Modicae in Siciliae Regno possidet, illud à Serenissimo illius Regni Rege, inter caetera obtinuit beneficium, ùt singulis annis duodecim mille frumenti tractas mensurae maioris (vt communi Regni illius vtar vocabulo) possit extrahere, in qua possessione pacificè semper extitit. Quę concessio, vt faciliùs effectum sortiri potuisset, absquè Regij Patrimonij iactura, illam recepit interpretationem, vt ex frumento, quod in dicto statu oritur, extractio fieret, ob quam assequendam dicebat, ab eius Ministris fuisse prohibitos subditos illius Comitatus, frumēta extrà Comitatum vendere, cùmquè vnus ex dicti Magni Admirati subditis adijsset Tribunal Regij Patrimonij, querelam exponens, quod ipsius frumentum, & alia victualia extrà Comitatum praedictum vendere sibi non
1 permitteretur, cùm † rei suę vnusquisquè sit moderator, & arbiter, ad text. in l. in re mandata ff mand. ab Officia-

libus

libus Regij Patrimonij litteras obtinuit, nè in huiusmodi victualium extractione aliquod sibi impedimentum inferretur, sed liberè intrà Regnum vendere sibi liceret, cùmquè per illas maximum inferri sibi præiudicium agnosceret Magnus Admiratus, Regiam adijt Maiestatem, illiquè exposuit, vt pro suorum priuilegiorum exequutione, & antiqua possessione nullū circà prohibitionem prædictam faciēdam impedimentum adhiberetur. Dicebat enim, duplici eum onere grauari à Tribunali Regij Patrimonij, altero, quia omnibus eius subditis quocūquè velint frumenti asportandi licentia concedebatur; altero verò, quia cæteris dicti Regni incolis, & habitatoribus in Comitatum prædictum frumentum immittere, vetitum erat, præfati Tribunalis Patrimonij prohibente decreto, ex quibus priuilegium extrahendi reddebatur inutile, cùm per illud extractio frumenti status prædicti, & non alterius loci permitteretur.

Hoc negotium fuit latè discussum in Supremo Italiæ Senatu, referente Domino Ioanne Baptista Celeste Marchione Sanctæ Crucis, in quo duo fuerunt articuli disputati, alter, an prohibitio, quæ fiebat ab Officialibus Comitatus Modicæ, nè subditi frumentū extraherent sustineri posset, & proindè litteræ Patrimonij reuocari deberent, alter verò, an prohibitio immissionis frumenti in dictum Comitatum esset reuocanda.

Quoàd primum Articulum, dubiū faciebant contra Magnum Admiratum, tùm communia, tùm municipalia iura; Imperatores enim Constantinus in l. in re mandata C. mandati, & Valens, Theodosius, & Arcadius in l. dudùm C. de contrah. empt. liberam

2 † cuilibet facultatem rerum suarum disponendi, atquè vendendi concesserunt.

Imperator etiam Federicus in Cōstitutione si quando contigerit, statuit, ùt sinè Baronis licentia, atq; mādato bona sua vendere vnicuiquè liceret, idemquè statuit Rex Alphonsus Aragonius huius nominis Quintus in pragmat. 1. tit. 69. de his, quæ prohib. Prelatis, & Baronibus, vbi sic ait. *Prouidemus, & ordinamus, quod vos, seù aliquis vestrum de catero non possit, nec valeat directè, vel indirectè, palàm, vel occultè, vel alio quouis modo, seù quæsito colore vetare, siuè impedimento facere, quin Massarij, Agricolæ, & alij Regni ipsius arbitria quæcumquè facientes, & exercentes possint, & valeant eorum frumētum, ordeum, legumina, zaccarum, caseum, seù quodais aliud genus victualium ad omnem eorum voluntatem vendere, cui, vel quibus uoluerint, & eis meliùs placuerit, licentiam, & plenariam facultatem eisdem Massarijs, & agricolis frumentum, ordeum, & alia eorum uictualia uendendi per litteras easdem concedentes.*

Et in cap. Regni 26. inter capitula edita per eundem Regem Alphonsū, hęc habentur. *Qua de re Patronus victualium, leguminum, caseorum, pinguedinum, ea infrà Regnum deferendi vti eis placuerit, & facultatem omnem impartimur, Prælatis, Comitibus, Baronibus vniuersis, & Officialibus omnibus nostri demanij inhibendo, nè extractionem uictualium de eorum Terris, & locis impediant.*

Hoc etiam statuit Inuictissimus Carolus V. Imperator in pragm. 5. eiusd. tituli 69. his verbis. *Che sia libero à tutti uassalli uendere, e comprare il fromento, & altri grani à tutti, e cui serà loro ben uisto, e piacerà.* Quibus iuribus vendendi frumentum libertas muniebatur, quæ quidem magnam vim faciebant aduersus Magnum Admiratum.

3 Et tandem dicebatur † Priuilegium exemptionis, quod grauiter incipit lædere subditos, Superioris officio esse tollendum, ùt habetur per Scrib. in c. peruenit

peruenit de immun. Eccles. & faciunt quæ circa grauamina vassallis non inferenda diximus in tit. de grauaminib. vassallor. in annotat. ad Ius Regni, quę (Deo dāte) imprimentur, vbi latè.

His tamen respondebatur pro parte Magni Admirati, dicebat enim, Barones, qui habent merum, & mixtum

4 Imperium † posse facere statuta, duobus tamen concurrentibus, vtilitate scilicet subditorum, nec non legitima, atquè honesta subsistente causa, vt affirmat Ang. in l. 1. ff. quod quisquè iuris, Alex. cons. 124. nu. 4. vol. 4. Iacob. in sua inuestitura verb. cum mero, & mixto Imperio nu. 7. Natta cons. 240. num. 5. Rol. cons. 4. nu. 31. vol. 3. quod sinè difficultate procedere dicebatur, quando secundùm ius, vel præter illud esset factum statutum, & ius municipale, vt docuit Alex. in l. nemo potest nu. 4. ff. de legat. 1. & in specie huius casus Signorolus in cons. 180. col. fin. Rolan. cons. 3. num. 17. tom. 2. Bart. in l. filiusfamil. § diui q. 3. & ibi Angel. Imol. Alex. & Ias. in 1. lectura nu. 71. & lectur. 2. nu. 106. ff. de legat. 1. Scrader. cons. 44. num. 56. tom. 2. & hoc casu vtramquè causam concurrere dicebatur, vtilitatem nempè subditorum, nàm ob denegatam extractionem frumenti pretium illius erit vilius inter comitatēses, legitimam, & honestam causam, quia facilior redditur extractio concessa Magno Admirato.

Secūdò dicebatur, capitula prędicta Regni nō procedere cum Baronibus, qui amplam habent iurisdictionem.

5 Tertiò, quia huiusmodi † leges generales non censentur derogare priuilegijs, & anterioribus concessionibus, vt communiter Canonistæ affirmant in c. 1. de constit. in 6. & habetur in c. Abbatem de rescript. & communiorem sententiam esse testatur Salas de legib. disp. 14. sect. 14. in med. & latiùs disp. 17. sect. 14. nu. 74. & antè eum Anchar. cons. 161. num. 3. Crau. cons. 21. in fi. Paris. cons. 61. in fi. lib. 2. latè Menoc. præsump. 37. n. 7. & præsumpt. 40. num. 2. & seq. lib. 6. quod multò magis procedere dicebatur,

6 † quando priuilegium est remuneratorium, nàm est irreuocabile, Io. Andr. in c. nouit ille, quem allegat ibi Fęlyn. num. 8. de iudic. & post alios Georg. Acac. de priuileg. lib. 3. c. 8. num. 2. & seq. Christophor. Henescher. in eodē tract. concl. 95. & 96. & optimè Hippol. Rimin. cons. 540. nu. 95.

Quartò, quia licet iura prædicta contra Barones procederent, non tamen locum haberent contra Magnum Admiratum, stante antiquissima consuetudine prohibendi huiusmodi ex-

7 tractiones, cùm † lex superueniens nullum aduersus prædictam consuetudinem verbum expresserit, ad quod facere videtur tex in c. 1. de constit. in 6. ibi; *quia tamen locorum specialium*, vbi communiter Canonistæ, Abb. in c. fin. de consuetud. nu. 24. Couarr. var. resolut. lib. 3. c. 13. sub nu. 5. vers. 3. eadē ratione, Salas de legib. q. 97. tract. 14. disp. 19. sect. 13. nu. 98. & de immemoriali, post alios Couarr. vbi suprà nu. 5. Crau. cons. 21. nu. 11. Ruyn. cons. 13. num. 30. lib. 2. Auend. resp. 16. num. 1. Velasq. Auend. in l. 6. Taur. glos. 11. num 9. Gonzal. in reg. 8. cancel. glos. 33. num. 2. Schrad. cons. 1. nu. 291. tom. 1. quæ consuetudo subditorum cōsensu, ac Superiorum permissu erat cōfirmata, & authoritatē sibi adscripserat, non obstantibus prædictis Constit. atquè Pragmaticis Regni; Nam cùm agatur de beneficio Principis, quod latam debet recipere interpretationem, nè redderetur inutile, necessariò dicendum erat, concessa Magno Admirato facultate extrahendi salmas duodecim mille, censeri con-

8 cessum † omne id, sinè quo extractio illa fieri non posset, tex. in l. 2. vbi DD. ff. de iurisd. omnium Iudic. l. ad rem ff. de Procuratorib. Medic. de reg. iur. reg. 9. verb. concedi, & concessio, Menoch. cons. 441. num. 56. Vuesembecc

conf.44.fub nu.10.in fin.tom.1.Fach. conf.70.nu.30.lib. 1. ad quorum omnium confirmationem adducebatur quod ait Caftr.conf.422.quem fequitur Felyn. in c. præterea num. 4. verf. item de offic. & poteft. Iud. delegat. qui voluit ex priuilegio dato vni fuper charitatiuo fubfidio,poffe etiam inuitos cogi, qnod foluant, & cùm in hoc cafu agatur de priuilegio, &
9 fic de hominis difpofitione,quod† vno conceffo, veniunt non folùm ea, finè quibus actus explicari non poffet, fed etiam ea,cum quibus faciliùs,& commodiùs expediretur,vt voluit Aret. in c.de teftibus n.9. de teftib.quẽ fequitur Iaf.in d.l.2.fub num.11.cùm ergò extractio Magno Admirato fit permiffa de frumento Comitatus tãiùm, fi vaffalli illud extraherent, priuile-
10 gium redderetur inutile, nàm † licet priuilegium, quod in alterius detrimẽ tum vergit,fit ftrictè interpretandum, vt habetur ex cap.fanè de priuileg. & nos diximus ad rubr. de conftit.Princ. c. 6. tamen hæc regula non procedit, quando aliàs priuilegium redderetur inutile,c.in ijs, vbi Panorm. de priuil. cum alijs adductis per nos loco citat. num.8.& quod reddatur inutile,patet ad fenfum;& patebit ex his,quæ infrà dicentur num. 18. ftante igitur hac ratione, & confuetudine præfcripta, dicebatur,nullam vim facere iura in contrarium allegata, cùm fint contrà
11 confuetudinem præfcriptam†quæ iuri cõmuni, & ftatutis derogat,ex reg. text.in c.vltimo de confuetud. fufficit enim fi per decennium contrarium feruetur cum confenfu Superiorum ex Glof. in l.2. C. quæ fit longa con-
12 fuetudo†legi enim derogatur per tãti temporis lapfum, vt tradidit Panor. in c.fin.de confuet.nu.11.vbi Rocc.de Cur. Innoc. in c.cùm dilectus num.6. eod.tit.Molin.de Iuft.& iur.difput.77. tom.1.Medic.de legib.p.2.q.14.nu.3. latiffimè Salas de legib. difputat. 19.
13 fect.4.& fi binus,†aut trinus actus cõtrarius fufficit,fecundùm Panormitan. in c.1.nu.4. de treg. & pac. Bart.in l. de quibus nu.10.ff. de legib. Emanuel Rodriquez quæft. regul. tom. 1. q.6. art.12. nec etiam requiritur,vt huiufmodi actus contrarius fiat coram Principe,vt tenet Panorm.in d c.fin.num. 13. & Barb.n.71. Auend.de exequen. mand.p.1.c.8.num.3. Salas de legib. difp.13.fect 6.fub nu.23.tantò magis non obftabunt in hoc cafu, vbi plures actus reperiuntur facti in tot annorũ curriculo.

His addebatur, & quintò,vltrà cõfuetudinem adeffe plura decreta Regiorum Tribunalium, atquè prouifiones aduerfus illos, qui ordinibus Gubernatorum dicti ftatus non paruerunt, fed extrahere frumenta voluerunt, cùm maxima fit rerum iudicata-
14 rum auctoritas.nàm † res iudicata pro veritate habetur,l.res iudicata ff.de regul.iur.in tantùm,vt Paul.Iurifconfultus non fuerit aufus à fententia Senatus recedere, cùm in cafu fimili Senatum iudicaffe affirmet in l. filius ff. ad l. Corneliam de falf. vbi fic ait. *Sic enim inueni Senatum cenfuiffe*, &
15 ideò † minimè funt mutanda, quæ certam habuerunt temporis interpretationem,l.minimè ff.de legib.ita in fpecie confiderauit Georg Acac.de priuileg.lib.2.c.3.nu.2.

Sextò dicebatur,huiufmodi beneficium fruftratorium fuiffe, quia aut nõ inueniret triticum, fi quod femini, & victui fupereffet venderetur extrà territorium, aut irà cariùs emeret, vt ex impotentia emptoris,gratia à Regibus conceffa frui non poffet,effetquè contrà mentem Regum concedentium, quam fubfequens confuetudo interpretata eft, eleganter Crauett. confil. 208.nu.18.Caualc.decif.26.num.36. p.3.Corn.conf.181.nu.73.verf.2. di-
16 cti rei lib.2. & illa recipienda, †ac fequenda, etiam fi verba refragentur illi intellectui, & declarationi contrarium fuaderent, vt affirmauit Soccin.

Sen.

Sen.consil.145.col.2.lib.1. Crauett. conf.294.nu.22. Hip.Rim.conf.413.
17 nu.24. semper † enim consuetudo antiqua obseruanda est, vt rescribunt Dioclet. & Maxim. in l. si manifestè, C.de seru.& aqua, quem text. ad intellectum priuilegij affert Ludouic. Schuuartzmnieri in cons. 16. diuers. nu.19.tom.1. latè Georg. Acac.de priuileg.lib.2.c.3.nu.2.& seq.

Ex quibus videbatur dicendum, non esse turbandum Excellétissimum Magnum Admiratum, eiusq; Officiales in possessione prohibendi extractionem victualium, nè priuilegium
18 reddatur inutile, debet † enim beneficium Principis aliquid operari,& ità eius verba interpretari, nè fiat elusorium, sed vt illius verba aliquid operentur,c.in ijs,quæ de priuileg.l.1. C. de veteran.lib.12.c.pastoralis, & inibi Abb.de appellat. Glos. in l.si quando in princ.C.de inoffic.testam.idq; vltrà dispositionem iuris communis, & alio modo l.vnic.C.de thesau.lib.10.Alex. in l.4.§.ait prætor. n.12.ff.de damn. infect Bald.& Alex in l.si cùm dotem ff. solut. matrim. Canonistæ in c.1.de rescript. latissimè Georg. Acac. de priuileg.lib.2.c.3.nu.35.& seq. etiam si verba sint impropriè accipienda, Bart.& DD. in l. sed si possessori §.item si iurauero ff. de iur.iuran. & in l.insulam ff. de præscr. verbis, Georg.Acac.vbi supra n.38. est enim
19 † in huiusmodi beneficijs à stricta verborum interpretatione recedendum,& ita sunt interpretanda, vt sub verbis comprehendatur, quod alias esset exprimendum, quod diximus ad l.fin.de constit.Princ.c.2.p.1.nu.3.&
20 cùm † priuilegia sint ex causa onerosa,& remuneratoria,etiam si iuri Tertij prçiudicaretur,debent interpretari, vt cum effectu exiltant,Bart.in proem. Digestorum col.3. Bald. in l.rescripta in fin.C.de precib.Imperat.offer.Dec.
21 conf.588. nu. 20. maximè cùm † sint concessa motu proprio, & de plenitudine potestatis, nàm latè sunt interpretanda etiam in prçiudicium Tertij, secundùm Natt.in cons.340. nu.6. & 7.latè Alciat.reg.3.præs.11.in fine, Ruyn.cons.175.num.21.& cons.229. nu.2. lib.1.Dec.cons.390.nu.14. Gozad.cons.8.nu.43.Soccin.Sen.cons.3. nu.11. lib.3. ad quod vide, quæ diximus in rub.de constit. Princ.c.2.num. 24.& sequen. quod multó magis procedit, si adest clausula de plenitudine potestatis,Alex.in l.quamquàm nu.4. C.de testam. milit. & in cons. 33.nu. 17.volum.5.& præsertim si de Tertij paruo incommodo agatur, secundùm Glos.in l.2. §. si quis à Principe verb. impetrauerint ff.nèquid in loc.public. Georg.Acac. de priuileg. lib.1 c.6.n. 10. & nos diximus in rubr. de constit.
22 Princip.c.2.n.24. & † absquè controuersia procedere dicebatur, cùm non de iure quæsito, sed iàm quærendo in priuilegio disponitur,secundùm Fely. in c.1.nu.9.de rescripr. & post multos Gail pract obser. lib.2.obser.142.nu. 15. Georg. Acac.vbi suprà num.9.& quando priuilegium est remuneratorium, tradit Schraderus de feud.2.p. 9.part. princ. sect.11. sub num.25. &
23 generaliter † quando Principis concessio nil operaretur, tùnc iuri Tertij præiudicare voluisse Principem, affirmandum est, vt post Calder.Felyn. & Dec. scribit Alciat. de præs. reg. 3.
24 præs.11.nu.6. priuilegium † enim est interpretandum, vt prosit, non vt noceat priuilegiato, l. diuus, vbi notat Angel. ff. de testam. milit.Bald.in l.si, Ruffinus C. eod. tit. Dec. cons. 457. nu.13. Roman.consil.91. vers. tertiò illud, Rimin.Iun.cons.598.num.17. & cons.716.nu.38.
25 Septimo dicebatur † Dominum, & vassallum ad paria esse iudicandos, vt per Andr. in cap.1.qualiter Dominus propr.priuet.nu.1.& 3.cùm æqualitas sit seruanda, maximè inter subditum,
26 & Dominum, vndè † ratione æqualitatis seruandæ, etiam à proprietate

sermonis receditur, l. fi. C. com. vtriusquè Iud. Bar. in l fi ff. pro donat. Socc. Sen. in l. 1 notab. 4. ff. de reb. dub. Cæphal. cons. 545. nu. 16. lib. 4. & fauore æqualitatis seruandæ dispositio in vno casu facta, ad alium extenditur, l. fin. C. de fruct. & lit. expens. Aretin. cons. 1. nu. 11. Soccin Iun. cons. 160. nu. 28. lib. 2. & multa in dispositione includuntur fauore æqualitatis, quæ aliàs non includerentur, Bart. in l. si pater in princip. ff. de donat Bald. in l. filię in 7. q. C. famil. hercisc. & ideò

27 † semper interpretatio fieri debet in eum sensum, qui magis ad æqualitatẽ reducitur, secundùm Crauett. consil. 133. nu. 7. Cæphal. cons. 545. nu. 15. latè Facchin. cons 2. nu. 18. lib. 3. & de his latè Hippol. Rimin. cons. 418. num. 65. & seq. tom 4. si ergò vassalli obtinuerunt rescriptum, nè frumentum Domini ante mensem Maij extrahatur, vt ipsi suis necessitatibus valeant consulere, qua ergò ratione aliud in Domino est iudicandum? qui à Rege illius Regni obtinuit.

Octauò, suadebatur à cessante ratione damni, si enim id vendere vassalli volũt exteris, cur illud ipsi Domino vendere recusant? qui pretium illis soluet in eius domibus, nec tenentur illud extrà quærere.

28 Nonò dicebatur † libertatem concessam vassallis vendendi fructus suorum territorium, & alia bona sua, vt per Constit. Regni statutum est, quæ incipit, Si quando contigerit, non impedire prælationem, quam Baro debet habere in suo Territorio, vt per l. 1. C. de metal. & metallar. dicunt ibi Bart. Luc. de Pen. & alij. & tradit D. Consiliarius Freccia de subfeud. lib. 2. authorit. 38. nu. 1. qui testatur pluries fuisse decisum per Sac. Consil. de quo latiùs diximus in annotat. ad d. Constitut. si quando contigerit.

Nequè mirùm videri debet, si res duobus sit subiecta, vt alter ex illis in

29 venditione illius præferatur, cùm t dirèctus Dominus in venditione rei in emphiteusim concessæ sit præferendus l. fin. C. de iur. emphit. cum similibus per Tiraquell. de retract. lignagier. §. 21 nu. 3. & seq. si consanguineus in re consanguinei, & vicinus in re vicini, etiam aliqua naturali ratione præfe ratur, quia Dominus, & vassallus, & conciues, vicini, & consanguinei mutua charitate coniuncti esse debent, de quo latè Tiraquell. de retract. lignagier. in præfat. nu. 15. qua ergò ratione suaderi potest, vt cùm Dominus frumento indigeat, illud extrà sibi à Rege concessum Territorium quærere teneatur, qui subditis Iustitiam ministrat, illosquè tuetur, & à quo plura etiam beneficia recipiunt.

Decimo dicebatur, hoc idem deduci ex iuribus in contrarium allegatis, cùm tàm in c. 26. Regis Alphonsi, quã etiam in prag. 5. tit. 69. de ijs, quæ prohib. Prælatis, dispositio sit limitata ad pinguem vsum, & necessitatem Baronis, quæ ergò maior necessitas esse potest, quàm vt Baro suo vti possit priuilegio, vt commodè viuere possit, nec teneatur per indirectum à vassallis exigere, quod pro suis alimentis erit sibi necessarium, quod si ipsi absquè eius detrimẽto id facere possũt, vt dictum est, naturalis ratio suadet, vt necessario subditi ad omnia, quę ad illius conferunt vtilitatem teneantur.

Et tandem id suadebatur ex vtilitate, quam ex huiusmodi prohibitione sentiunt ciues pauperes, si enim frumentum non extrahitur, viliori venditur pretio, quod maximè ponderandũ est, & licet aliqui ditiores damnum sentirent ex huiusmodi prohibitione, attendenda tñ est vtilitas, quæ maiori populi parti prodest, Respublica etenim læderetur, si nõ cum priuati dãno

30 iuuaretur, cùm † præferendum sit, quod pluribus prodesse potest, l. vtilitas C. de Primipil. lib. 12. c. scias frater 7. q. 1. Petr. Gregor. Tholos. de Repub. lib. 24. c. 8. sub nu. 11. vt enim dicebat

dicebat Pompeius apud Dionem lib. 38. histor. Roman. *& quia priuatim quidem nemo potest rebus latis vti, vt non idem cum Republica corruente pereat. At Respublica, si prospero successu vtatur, etiam priuatorum omnium po-*
31 *test calamitates subleuare.* Ideò † magis vtilitas publica commodis priuatorum præferri debet, vt docet Imper. in nouell. 39. & multos afferendo textus Andr. Gail. lib. 2. obser. 56. Menoc. de recup. poss. remed. 10. nu. 101.

Et ex his dicebatur, satis abundanter satisfactum esse, atq; responsum iuribus, tàm communibus, quàm Regni in principio allegatis, sicuti etiam iis, quæ dicuntur de priuilegio exemptionis, quod si subditos grauet, potest reuocari, & sic ex prædictis petebat Magnus Admiratus reuocari prouisiones expeditas per Tribunal Patrimonij.

Discusso igitur negotio in eam venere sententiam Supremi Senatus Pa-
32 tres, vt † prohibitio, quæ fit à Ministris Magni Admirati sustineretur, non tamen per totum anni circulum, sed per totum mensem Octobris, vsquè ad quod tempus non liceat vassallis extrahere frumentum, quodquè præferatur Magnus Admiratus in emptione frumenti, tempore quo licitum est vassallis extrahere, si emere voluerit, aliàs liceat vassallis extrahere.

Quò verò ad secundum articulum visum fuit, non egere alia disputatione, cùm prouisiones per Tribunal Patrimonij expeditæ rationabilem caussam contineant, nàm cùm caricatoriū, (vt hoc vtar vocabulo) sit Baronis, accidere potest, vt frumentum extrahatur, ideoquè Dominis meis Regentibus visum fuit, prohibitionem factam à Tribunali Patrimonij esse sustinendam.

In hac causa vota sua protulerunt eruditissimi, atq; ꝓbatissimi viri Dom. D. Bertrandus de Gueuara meritissimus Archiepiscopus Compostellanus, qui túnc in Supremo Italiæ Senatu præerat, sub titulo Gubernatoris illius, Michael Lanz, Ioan. Baptista Cælestis Marchio Sanctę Crucis, Don Antonius de Quintanadueñas, quem post hæc scripta titulo Marchionis Florestæ Dominus Rex noster decorauit, Hieronymus Caimus, Don Bernardinus Montaluus, & ego fuitquè pronunciatum decretum sub die 30. Augusti 1613.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium Vniuersitati Insulæ Melitæ concessum, pro extractione victualium à Regno Siciliæ, per plures Reges confirmatum.*

2 *Immunitas concessa, trahitur ad futuras etiam impositiones.*

3 *Exemptio Ecclesiis indulta, futuras quoquè Ecclesias comprehendit.*

4 *Statutum, quod instrumenta à Tabellionibus confecta nullum habeant robur, non præiudicat ei, qui facultatem habebat creandi Tabelliones, & instrumenta conficiendi.*

5 *Immunitas à Principe concessa, reuocari potest ex causa publicæ vtilitatis.*

6 *Concessa immunitate, futuræ quoquè impositiones continentur, in his, quæ libera sunt concedenti, vel si contingat variatio, circà eandem rem, aut similem.*

7 *Concessio specialis, specialem exigit reuocationem.*

8 *Priuilegium ex voluntate concedentis, & facto priuilegiati dependens, reuocari non potest.*

9 *Princeps priuilegium legitimè cōcessum, reuocare non potest.*

10 *Consuetudo est optima priuilegiorum interpres.*

11 *Consuetudo priuilegij declaratiua decennio præscribitur.*

12 *Priuilegium concessum non subdito reuocari non potest.*

13 *Concessa re, priuilegia etiam illi concessa veniunt.*

14 *Reli-*

14 Religio Hierosolymitana perpetuã iuncta est Societate cum Hispaniarum Rege.
15 Immunitas concessa, intelligitur, respectum rerum, tunc temporis vectigalibus obnoxiarum.
16 Immunitas ad tempus contractus refertur.
17 Verba præsentis temporis, futura non comprehendunt.
18 L. seruitus ff. de seruit. vrb. præd. non procedit ex propria verborum significatione.
19 Priuilegium cũ clausula derogatoria, an requirat specialem reuocationem remissiuè.
20 Doctrina Bart. & aliorum in l. si mihi, & tibi ff. de legat. 1. qualiter intelligatur.
21 Priuilegium ex causa onerosa, si sit exemptionis, reuocari potest.
22 Item si tendat in præiudicium Tertij.
23 Insula Melitæ subest Regi, respectu directi dominij.
24 Priuilegium non subdito concessum, quando reuocari possit.
25 Onus sibi potest Regnum imponere, consentiente Principe.
26 Princeps non censetur velle Tertio præiudicare.
27 Principis concessio, refertur ad ea, quæ tempore concessionis habebat.
28 Concessio Principis, valet in sui ipsius præiudicium, non in alterius.
29 Concessio generalis, non comprehendit casum vrgentissimæ necessitatis.
30 Exemptio generalis, non eximit à vectigalibus ex vrgentissima causa impositis.
31 Priuilegium remuneratorium, potest ex legitima causa reuocari.
32 Causa reuocationis priuilegij, debet principaliter publicè interesse.
33 Immunitas omnis cessat tempore pestis, aut belli.
34 Vectigalia legitimam habent causam, si imponãntur ob æs alienum Principis.
35 Clerici sunt omni iure à tributorum solutione exempti.
36 Nisi in casibus insolitis.
37 Immunitas generalis intrinsecam habet qualitatem, nè Tertium enormissimè lædat.
38 Immunitas ex post facto, ius publicum lædens, annullatur ipso iure.
39 Immunitas ad beneplacitum concessa, debet ex vrgenti causa suspendi.
40 Princeps, ex causa publicæ vtilitatis priuatorum iura tollere potest.
41 Decretum Supremi Senatus.



ARGV-

A R G V M E N T V M.

An immunitas concessa Melitensibus, circá extractionem victualium, extendatur ad impositiones posteá factas in Regno Siciliæ, & præsertim extrahentibus vinum ab Insula prædicta.

DECISIO OCTAVA.



Cùm ad Regiũ Patrimoniũ Siciliæ Regni, vltrà Farũ, incliti, atquè nobilissimi instaurãdum, maximo ob rerum publicarum tuitionem alieno ære oppressũ, Excellentissimus Offunensium Dux Regni Prorex parlamentum conuocasset, vocatis tribus illius Regni Brachijs, Ecclesiastico nempè, Baronum, ac Demaniali, fuit omnium consensu decretum, vt pro supplendis quantitatibus necessarijs ad Regni onera sustinenda, pro illius tuitione, atquè cõseruatione, tercentum mille aurei pro nouem annorum curriculo singulis annis præstarentur, vtquè id commodiùs effici posset, statutum fuit, nè vinum, & alia extrahi possent, nec infrà, nec extrà Regnum, nisi certa quantitate soluta, vt ex decreto Parlamenti apparet, quod Supremi Italiæ Senatus consultatione accedente, ratũ habuit, atquè laudauit Augustissimus, atquè Fidei defensor acerrimus Philippus III. Rex noster inclitæ memoriæ.

Hoc decretum, Melitensis Insulæ Ciues, ipsos non comprehendere, totis viribus ab ipso Prorege, & Regni deputatis, declarari petierunt. Cùmquè difficilis quæstionis decisio illis visa esset, ab inuictissimo Rege decidendã fore decreuerũt, quem cùm adijssent, atquè re ad Supremum Italiæ Senatum deducta, quid in ea consulendũ esset, actum fuit, perpensæ fuerunt rationes, tùm in iure, tùm in facto, illisq; diligẽter discussis, (quod inferiùs adnotabimus) consuli Regem posse, decretum fuit. Nùnc verò, quæ fuerint vtriusquè partis rationes, referre voluí, ùt posteritati consulatur.

Dicebant Insulani Melitẽses, ipsos tutos esse sub cylpeo Alphonsi Regis Siciliæ inuictissimi, qui cùm omnibus virtutibus claruisset, liberalitate præsertim claruit, atquè perspicuus fuit. Is enim in anno 1431. Melitensium precibus inductus, Insulam prædictam à solutione iurium Dohanæ, pro extractione frumenti, & aliarum frugũ
1 immunem reddidit, his verbis † *Placet Regiæ Maiestati, quòd Vniuersitas dictæ Insulæ Melitæ possit extrahere totam illam quantitatem grani, ordei, & aliarum victualium à Regno Siciliæ vltrà Farum, quæ pro eius vsu fuerint necessaria, absquè tamen solutione iurium Regiæ Curiæ spectantium, proùt hactenùs vsi fuerunt*. Cuius quidem priuilegij immunitas, fuit etiã ex alio priuilegio declarata, ipsis petentibus, vt haberentur, & tractarentur vti Regnicolæ, eorumquè immunitate gauderent, quæ priuilegia rata habuere præclarissimi Reges Ferdinandus,

nandus, & Ioanna. His addebant, hæc omnia fuisse per inuictissimum Carolum V. confirmata, atquè eius patentibus litteris roborata in anno 1531. Necnon Philippi II. Hispaniarum gloriosissimi rescripto firmata, prohibendo, atquè firmiter inhibendo, nè circà concessam immunitatem aliqua eis inferretur molestia, verba enim Philippi II. Regis ad Marcum Antonium Columnam, tùnc Regni Proregem, hæc sunt.

Por ninguna ocasion permittais, que se les impidan las dichas sus tractas, aunque preçedan bandos, y ordenes para ello hechos por qualquier causa adelante en esse nuestro Reyno, ni se comprehendan los trigos, ni vittuallas del dicho Conuento, y Vniuersidades de Malta, y Gozo. Vndè tantis Regum iussionibus stantibus, nullam concessa priuilegia controuersiam pati debebát, sed Insulanos ea immunitate gaudere, quam tot Reges, non sinè maxima ratione ipsis concesserunt. Dicebant præterea Melitenses, in ipsorum fauorem sententiam esse proferēdam, quia facer iste Italiæ Senatus idem decreuerat in causa simili Ioannis Andreæ ab Auria Principis Melphiæ, is enim, cùm facultatem extrahendi certam frumenti quantitatem obtinuisset, deindè habitis comitijs, maxima etiam belli imminentis necessitate vrgente fuissent impositi tareni duo pro qualibet frumenti salma à Regno extrahenda. quam ab ipso exigere deputati intendebant, decretum fuit, nè ipse ad illius solutionem teneretur, stante priuilegio immunitatis sibi concesso.

Ex quibus omnibus priuilegijs, rescriptis, atquè decretis fundabatur, prohibitionem extrahendi vinum, absq; solutione impositionis prædictæ non comprehendere Melitenses, quia licet in prædictis priuilegijs nulla vini fiat mentio, continet tamen immunitatem ab omnibus iuribus, quæ competunt Regiæ Curiæ, vndè apertum

2 esse dicebatur †illam comprehendere, etiam exemptionem pro illis rebus, super quibus aliqua fuerit imponenda exactio, ad quod adducebatur tex. in l. si seruitus ff. de seruitutibus Vrbanorum prædiorum ibi. *Quod si ità sit cautum, nè lum.nibus officiatur, quia ambigua est scriptura, vtrum nè his luminibus officiatur, quæ nùnc sunt, an etiam ijs, quæ postea quoquè fuerint, & humaniùs est verbo generali omne lumen significari, siuè quod in præsenti, siuè quod post tempus conuentionis contigerit,* l. peculiū ff. de legat. 2. l. grege ff. de legat. 1. l. penult. ff. de fund. instruct. declarant Cynus in l. non modus C. de seruit. & aqua, & Bart. in l. si mihi, & tibi §. in legatis ff. de legat. 1. Hanc conclusionem, quod immunitatis concessio extendatur ad futuras impositiones, tenuerunt Alex. consil. 178. nu. 8 & 9 lib. 2. Iaf. in l. si ex toto nu. 11. de leg. 1. Immò, & simpliciter concessam immunitatem comprehen-

3 dere futura bona, & † priuilegium exceptionis concessum Ecclesijs, extendi ad Ecclesias postea ædificatas, diximus latè post alios ad l. fin. de constit. Princip. c. 4. part. 1. num 3. & sequentib. & conferunt discussa per Nouar. quæst. forens. 127. lib. 1.

Nam vbi generalia verba sunt apposita, omnem casum similem futurū etiam comprehendunt, cùm igitur immunitas concedatur ab omnibus iuribus Dohanæ, intelligitur, vt non modo de præsentibus, sed futuris cogitauerit concedens, pro quo adducebatur, quod Bart. tradit in d. l. si mihi, & tibi §. in legatis ff. de legat. 1. vbi post Dyn. ad quæst. inducit, an concessa facultate quibusdam Comitibus creandi Tabelliones, cum potestate conficiendi instrumenta inter omnes personas cuiuslibet loci non obstante aliqua constitutione, vel statuto, si post concessionem factum

4 sit statutum in aliqua Ciuitate, † quod instru-

instrumẽta facta à Tabellionibus nullum robur habeant, nisi licentiam à communi obtinuerint, an statutum istud superueniens præiudicet Tabellioni habenti priuilegium, quem articulum ipse disputat, & finaliter concludit esse in dubio sublata, etiam ea statuta, quæ in futurum poterant obstare, per text. in d.l. si seruitus ff. de seruitut. Vrbanor. prædior. quod voluerunt etiam Rayn. de Foriliuio, Ioan. de Imola, Paul. de Castro, Franc. de Aret. & Raphael. Comens. in l. si ex toto, ff. de legat. 1. Tiber. Decian resp. 51. nu. 21. vsquè ad 29. n. 3.

Et licet in contrariam sententiam abierint Dyn. Alex. & Ias. in d.l. si ex toto, & Bald. in l. iubemus C. de sacros. Eccles. nihilominùs eorum opinio procedit, vel quando immunitas est li-
5 mitatè concessa, vel † quando superuenit causa inopinata, vel incognita Principi, quæ publicam respiciat vtilitatem, veluti, quando superuenit bellum, vel inuasio Regni, & agitur de necessaria defensione, seù conseruatione ipsius, & alij non exempti, vel immunes onus ferre nõ possent, proùt in terminis declarat Soccinus in d.l. si ex toto, ff. de leg. 1. sic dicens, intelligi debere doctrinam Bald. in l. iubemus nullam C. de sacros. Eccles. quem sequitur Curt. Iun. ità etiam declarãdo cons. 61. nu. 14. vers. præterea dato, vol. 1. & Paul. Paris. cons. 68. col. pen. in fin. vol. 1. & antè eos idem Bald. cons. 406. col. pen. volum. 5. & sentit etiam Alex. in d.l. si ex toto col. vlt. & Ripa ibidem col. pen. vers. fallit primò, & ibi etiam Aretin. Natta cons. 63. num. 21. vol. 1. & Tiber. Decian. in terminis resp. 51. n. 31. vol. 3. nàm tùnc immunes, & exempti, ac etiam Clerici, pro salute contribuere tenentur, quod in casu isto cessare dicebatur, ex pluribus rationibus, & causis.

Primò, quia ista non dicitur noua impositio, sed noua prohibitio de non extrahendo victualia, nec extrà, nec infrà Regnum, absquè solutione, quæ prohibitio non comprehendit Melitenses, qui licentiam, & libertatem habent extrahendi vinum, & alia victualia ad eorum victum necessaria.

Secundò, quia ista non dicitur noua exemptio, nec separata ab ea exẽptione, qua Melitenses gaudent, sed eadem cum ipsa, & accessoria, & quasi species sub genere exemptionis comprehensa, ex quo Insula Melitæ habet liberam extractionem omnium victualium. Vndè sequitur, tàm vini, quàm aliorum victualium, quæ non solùm antea extrahi prohibita erant, sed etiam eorum, quæ in futurum prohiberentur, immunitatem comprehendi, vt est text. expressus in c. quia circà de priuilegijs, idquè declarat Petr. de Ancharan. ibid. nu. 5. vers. quid ergò dicimus in tanta iurium varietate, vbi refert distinctionem Bart. in l. si ità legatum esset num. 2. ff. de auro, & arg.
6 leg. vbi ait, quod † aut dispositio continet id, quod pendet ex mera voluntate disponentis, & tùnc trahitur ad futuram impositionem, l. talis scriptura cum l. seq. ff. de legat. 1. aut non pendet ex mera voluntate disponentis, & tùnc si ista variatio in futurum consistit, circà eandem rem, vel quæ habetur loco eiusdem rei, porrigitur ad futura, vt l. mela §. 1. ff. de alimentis, & cibarijs leg. & idem dicit, quando disponens potuit omnia futura præuidere, & refert eundem Bart. in l. damni §. si is, qui ff. de damn. infect. & Cyn. in l. placet, & in l. priuilegia C. de sacros. Eccles. refert, & sequitur Marc. Ant. Nat. alios adducens consil. 525. Paul. Paris. consil. 69. per tot. volum. 2.

Tertiò dicebatur, priuilegium istud non esse aliquo modo per nouam istã impositionem à Regno factam reuocatum, quia per statutum generale priuilegium iàm concessum, minimè
7 reuocatur, nàm † specialiter concessa, specialem requirunt derogationem, ex text.

ex tex.in l. 3. C. de filent. lib. 12. Glos. Andr. de Barulo, Pytrus Anglebermeus, & alij ad l. si quis in principio ff. de legat. 3. facit tex. l. si mihi, & tibi §. fin. de leg. 1. Batt. in l. omnes Populi q. 3. vers. 4. quæritur ff. de iust. & iur. l. sed, & posteriores de legibus, Ioan. de Plat. in l. priuatæ rei C. de excusation. muner. lib. 10. & in l. 1. num. 7. circà finem C. de petition. bonor. sublat. eod. lib. Oldrad. consil. 266. Roman. cons. 436. nu. 21. Menoc. cons. 187. nu. 43. vol. 2. Carol. Ruyn. cons. 143. nu. 17. vol. 4. Hippol. Rimin. cons. 34. num. 6. cum sequentib. vol. 1. & Iacob. Riminal. consil. 204. nu. 6. & 7. vol. 2.

Quartò dicebatur, Insulanis Melitensibus concessa fuisse priuilegia ex causa onerosa, sustinent enim incursus, & inuasiones Turcarum, & continuos belli timores, nec sinè huiusmodi subsidio habitare in Insula possent, cùm eodem tempore, & militare, & Terram colere necessarium sit, quo
8 casu † priuilegium non solùm dependet ex voluntate concedentis, sed etiã ex facto recipientis, ex quo fit, vt nec reuocari possit, vt tradit Bald. in l. Stichum mihi ff. de dolo, & in l. qui se patris n. 10. C. vnde liberi, idem communiter voluntur Aretin. & Abb. in c. nouit nu. 25. & 26. de iudicijs, Alex. cons. 101. visis instrumentis nu. 3. vol. 1. cons. 194. num. 10. vol. 2. & consil. 54. num. 1. & 2. vol. 4. Ludou. Roman. cons. 252. nu. 2. Decius cons. 285. in causa communitatis vers. non obstat, & cons. 291. vers. superest 3. concl. Io. Mar. & Iacob. Riminal. cons. 307. nu. 4. & 5. vol. 2. & cons. 502. nu. 6. vol. 3. August. Berous cons. 178. nu. 5. & 6. vol. 2. & in terminis Aymon Crauett.
9 cons. 241. nu. 3. vbi dixit † Principem non posse reuocare sinè causa priuilegium suum concessum ex aliqua iusta causa, quia tùnc videretur transire in contractum, & quod non potest tollere ea, quæ sunt Iuris Ciuilis, quando habent in se naturalem æquitatem, vt latiùs diximus ad l. fin. de const. Princ. in 2. par. leg. c. 9. in princ.

Quintò, dicebant Melitenses, quatenùs aliquam dubitationem habere possent verba concessionis prædictæ, illa tamen habere optimum interpretem, qui est consuetudo, & possessio, in qua extiterunt Ciues Melitenses, fuerunt enim habiti, & reputati exempti, nec in alijs impositionibus contribue-
10 runt. Hæc † enim interpretatiua obseruantia attendenda est ad huius priuilegij interpretationem, l. quod si nolit §. qui assidua ff. de ædilitio edicto l. cũ de lanionis §. asinam ff. de fund. instruc. l. si priùs ff. de aqua plu. arc. Cor. cons. 188. nu. 10. vol. 4. quæ quidem possessio, & obseruantia declarat tenorem, & continentiam priuilegiorũ præcedentium, vt hæc omnia in ijs comprehensa esse dicantur, etiam in casu, quo priuilegia dubia existerent, vt declarat Cuman. consil. 162. colum. 2. circà med. Roman. consil. 271. num 4. Dec. consil. 517. num. 7. Mandell. Albensis consil. 62. num. 9.
11 & † ad hanc obseruantiam sufficit tẽpus decem annorum, nec alia requiritur præscriptio, Panorm. in c. fin. n. 11. de consuetud. & Crauett. consil. 701. nu. 57. vol. 4.

Sextò dicebatur, huiusmodi priuilegia reuocari minimè posse, quia licet Insula Melitæ sit Regni Siciliæ pars non tamen hodie Regi est subdita, cùm Imperator Carolus V. illam dono dederit Militibus ordinis Sancti Ioannis Baptistæ, ideoquè licet priuilegium fuerit concessum Melitensibus eo tempore, quo erant subditi, fuit tamen confirmatum, & prohibita molestia, tempore, quo non erant subditi, &
12 sic † de nouo concessum priuilegium non subdito, quod irreuocabile esse diximus ad l. fin. de constit. Princ. p. 2. c. 9. num. 51. ideoquè cùm fuerit per inuictissimum Carolum V. segregata insula à iurisdictione Regni Siciliæ, fuit

fuit etiam absoluta ab omni iure, seù contributione cum dicto Siciliæ Regno facienda, vndè non tenetur hodie ad contributiones per Regnum prædictum faciendas.

Suffragatur prædictis, quia si prædicti Insulani contribuere tenerentur cum Siculis, absquè dubio duplici onere grauarentur, sustinerent enim onera, quæ à Sacra Religione illis imponuntur, tàm realia, quàm personalia, & ea, quæ Siculis imponerentur. Neq; his obstare, prędictam Insulam esse habendam vti vnam ex Ciuitatibus Regni, quæ contribuunt, quia non est eadem, & æqualis ratio, nàm si tempore concessionis erat vnita cum Regno, nùnc tempore impositionis huiusmodi tributorum est ab illo separata. Item, quia Ciuitates Regni pluribus gaudent prærogatiuis, & gratijs, quæ in huiusmodi comitijs petuntur à Rege, & illis conceduntur, tùm generalibus, tùm etiam ad beneficium aliquorū Ciuium, præter alias, quæ à tanti Regis munificentia quotidie procedunt, & fluunt, quibus Insulani Ciues, minimè gaudent.

Septimò dicebatur, vectigal istud extractioni vini impositum, et lædere Religionem S. Ioan. Hierosolymitani, quæ tempore inuestiturę illa immuni-
13 tate fruebatur, vndè † cùm ipsa Insula in Religionem transijt, dicitur trāsijsse cum omnibus suis priuilegijs in beneficium Religionis, tradit Cæphal. cons. 58. nu. 30. & cùm Religio tributum pro tota Insula præstet, & similiter obsequia multa, quæ in dies præstant Milites Ordinis Sancti Ioannis, qui ità strenuè decertant pro Christiana Religione, & alia etiam obsequia personalia exhibent, nullo pacto huiusmodi subditi, qui hac immunitate priùs fruebantur, sunt inquietandi, aliàs .n. teneretur Rex de euictione, ex quo sequitur, vt huius immunitatis reuocatio, quę lædit Melitenses, lędat etiam Religionem, cùm ob nouum istud grauamen deterioris efficerētur conditionis. Ad quod faciunt, quę tradit Marcus Antonius Surgens de Neapoli illustrata lib. 1. c. 27. num. 32.
14 cuius verba hęc sunt. † *Vnde quia ipsa Hierosolymitana Religio de vniuersa Christiana Republica semper est optimè merita, Rex noster illam sibi perpetua Societate iunxit, quod plus est, quàm si fœdere, vel confœderatione iunctus esset, vt propterea vnicum corpus sit censenda cum suis consilijs, Bald. in l. executorem vers. quid de Ciuitatibus confœderatis C. de executione rei iudic. Bart. in extrau. qui sint rebelles, verb. rebellando, & vnus Spiritus ex reciproca adhærentia; de quo in c. damnamus de Summa Trinit. & Fid. Cathol. & latè per Felyn. in rubr. de treg. & pac. col. vlt. vers. declaratione, idemquè in adhærentibus dici potest, habes vltrà Bart. & DD. in vulgata, l non dubito, ff. de capt. & postlim. reuers. ex Loffred. cons. 5. vbi multa super his affert, & pari modo vnicum, atq; idem consilium videtur ab eodem Præside amicabiliter protectum, ad quod faciūt allegata per Ang. in l. solet ff. de custod. reor. Cassan. in consuetu. Burg. fol. 465. nu. 14. & ante eos Bald. in l. executorē nu. 30. in fin. C. de execution. rei iudic. & in l. requirendis C. de seru. fugitiu. & alij per Iul. Clar. in pract. crim. q. 38. verb. successiuè vers. hoc tamen, & in q. 71. vers. quaro modo, ob quam fœderationem, & corporis vnitatem Rex noster in suis Regnis omnia priuilegia dictę Religionis, ipsius Equitibus seruari mandat, vigilanterq; intendit, vt seruentur.* Quod cum alijs Religionibus, putà Diui Stephani, Diui Iacobi, Diui Lazari, & similibus obseruari non videmus.

His, & alijs rationibus, iuribus, & priuilegijs, suam tuebantur Melitenses immunitatem, eam tamen pluribus impugnabāt medijs Deputati pro Regno. Dicebant namquè, omnia allegata casum istum minimè comprehen-

Y dere,

dere, neque aliquid obstare priuilegia, rescripta, atque decreta, quę immunitatem pręter casum istum comprehendebant, non enim ipsi concessam immunitatem impugnare conabantur, eam siquidem permittebant, Regalibus, atq; Imperialibus litteris obedientiam se pręstaturos affirmabant, & decreta non impugnabant, immò iuxtà illa sibi competere ius exigendi dicebant.

Et quoàd priuilegiũ Regis Alphõsi, dicebant, illud nullatenus comprehendere exemptionem pro impositione vini, quod extrahunt, quia nec fuit petitum, nec fuit concessum. Nàm Procurator Insulę non petijt à Rege, vt esset immunis pro omnibus rebus, quę extrahere intendebant, sed pro frumento, & alijs victualibus, est ergò limitata petitio, & ad certam rem, & ità etiam limitata cõcessio, dixit enim petens. *Che tutto quello formento, & altre vittuaglie, che saranno necessarie per la detta Isola.* Hanc tamen petitionem verba concessionis sequuntur, quę sunt. *Quod possit extrahere totam illam quantitatem grani, ordei, & aliorum victualium, quæ pro eius vsu fuerint necessaria, absq; tamen solutione iurium Regiæ Curiæ spectantium.* Si ergò petijt frumenti, & victualium extractionem, & Rex concessit frumentum extrahi, ordeum, & alia victualia, absquè alia solutione, ergò nõ cogitauit, nec petens, nec concedens de extractione vini, cùm victualium appellatione non veniat vinum.

Secundò dicebatur, immunitatem
15 intelligi respectu rerum, † quę vectigalibus erant obnoxiæ tempore concessionis, non illarum, quę postea oneratę sunt, vt consuluit Paris. cons. 25. nu. 111. cum seq, vol. 1. Curt. Iun. cons. 61. num. 14. Plot. in l. si quando nu. 17. vers. & sic immunitas, & nu. 23. vers. & dato C. vnde vi, & Franc. Mar. Plot. in addit. ad consil. 41. Mar. Laud. num. 7. huiusmodi enim immunitatis concessio ad eas tantùm res extenditur, quę concessionis tempore erant oneratę, ex reg. tex. in l. Rutilia polla,
16 & l. in lege, ff. de contrah. empt. † attéditur enim tempus contractus, & id, quod tùnc apparebat, nõ autem incogitatum, vt dictis iuribus, & in l. Iulianus §. fin. cum l. sequenti ff. de legat. 3. Natta cons. 525. nu. 21. quem sequutus est Hippol. Rimin. cons. 59. nu. 100. & in specie in immunitate tradit Bal. in l. omnia num. 3. C. de Episcopis, & Clericis, Abbas in cap. fin. num. 5. nẽ Clerici, vel Mona.

Confirmatur id ex verbis dicti priuilegij, ibi: *Regiæ Curiæ spectantium*, quæ sunt verba præsentis temporis,
17 † ex quo futura non comprehendi apertissimè colligitur, iuxtà text. in l. cùm stipulamur, & l. si à colono ff. de verbor. obligat. & in materia immunitatis consuluit Alex. cons. 178. col. 4. vers. nùnc restat respondere volum. 2. quem refert in eadem materia Hippo. Rimin. cons. 223. num. 29. lib. 2. cuius quidem rei ea potest esse ratio, quia si ad futura extenderetur, esset successoribus per aliqua verba apparentia reddere remunerationem maiorem illa, quam meruit primus acquisitor eius seruitij. Ponderabantur præterea verba illa (*prout hactenus vsi fuerunt,*) quæ dúm referuntur ad tempus præteritum, & ad immunitatem, in cuius possessione existebant, nullo modo referri possunt ad onera indicenda, vt in simili considerauit Horat. Mand. tract. de priuil. ad instar glos. 14. nu. 8.

18 Nec obstare dicebatur † text. in l. si seruitus, nàm vt ait Couarr. variar. lib. 1. cap. 13. num. 9. vers. 7. colligitur, illius dispositio non processit ex propria verborũ significatione, sed propter subiectam materiam, mentem, & intentionem contrahentium, nõ enim videtur is, qui ità sibi cauit, viam sibi præcludere, quin possit fenestras alias, vel ampliores facere, & allegat Alcia. in l. iustum erit ff. de verb. signific. & tradit

tradit optimè Ioannes Corasius in rubr. de seruit. nu. 31.

Quemadmodùm, nec refragari dicebatur, doctrinam Bart. ex Dyno in l. si mihi, & tibi §. in legatis ff. de leg. 1. quod enim ibi dicitur concessa facultate Tabelliones creandi, non obstante statuto, in dubio videri sublata etiam futura statuta, quæ conclusio contradictoribus non caret, benè tamen potest procedere, attenta verborũ generalitate, & clausula non obstante, cùmquè aliud statutum non adfuerit, nisi istud subsequens, concludendum est, de futuris intelligi debere, ideoquè stante ista clausula derogatoria, sic generaliter posita, necessarium erat, vt vel alia generalis derogatio, vel saltim specialis fuisset apposita, nàm licet cô-
19 trouersia sit, an † ad tollendum priuilegium, quod habet clausulam derogatoriam, sufficiat generalis clausula non obstantibus quibuscunq; in contrarium facientibus, vel sit necessaria clausula specialis, de quo diximus ad l. fin. de constit. Princ. c. 9. 2. p. nu. 104. requiri tamen, vel generalem, vel particularem, nemo est, qui neget, quarũ neutram in priuilegio concessionis legi dicebatur, immò vt ex prædictis apparet, potiùs de præsentibus immunitatibus, quàm de futuris est intelligẽdum, eò magis, quia Melitenses non negabant conclusionem, quod immunitas limitatè concessa, non comprehendat casum futurum.

20 Item dicebatur † doctrinam Bart. & aliorum in l. si mihi, & tibi §. in legatis ff de leg. 1. procedere, quando agitur de tollendo impedimento, circà iàm concessa, non autem circà ea, quæ non sunt concessa, vel dubium est, an sint concessa.

Quo verò ad propositam conclusionem, non esse per statutum generale reuocatum priuilegium iàm concessum, dicebâtur veram esse, sed ad casum istum, minimè applicabilem, siquidem hic non agitur de reuocanda concessione iàm facta, & possessione, in qua reperiebantur Melitenses, tempore nouæ impositionis, sed de exigendo nouum vectigal impositum rebus iàm de per se exemptis, super quibus nullam sibi præscripsit facultatem vectigal non imponendi, neq; Rex, neq; Regnum ex causa præsertim necessaria, & ex his dicebatur, datum esse responsum ad omnia, quæ de reuocatione proponebantur.

Sic etiam respõdebatur ad id, quod Melitenses dicebant, non esse istam nouam impositionem, nec nouam exẽptionem, nàm superiùs probatum est, dictam conclusionem de extensione, minimè facienda ad futuras impositiones non intelligi, tàm de dictis prioribus impositionibus, quàm etiam de nouiter impositis rebus, quæ priùs nullam habebant impositionem.

Quartò ad id, quod asseritur, priuilegium ex causa onerosa fuisse concessum, ex quo Melitenses sustinent incursus, & inuasiones Hostium, & sic respectu Insulanorum, quia Insula Melitensis non tuetur Regnum Siciliæ, cuius amplitudo, atq; potentia maxima est, sed Regnum Siciliæ tuetur Insulam Melitę, & quando altera Insula alteram tueretur, par esset causa, & ideò posset iure ab illa exigere.

Sed quantùm ad conclusionem principalem, quod priuilegium, ex causa onerosa concessum, non possit reuo-
21 cari, dicebatur, † istam conclusionem plures pati limitationes, inter quas prima est, in priuilegio exemptionis, ex traditis per Cottam in memor. verb. exemptus ratione, & verbo Princeps verus, quem sequitur Vrsil. decis.
22 361. nu. 9. secunda limitatio est † cùm contractus esset in præiudicium subditorum, quibus inuitis non potest fieri, etiam legitima subsistente causa, de quibus nos egimus in comment. ad l. fin. ff. de const. Princ. p. 2. c. 9. nu. 32. 39. & 41. vt latiùs inferiùs dicetur. Et ad id, quod dicebatur, concessionẽ esse

etiam ex causa onerosa, respectu Religionis, nàm cùm eam recepissent Insulani, cum huiusmodi exemptionis priuilegiò, & pro ea tributum præstent, quod nec etiam respectu huius causæ posset reuocari. Respõdebatur, (prout dictum est) non esse reuocationem, nec per id esse sublatam exemptionem, quæ fuerat concessa, sed quæ non fuerat concessa.

Ijsdemquè medijs respondebatur ad id, quod dicebatur, Melitenses non esse subditos, & ideò non posse reuocari priuilegium, quia est concessum non subdito, Nàm quod Melitenses
23 non sint subditi, negatur, † quia licet Insula prædicta fuerit in feudum concessa Religioni S. Ioannis Baptistæ, nõ tamen directum, atq; supremum dominium à se abdicauit Dominus Rex noster, sed illud sibi reseruauit, & ex causa prædicta Religio tributum præstat, ad text. in c. omnis anima de censibus, sed dato, quod non essent subditi, re-
24 spondebatur † illam conclusionem nõ procedere, cùm ex post facto præter intentionem concedentis læderet ipsum, vt post Aret. & Felyn. in c. nouit de iudic. diximus ad l. fin. de constit. Princip. c. 9. 2. p. nu. 59. item, & quando causa nouiter emergeret, ità ex Felyn. ad d. cap. nouit lim. 9. diximus ibi num. 65.

Et tandem ad id, quod dicebatur de duplici onere, quod sustinet, replicabatur, illud argumẽtum minimè obstare, quia si huius oppositionis ratio habẽda esset, nunquàm subditis, neq; exteris aliquod onus posset imponi.

Dicebatur secundò principaliter, pro parte Regni hanc impositionem non à Rege, sed à Regno decretam esse, ideòq; cùm ab oneribus, quæ Regiæ Curiæ beneficium concernunt, sit concessa, non erit extendenda ad onera, quæ ab ipso Regno sibi ipsi sunt imposita, vt debitum obsequium Regi suo præstaret, ac Regni ipsius necessitatibus consuleret, Regnum etenim, (vt superiùs dictum est) vt vidit non esse sufficientes redditus ad congruam militum, & Iustitiæ Ministrorum, ac Regno necessariorum sustentationem, statim decreuit, hoc ex proprio etiam sanguine supplere, & ideò rebus suis etiam ad victum necessarijs onus imposuit. Hoc
25 † enim Regnum, Principis accedente consensu constituere potuit, l. non solent C. vectig. noua instit. non posse, l. vectigalia, & ibi Bart. ff. de publ. & vectig. ex quo facillimè decerni potest concessam exemptionem ista onera
26 minimè comprehendere. † Princeps enim non censetur velle tertio præiudiciũ inferre, ex reg. tex. in l. 2. §. merito, & §. si quis à Principe ff. nè quid in loco publ. l. meminerint, vbi Glos. C. vnde vi.

Quod etiam ex eo corroboratur,
27 quod † Princeps ius, quod tempore concessionis habebat, concedere dicitur, non autem alterius, ità dixit Afll. dec. 334. nu. 3. vbi Vrsill. Petr. de Gregor. de concessione feud. p. 2. q. 7. nu. 18. vndè si Rex nihil habebat, nihil dedit, ità Bald. in l. fin. q. 4. C. de edict. Diui Adrian. tollend. quem sequitur Gram. decis. 66. nu. 53.

Idquè ex alio confirmatur, nàm
28 † concessio facta, valet in sui ipsius præiudicium, nõ autem alterius, Glos. in l. vacuatis C. de decurion. lib. 10. Mart. Laudensis in materia immunit. in cons. 38. n. 3. vndè ex prædictis appatet, immunitatis prædictæ priuilegium non comprehendere ista vectigalia imposita.

Tertiò dicebatur, posito, quod immunitas prędicta esset generalis, tàm à muneribus ordinarijs, quàm extraor
29 dinarijs, solitis, & insolitis, † non tamen comprehendere casum maximæ, atquè vrgentissimæ necessitatis, ità tradunt Scribentes in l. si ex toto in princ. ff. de leg. 1. Crauett. cons. 294. Roland. à Valle consil. 5. nu. 16. lib. 1. cons. 52. num. 20. & sequentib. lib. 2.

Cæphal. consil. 567. & post multos Schraderius de feud. part. 10. sect. 1. num. 130. Rosental. in eod. tract. c. 5. concl. 86. nu. 3. littera D. Vuintrler. de collectis obseruat. 14. Io. Schonner. disp. feud. lib. 1. disp. 4. Anton. Thesau. in qq forens. q. 8. n. 12. Bernard. Grau. pract. concl. Cameræ Imperial. lib. 2.

30 concl. 52. num. 7. Adeò quod † & si exemptionis concessio generalibus, atquè vniuersalibus verbis, prægnantibusq; clausulis formata fuerit, nullo modo comprehendit vectigalia, quæ ob vrgentem necessitatem imposita fuerunt, ità post omnes interpretes in d. l. si ex toto ff. de legat. 1. Viuius cōmun. opin. in verb. immunitas 1. Osasc. decis. Pedem. 39. nu. 14. & decis. 91. nu. 1. Cæphal. cons. 58. num. 5. consil. 154 nu. 3. & cons. 451. nu. 194. Franc. Marc. q. 458. lib. 1. qui omnes, hanc opinionem esse magis communem affirmant, vt testatur, & sequitur Ant. Thesaur. in qq forens. q. 13. nu. 5. Velasq. Auend. de iusta imposit. tribut. par. 1. fundam. 5. nu. 1. & seq. vbi latè.

Quam conclusionem non solùm procedere dicebant, qui iura Regni tuebantur, quando simpliciter est concessum priuilegium, verùm etiam

31 † quando ex causa meritorum conceditur, tùnc enim subsistente causa reuocari posse, tradunt Scribentes in c. 1. de probat. Paul. Castr. in l. digna vox, C. de legibus, Bald. in l. donationes l. 2. C. de donationib. inter vir. & vxor. Senatus Pedemont. ex collectis per Cacher. decis. 90. num. 15. Pincll. in l. 1. 3. p. nu. 66. illatione 14. C. de bon. matern. & alij per nos adducti ad l. fi. ff. de const. Princ. c. 9. 2. p. vbi nu. 42.

32 diximus † huiusmodi causam non debere esse præuisam tempore concessionis, sed eam, quæ si fuisset præuisa, vtiquè Princeps non concessisset, eamquè debere principaliter respicere publicam vtilitatem, non autem secundariò, post Menoch. cons. 56. num. 48. Greg. Lopez ad l. 49. tit. 18. part. 3.

33 ideòq; † tempore necessitatis, pestis, scilicet, famis, aut belli omnem cessare immunitatem affirmauimus d. c. 9. nu. 43. ex l. 1. & 2. C. de nauibus non excus. lib. 10. & l. 2. C. de quib. muner. nem. liceat se excusare, Natta consil. 276. nu. 1. in fin.

34 Quod autem † isto casu legitima, iusta, ac publica causa imponendi vectigal intercesserit, notorium omnibus esse dicebatur, cùm Princeps, vt debita contracta pro defensione Catholicæ Religionis, & Regni soluere posset, vt necessitatibus ipsius pro cōseruatione Regni consuleret, vectigal imponere possit, & quod hæc sufficiens fuerit causa, dixit Rebuff in l. 1. C. de superindicto lib. 10. Matth. Vuesembec. de collectis cap. 7. & latè Velasquez de iustà imposit. tribut. part. 1. fund. 2. & sequentib. Bouad. in Polit. lib. 2. c. 18. num. 296. Prætcrea si

35 † Clerici, qui secundùm grauissimos Authores de iure diuino, naturali, & positiuo exempti ab impositione tributorum dicuntur, vt constat ex Medina de restit. q. 15. Osasch. decis. Pedemont. 68. in princ. Guido Pap. decis. 372. Mol. de iust. & iur. disp. 31. & post Thom. Boz. de iur. stat. D. Bertrand. de Gueuara Archiepiscopus Compostellanus in propugnaculo Ecclesiasticæ libertatis § 1 sect. 1. nu. 13.

36 tamen in huiusmodi casibus insolitis non gaudent exemptione, vt ex multorum auctoritatibus in supradictis locis idem Velasquez firmissimè sustinet, quantò magis alij, qui ex solo priuilegio immunitatem habent.

37 Addebatur prædictis, quod † & si generalis, & ampla esset immunitatis concessio, intrinsecam tamen habet qualitatem, quæ est, quando ex illa enormissimè alij læderentur, & iniquitatem contineret, tùnc enim immunitatis priuilegium seruandum non est, vt probatur ex c. suggestum de decim. & c. quantò de censib. Abb. in c. accedentes nu. 9. de præscription. Petr. de

 Vbald.

Vbald.in tract. de collect.n. 15. Natta conf. 396. nu. 14. Roland. à Valle conf. 1 nu. 166. & seq. vol. 2. qui exemplificant in casu, quando exemptio sit facta ab omnibus, & singulis capitationibus, gabellis, impositionibus, collectis, angarijs, & quibuscumquè alijs, quæ dici, & excogitari possunt, dicentes, non excusari, quoties aliorum non suppetunt facultates, vel nõ sinè magno scandalo sufficerent, tùnc. n. exẽpti grauari possunt ad contribuendum cum cæteris, pro quo facit tex. expressus in c. non minus de immunitate Ecclesiarum, ibi. *Nisi Episcopus, & Clerus tantam necessitatem, vel vtilitatẽ aspexerint, vt absquè vlla exactione ad releuandas communes vtilitates, vel necessitates, vbi Laicorum non suppetunt facultates subsidia per Ecclesias existiment conferenda*, & in c. aduersus eod. tit. vbi idem dixit.

Ad quod faciunt dicta per Bald. conf. 405. vol. 5. quem sequitur Roland. à Valle in conf. 80. nu. 29. vol. 3. & Hippol. Rimin. conf. 59. nu. 79. vol. 1. & de his nullam faciens mentionem Velasquez de iusta imposit. tribut. in respons. 2. fundam. contrar. nu. 5. fol. 147. Abbas per illum text. in cap. suggestum de decim. Hieron. Grat. conf. 61. nu. 10. lib. 1. Roland. à Valle in d. conf. 1. nu. 163. lib. 2. Schrad. in consil. 23. num. 120. 121. & seq. maximè
38 † si ex post facto publicum bonum læderetur, tùnc ipso iure reuocatur, & annullatur, secundùm Barbat. in conf. 13. nu. 4. lib. 3. quem sequitur idem Schradet. in d. consl. 23. sub nu. 121.

Quod autem bona incolarum illius Regni nullo modo sufficiant ad soluenda onera de nouo imposita, nulla egere probatione dicebatur, & adeò notoriũ esse, vt nec ẽt sufficiant ad illa toleranda, si contribuant Melitenses, quãtó magis si fuerit declaratum eos esse exemptos, idquè faciliùs in casu
39 nostro procedere, cùm † priuilegium istud immunitatis concessum sit ad beneplacitum ipsius Principis concedẽtis, vt expressè cauetur in diplomate Caroli V. Imperatoris gloriosæ memoriæ, vndè cùm tàm legitima, & iusta causa subsit, & vrgeat necessitas publica, posset, immò deberet Princeps illud priuilegium reuocare, vel saltim in hoc casu virtutem exemptionis suspendere, iuxtà text. in c. si gratiosè de rescript. in 6. vbi Glos. in verb. expirat, Bart. in l. more maiorum nu. 17. ff. de iurisd. omn. Iudic. & latè in l. cẽtesimis §. fin. nu. 9. ff. de verb. obligat. DD. in c. priuilegium de reg. iur. in 6. latè Christophor. Henscher. de priuileg. obseruat. 91. Georg. Acac. in eod. tract. lib. 3. cap. 2. num. 37. & optimè Barbos. in l. quia tale 14. sub num. 87. ff. solut matrim. quotum omnium, ea est ratio, † nàm Princeps ex causa publicæ vtilitatis, & necessaria priuatorum iura tollere, ac minuere potest, l. quod semel ff. de decret. ab ord. faciend. Glos. vltim. in l. fin. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam, communiter Canonistæ in c. quæ in Ecclesiarum de constit. & post infinitos in specie priuilegij Georg. Acac. lib. 3. c. 6. nu. 4. quod latiùs diximus in rubric. de constit. Princ. c. 1. num. 59. si ergò in hoc casu vrget necessitas, ac publica vtilitas, & priuilegium est cõcessum, durãte Principis beneplacito, dicebatur nullum alium casum considerari equidem posse, in quo istud beneplacitum durare non deberet, vt in isto, de quo controuertitur, sequitur, vt optimo iure exemptio Melitensis Insulæ locum habere non possit.

His omnibus discussis fuit pronunciatum in forma, quæ sequitur.

41 † *A 7. de Octubre 1613.*

Respondase al Virrey, ordenandole, que por via del Patrimonio *se informe si en los lugares, donde se hà pagado gabela*

gabela de la extraçion del vino; ò de otras extraçiones à las mismas Ciudades del Reyno hà pagado la Ysla de Malta, la dicha gabela, quando hà sacado el vino, ò otras vituallas, para su uso, y auise de lo que hallare, y entretanto la dicha Ysla no sea obligada à pagar cosa ninguna de la gabela presente, por la dicha extraçion, hasta otra orden de Su Magestad.

SVMMARIVM.

1 *Viceregès Proconsulibus, & Praesidibus Prouinciarum aequiparantur.*
2 *Princeps solus Vicarium creare potest.*
3 *Vicarij iurisdictio non extenditur ad ea, quae supremae sunt potestatis.*
4 *Specialia non transeunt in generali commissione.*
5 *Locumtenens Locumtenentem creare prohibetur.*
6 *Verbum, alter nos, in priuilegio quid importet.*
7 *Prorege mortuo, Collaterale Consilium in Regno Neapolitano eius personam repraesentat, & hoc, non facta prouisione ab eodem Prorege.*
8 *Praesides in casu absentiae, vel infirmitatis delegant aliàs delegari prohibita.*
9 *Absentiae, vel infirmitatis causa receditur à iuris regulis.*
10 *Don Aloysius de Toledo Locumtenens creatus à patre Prorege, absentiae causa.*
11 *Don Franciscus de Castro Regnum Neapolitanum rexit, absente patre Prorege.*
12 *Infirmitatis causa, Locumtenentes à Proregibus creati.*
13 *Mortis causa, Locumtenẽtes in locum Proregum admissi.*
14 *Decretum Supremi Senatus pro admissione Locumtenentis in Statu Mediolanensi.*

ARGVMENTVM.

An possit Vicerex creare Locumtenentem, & quibus casibus, Mortis scilicet, absentiae perpetuae, & temporalis.

DECISIO NONA.

Dùm Excellentissimus Don Petrus Toletus Marchio Villaefranchae, & à Consilijs Status, & Belli Suae Maiestatis Mediolanensis Ducatus Gubernator in anno 1616. cum Regali exercitu Statum Serenissimi Sabaudiae Ducis esset ingressurus, vt firmissimam in Italia pacem stabiliret, iàm turbatam ob exortas contentiones inter Serenissimos Duces Sabaudiae, & Mantuae, suum creauit Locumtenentem Generalem in dicto Statu Don Sancium de Luna, Arcis Mediolanensis Praefectum, durante ipsius absentia, de quo certioratum cùm fuisset Supremum Italiae Consilium, fuit disceptatum, an ista electio valida fuisset. Cuius electionis occasione de duobus fuit actum, Primò, an potuerit suum Locumtenentem creare, ipso existente in Statu, Secundò, an liceat id facere ipso exeunte à Statu.

Quoàd Primum Articulum dicebatur, non posse Proregem creare Locũtenentem, †quia cùm Vicerex equiparetur,

retur Proconsulibus, & Præsidibus Prouinciarum, vt ex Capycio decis. 141. & ex Camerar. in c. Imperialem fol. 78. littera O. deduxit Dominus Regens de Ponte de potest. Proreg. tit. de assensib. Regijs §. 6. nu. 2. quemadmodum non potest Proconsul alteri suam potestatem delegare, ex l. solet ff. de offic. Proconsul. ibi. *Nec enim potest quis gladij potestatem sibi datam, vel cuiuscunquè alterius coercitionis ad alium transferre.* Quod etiam habetur per Bald. in l. aliquando ff. de offic. Proconsul. & ex c. Clericos de offic. Vicar. idem Bald. in c. G. perpetuus de fide instrument. ità nec Vicerex potest Locumtenentem creare, cuius conclusio-
2 nis illa est ratio, † quia solus Princeps creat Vicarium, & non alius Magistratus, ad quod Marc. Anton. Surgens de Neapoli Illustr. lib. 1. c. 15. in fin. allegat plura iura, quæ non videntur id probare, nisi text. in l. 1. §. à Præfecto, ff. de leg. 3. & Mutius frater in addit. ad ipsum fol. mihi 444. allegat §. nulli in auth. de defensor. Ciuit. & §. eos in auth. de mandat. Princ.

Et licet Prorex sit Vicarius cum plenitudine potestatis, non tamen
3 † censentur illi communicata ea, quæ competunt. in signum supremę potestatis, & iurisdictionis, c. quod translationem de off. legat. tradit Abb. in c. mandato nu. 2. de pręsumpt. D. Regēs de Pont. de potest. Proreg. de abund. Ciuit. §. 1. nu. 16. & seq. quod apertè colligitur ex dictis per D. Thom. de Regim. Princ. lib. 3. c. 10. vndè (inquit ipse) *Sacri Doctores quandam potestatem Christo attribuunt, quam Petrus non habuit, nec sui successores, & ipsam potestatem excellentem nuncupant, & sic potestas Petri, & successorum eius non adæquatur potestati Christi, immò omninò transcendit.* Et diximus supra in decis. 3. nu. 23. ad quod faciunt, quę tradit Andr. in c. Imperialem num. 13. de prohib. feud. alienat. per Federic. vbi in quęst. an Vicarius possit assentire, dùm propositionem negatiuam proponit, dicit. *Ideò dicunt aliqui, quod si simpliciter, & ad omnia facit Vicarium, intelligatur de omnibus solitis, insolita personalia; quæ non consueuit, vel per raro, vt est exemplum ff. de Senat.*
4 *l. fin. non transeunt*, & † in generali commissione non transire specialia, dicit Summ. Pontif in d. c. quod translationem de offic. legat.

His addebantur, quę tradit Boer. deci. 152. vbi ait, veriùs esse de iure,
5 † Locumtenentem non posse creare Locumtenentem, idemquè tradit Capyc. decis. 151. vbi concludit, non posse facere Vicarium, vbi est electa industria personę, & ibi multa ad materiam adducit.

6 His etiam accedat, quod † licet in priuilegio adsit verbum (alter nos) illud tamen est declaratum per Suam Maiestatem operari, vbi non est limitata potestas in instructionibus. Item illud fuisse appositum, non quod omnia possit, quę Rex potest, sed vt subditi, eum reuereantur, ad quod faciunt, quę tradit D. Garsias Mastrillus in eius tract. de Magistrat. lib. 5. c. 6. nu. 166. & quę diximus decis. 3. num. 22. & 23. Respectu verò Regni Neapolis dicebatur, non esse necessarium crea-
7 re Locumtenentem, † cùm Collaterale Consilium, Proregis personam, absente illo, representet, idquè fuisse in Regno seruatum, dixit D. Regens de Ponte loc. suprà citato, & faciunt, quæ diximus ad Constitutionem officia, quę personis, verb. Vicarios de Official. in Regno constituendis.

Sed in contrariū, quod Prorex possit creare Locumtenētem, ex infrà dicendis fundari dicebatur, nàm licet vera sit conclusio, sic in genere sumpta, vt non possit Vicerex creare Locumtenentem cum sibi tradita potestate, hæc tamen limitatur, quando ex causa, & ad modicum tempus creatur, notat Glos. in clem. 1. verb. locum el 2. de
8 regular. quia, & † si aliqua regulariter non

non sint delegabilia, possunt tamen Præsides in casu absentiæ, & infirmitatis illa delegare, vt tradunt Bart. & DD. in l. 1. de offic. eius, quàmuis enim in huiusmodi dignitatibus sit electa industria personæ, vt tradit Capyc. d. decis. 151. admittitur tamen causa
9 infirmitatis; & absentiæ, cùm † ex ea recedatur à regulis Iuris, quod pluribus confirmat D. Regens de Ponte, vbi suprà §. 6. nu. 8.

Sed alia considerari potest ratio, nè sinè Rectore Regnum remaneat, neuè contentiones otiantur inter Magistratus, qui ad ipsos regimen spectare contendunt, non tamen sinè causa facere posset, ex reg. text. in l. 1. ff. de offic. Consul.

Ad cuius sententiæ confirmationē adducebatur, hoc fuisse pluribus in casibus, & in eisdem Regnis practicatum, pro cuius rei clariori declaratione plures distinguendi sunt casus. Primus est casus absentiæ, & hic in duas diuiditur partes; Altera enim est absentia animo redeūdi; Altera verò perpetua.

Quoàd primam in Regno Neapolis Excellentissimus Don Petrus To-
10 letus Neapoli Prorex, dùm in Tusciam proficisceretur, suum Locumtenentem creauit Don Aloysium Toletum eius filium, qui per multos menses Regnum gubernauit, ad quod facit doctrina Bart. in l. aliquando ff. de offic. Proconsf. qui loquitur in substitutione mandati facta filio, & de hac meminit D. Mutius Surgens in addit. ad Marc. Anton. fratrem de Neapoli illustr. fol. mihi 444. D. Consiliarius Rouit. in tub. de administrator. num. 12. Idemquè fecit Excellentissimus Don Ferdinandus de Castro Lemensium Comes, dùm Romam esset profecturus, vt obedientiam Clementi VIII. Pontifici Maximo in sui Pontificatus initio solitam præstaret Philippi III. Regum maximi nomine, Vicarium etenim † sibi constituit Excellentissimum Don Franciscum de Castro eius filium adolescentem, qui optimè Regnum per duos ferè menses gubernauit, quod ego vidi, & postea scriptum inueni per Don Garsiā Mastrillum in tractat. de Magistrat. lib. 5. c. 6. nu. 167. Id etiam seruatum fuit in Regno Siciliæ, dùm Excellentissimus Marcus Antonius Columna nauigaturus esset in Insulam Melitæ, is enim Principem Siciliæ suum Locumtenentem reliquit, vt idem D. Garsias testatur loc. cit. Mediolani verò, cùm Magnus Castellæ Comestabulus in Burgundiam profectus esset, Vicarium (sub certis tamen regulis) creauit Comitem de Haro eius filium.

Quoàd secundam verò absentiam animo non redeundi his fundatur exemplis; In Regno enim Neapolitano Excellentissimus Marchio de Mondejar suum reliquit Vicarium Don Bernardinum de Mendoça eius filium, qui Regnum gubernauit vsquè ad aduentum Excellentissimi Don Ioannis à Stunica maioris Castellæ Commendatarij, quod ego vidi, & idem affirmat Marcus Anto. Surgens de Neap. illustrat. lib. 1. c. 25. num. 31. eumquè refert idem Mastrill. loco superiùs cit. in Regno Siciliæ Don Ferdinandus Gōzagha Vicarium sibi constituit Marchionem Licodiæ, quem à potentissimo, ac religiosissimo illo Philippo II. Regum maximo approbatum fuisse, testatur Mastrill. d. lib. 5. de Magistrat. c. 6. nu. 167.

12 Secundus casus est † infirmitatis, in quo quid Neapoli actum fuerit, exemplum habemus in personam Excellentissimi Don Francisci de Castro, quem dùm Excellentissimus eius Genitor graui teneretur morbo, certo modo sibi substituit, quod etiam seruatum in Regno Siciliæ affirmat idem Don Garsias Mastrillus, vbi suprà, quo tempore Regnum illud gubernabat Excellentissimus Dux Montisleonis, qui durante

durante infirmitate fibi fubftituit Comitem Borrelli eius filium, idemquè effecit Excellentifs. Marchio Pifcariæ, qui elegit in Præfidem Regni, Comitem Landriani, & Excellent. Dux Machedæ eodē iure eft vfus, fubftituendo fibi D. Georgiū de Cardenas eius filiū primogenitū, qui omnes fuerūt admiffi à Proceribus, & Magnatibus Regni, Rouit. in rub. de adminiftra. n. 13.

13 Tertius cafus eft mortis Proregis, in quo Neapoli Locumtenentem creatum tempore infirmitatis adminiftraffe etiam poft mortem vidimus Don Francifcum de Caftro, licet fuiffent etiam allegatæ litteræ fuæ Maieftatis, quibus facultatem conceſſerat Excellentiffimo eius Genitori, in cafu, quo à Regno difcederet, illum fuo loco fubftituendi, quod idem fuit feruatum in Regno Siciliæ, dùm è viuis difceffiffet Excellentiffimus Dux Machedæ, in cuius locum fuit admiffus Don Georgius de Cardenas eius primogenitus, etiam in Statu fucceffor, nùnc meritiffimus Machedæ Dux vir ftrenuus, & maximæ virtutis.

Ad doctrinas verò in contrarium allegatas dicebatur, vel loqui in cafu longiffimæ abfentiæ, vel abfquè caufa, quia tùnc non poteft aliquem fibi fimilem creare, Rouit. qui plura iura allegat loco citato nu. 10.

Et ad id, quod dictum eft, Collateralе Confil. Prorege defuncto in Neapolitano Regno, gubernare, dicebatur habere locum in cafu fuo, quando non eft facta prouifio à Prorege, quod poft hæc fcripta affirmari vidi per D. Garfiam Maftrill. loc. cit. nu. 175. qua de re ad tollendas omnes controuerfias, quæ in huiufmodi cafibus oriri folent prouifionem Regiam defideraui, quæ vel Proregibus huiufmodi facultatem concederet, vel decerneret perfonam, quæ in cafu mortis, vel alterius impedimēti Regnū gubernaret, fuit tamen in cafu propofito ex prædictis, & alijs conclufum, effe refcribendum, vt Don Sancium admitterent in Locumtenentem generalem Status, de quo confultus Rex nofter inuictiffimus, ratam fe habere fententiam iftam refpondit, & ita fuit refcriptum Magno Cancellario die . . . Nouembris anni 1616. fuitquè pariter prouifum, vt litteræ Suæ Maieftatis, quæ ad adminiftrationē Status, & Iuftitiam pertinerent, ad ipfum Don Sancium, durante abfentia à Statu Mediolani dirigerentur.

In huius articuli refolutione vidi potiùs dubitari in cafu, quo Gubernator Status Mediolani non eft egreffus fines Status prædicti, quia dùm per fe ipfum poteft exercere officium, haber locum regula text. l. inter artifices ff. de folutionib. & fic ftante electione induftriæ perfonæ, non erat alius admittendus, & dicebatur, ceffare caufas abfentiæ, & infirmitatis, & per confequens in fuo robore ftare, quæ pro contraria parte adducebantur, & in hanc inclinare partem videbatur Supremum Italiæ Confilium, non tamen fuit fuper hoc facta prouifio, nequè amplius actum de huiufmodi quæftione.

SVMMARIVM.

1 *Subditi ad Regem accedere probibe non debent.*

2 *Ciuitas Neapolis fpeciali priuilegio congregare fe poteft, mittendi caufa ad Regem, finè Proregis licentia.*

3 *Legati electio qualiter, & à quibus fieri debeat.*

4 *Legatus de iure mitti non poteft, abfq. Præfidis licentia.*

5 *Hoc idem Philippi* Regis *II. ordinatione confirmatur.*

6 *Prorex Legatum ad Regem conceffum probibere poteft.*

7 *Legatus ad Regem mitti, quo cafu poteft, licentia à Prorege petita, & non obtenta.*

8 *Litteræ Regiæ declarantes, quando opus fit* Proregis *licentia pro Legato, vel litteris ad* Regem *mittendis.*

9 Cle-

9 *Clerici, vel Milites Hierosolymitani ab officijs Iustitiæ, & Ciuitatum repelluntur.*
10 *Miles Dei à Secularibus negotijs abstinere se debet.*
11 *Decretum Supremi Senatus, quo Miles Hierosolymitanus fuit in Legatū admissus.*
12 *Odia sunt restringenda.*

ARGVMENTVM.

An possit Ciuitas Neapolis Legatum mittere ad Suam Maiestatem, absquè Proregis licentia, & quibus casibus possit.

DECISIO DECIMA.



Ro parte fidelissimæ Ciuitatis Neapolis fuit inuictissimo, ac pijssimo Regi nostro supplicatum, ùt Legatū ad Suā Maiestatem mittere absquè Proregis licentia ei liceret, & præsertim, quando de grauaminibus à Prorege illatis, erit coram Sua Maiestate agendum, Regias declarando litteras, quæ ipsius Ciuitatis Oratore petente, gloriosæ memoriæ Philippus Secundus Catholicus præteritis dederat annis.

Hæc controuersia ad tres articulos deducitur. Primus, an liceat se congregare, pro mittendo Legato, absq; Proregis licentia. Secundus, an mitti possit absquè illa. Tertius, an missus, absquè licentia, sit admittendus à Dño Rege nostro, & suis Supremis Tribunalibus.

Quoàd primum articulum dicebatur, pro parte Ciuitatis, licitum esse se congregare, idquè à iure permissum, cùm sit de concercentibus eius vtilitatem, at fieri hoc debere cum ea solemnitate, quæ à iure statuta est, vt omnes conueniant, qui intrà Vrbem consistunt, si non ægritudine, vel alia excusabili necessitate impediuntur, vt statuerunt Imperatores Honorius, & Theodosius in l. fin. C. de legation.
1 lib. 10. † non enim sunt prohibendi subditi venire ad Suum Regem, ex traditis per Luc. de Penn. ad l. 1. nu. 38. C. vt nemo ad suum patrocin. lib. 11.
2 & † dúm ad hunc effectum volunt se congregare, non est opus licentia Proregis, ex particulari Ciuitatis prærogatiua, vt tradunt D. Præses de Franch. decis. 446. & Marc. Anton. Surg. de Neap. illustr. lib. 1. c. 25. num.
3 21. quæ † quidem Legati electio qualiter fiat, tradit idem Surg. loc. cit. num. 20. vbi ad Nobiles tantùm legationē spectare affirmat, popularem vero plateam habere vocem actiuam, non autem passiuam.

Hoc autem, quod diximus, Ciuitatem Neapolis facultatem habere se congregandi, absquè licentia Proregis, particulare priuilegium ipsius est, cùm alijs Regni Ciuitatibus, & Oppidis id minimè liceat, sinè licentia ius in illa reddentis, quem Capitaneum vocant, vt tradit D. Præsid. de Franch. d. decis. 446.

Quo verò ad secundum articulum, an facta conclusione destinandi Legatum, possit ab ipsa Ciuitate electus, vel ab ipsius Deputatis facultatem mittendi habentibus, ad Regem mitti, absquè Proregis licentia; Dicebatur,
4 nequaquàm id fieri posse, † Imperiali hoc prohibente edicto, quo statutum est, nè absquè Præsidis licentia destinetur

netur Legatus Iadmperatorem, vt patet ex l.penult. C. de legation. lib. 10. ibi. *Prouincialium enim desideria, quibus necessaria sæpè fortuitis casibus remedia deposcuntur vobis agnoscere, atq; explorare permittimus, vt sint examinis tui, quæ ex his auxilio tuo protinùs implenda sint, & quæ clementiæ nostræ auribus intimanda videantur*, & in l. fin. eiusd. tit. hæc verba legũtur, *& sub examine tuo perpensa legatione res ordinetur*. Hoc antè leges ab illis Imperatoribus conditas, ex Philone habemus, is enim de legatione ad Caium Imperatorem in hæc verba prorupit, referens quæ deputati à Iudeis Pilato dixerunt. *Tiberius* (inquit Philo) *nihil vult temerari de ritibus nostris, aut ostende illis edictum, vel epistolam aliundè simile, vel da, vt (te omisso) per Legatos oremus Dominum*. Sic etiam ex Tacito lib. 15. quem refert Carolus Paschal. de legat. c. 13. habemus Neronem prohibuisse, Legatos mitti à Prouincijs in fauorem Præsidum, de quo ille sic ait. *Rectè Nero aboleuit ambitiosas illas sæpè eblanditas, sæpè emptas, sæpiùs extortas, quæ à Prouincijs mittebantur ad Senatum, in hoc, vt agerent apud eum grates Proconsulibus, & Proprætoribus*. Et in comitijs anni . . . . fuit per fidelissimam Ciuitatem, Barones, & Regnum supplicatum Suæ Maiestati, vt mandaret, nè liceret scribere Suæ Maiestati pro confirmatione Proregis, & à Sua Maiestate concessum.

Sed vltrà prædicta iura, & authoritates allegatas, respectu Regni Neapolis, quod non possit mitti Legatus, absquè Proregis licentia, tradunt D. Consiliarius Minadous ad Regni Cõstitutionem in aliquibus verb. Comitum, & Baronum nu. 55. Marc. Anton. Surg. loc. sup. cit. num. 21. & seq. & Io. Franc. de Ponte de potest. Proreg. tit. de abund. Ciuit. §. 7. nu. 1. cui iuris dispositioni conformem se reddidit prudentissimus, atquè Catholicus Rex noster gloriosæ memoriæ Philippus II.
5 in † litteris datis ad Principem Petræ Persiæ, tùnc Regni Proregem, sub die 4 Decembris anni 1579. quarum meminit idem Marc. Anton. Surg. loco citato, quarum tenor hic est, *y quanto à lo primero podreis dar à entender à essa nuestra fidelissima Ciudad, y Reyno, que nunca ha sido, ni es de nuestra mẽte, y intençion estoruar, que mis vassallos speçialmente los desse Reyno, de cuya fidelidad, y seruicios tenemos tanta satisfaçion, no tengan recurso à nos siempre, que se ofreciere causa bastante, por la qual conuenga hazerlo*. Et paulò post. *Aunque en tal caso es nuestra voluntad, que primeramente hayan de acudir à vos en vuestro tiempo, ò al Virrey, que adelante estuuiere en esse Reyno, como à quien representa nuestra persona, y pedirle licençia por la cuenta, que es iusto se tenga con su autoridad, pues ni vos, ni los, que despues vinieren no se la negaran*.

Sed quoniam antequàm licentia concedatur, iubet Imperator inquiri, an expediat, vel nè Legatum mittere, vt si Præfectus Prætorio possit remedium adhibere subditorum petitionibus, faciat, sinautem ad Principem remittat, d. l penult. C. de legat. lib. 10. Idem inuictissimus Rex mandauit, vt notitia detur Proregi, ibi. *Que quando fuere sobre cosas tocantes al beneficio desse Reyno, ò de la Ciudad den tambiẽ primero cuenta dello al Virrey, para que si el viere, que es cosa, que con communicacion del Consejo, y embiando nos los memoriales con su pareçer, lo puede remediar lo haga assi, y escuse à la Ciudad, y Reyno el gasto de embiar persona à su costa, mas que se fuere cosa, que pareżca conuenir representar nosla con persona propria, que à si mismo en tal caso el Virrey se le consentirà*.

Quoàd Tertium Articulum, an sit admittendus Legatus, si absq; Proregis licentia accesserit, certum esse dicebatur, non esse admittendum, nequè audien-

audiendum, ità in specie, respectu Legati per Ciuitatem Neapolitanam missi, dixerunt Marc. Ant. Surg. de Neap illustrat. lib. 1. c. 25. n. 21. Minad. ad Constitut. in aliquibus verb. Comitum, & Baronum nu. 55. Dominus Regens de Ponte de potest. Proreg. tit. de abund. Ciuitat §. 7. nu. 2. quorum fundamentum est Imperatoris Iustiniani responsum in Auth. de mandat. Princ. § sit tibi in fin. vbi sic ait *Si verò cum te non adierit, venire ad hanc Regiam præsumpserit Ciuitatem, & remittemus cum omni correctione, & responsum non dabimus* Ex quo dicebatur ortum habuisse prohibitiones, quas Proreges faciũt, nè accedat Legatus ad Regiam Curiam, neuè illum mittant, vt tradit D. Garzias Mastrill in tract. de Magistr. lib. 5. c. 6. nu. 252. & idem habetur in l. si quis decurio *la* 1. C. de decurion. lib 10. cuius meminit Dom. Reg. de Ponte de potest. Proreg. titul. 2. §. 7. num. 2. & in §. si quis, auth. vt differ. Iud.

Fuit tamen circà hoc dubitatum, an hæc licentia sit necessaria, quando Legatus est mittendus ad Regem, ùt exponat grauamina per Proregem illata, quia cùm Proreges (licet iustissimi, & prudentissimi) id ęgreferant, iustissimis de causis, quæ ad bonum regimen pertinere noscunt, illam negare solent, vndè Ciuitas scinditur, & discordiæ inter ipsos ciues oriuntur, alijs Legatum esse mittendum affirmãtibus, alijs verò contrariũ sentiẽtibus, ex quo magnum otiti posset malum, vt ponderat D. de Ponte d. tit. de abund. Ciuit. §. 7. in princ. & nu. 15. & sequentib. vers sed hæc, quæ Ciuitatẽ, ob quod referã litteras Suæ Maiestatis, & prouisiones Supremi Italiæ Senatus, Augustissimus enim Philippus II. in anno 1579. in hæc verba respondit. *Y vltimamente, que quando el embiar persona fuere, para quexarse del Virrey (aunque esperamos) que los, que embiaremos en uuestro lugar à esse Rey no seran tales, y se gouernaran de manera, que no den causa de quexa iusta tambien en este caso pediendole la dicha licençia se le dara.* Et quia verbum illud (*se le darà*) secundùm aliquorum interpretationem non imponebat Proregi necessitatem licentiam concedendi, ùt videtur sentire Marc. Anton. Surg. de Neap. illustr. lib. 1. c. 25. num. 24 in fin. & seq. cùm fuisset iterum Philippo III. Regum maximo supplicatum, vt Proregibus mandaretur, nè in posterum impedirent Legatos à Ciuitate mittendos ad Suam Maiestatem, sed petita tantùm licentia, Legatum mittere Ciuitati liceret in hoc casu, & liberè in alijs, fuit petitioni Ciuitatis in hæc verba responsum in anno 1600. *Sobre lo qual tengo por bien, que se guarde precisamẽte lo ordenado por la dicha carta del año 1579. y que quando essa Ciudad quisiere embiar persona en los casos, que por la dicha carta le es permitido, pida primero licençia con memorial, y el deuido respecto, y miramiento, como se dice en el preinserto Capitulo, que trata de la licençia de poder escribir, y preçediendo esto es mi voluntad, que en ninguna manera se les niegue antes se le permita el poder embiar persona en el caso, y para el effecto, que està dicho.* Cuius quidem rescripti auctoritate decisum fuisse testatur D. Regens de
7 Ponte d. §. 7. nu. 10. ✝ sufficere illam petere, licet non obtineatur, occasione Legati missi ad Suam Maiestatem, tempore, quo Regnum gubernabat Excellentissimus Comes de Oliuares, qui fuit Octauius Tuttauilla, qui absq; licentia, & litteris Proregis discessit, & licet fuisset de illius ordine Barcinonę captus, fuit tamen, Rege iubente à carceribus liberatus. Verùm quia Ciuitati videbatur hoc in dubium ab aliquibus reuocari, ac timorem reuerentialem instare, nè Proregis lædcretur auctoritas, si de Legato mittendo ad exponendum contra ipsum querelas,

las, cum ipso ageretur, neuè Proreges impedimentū darent, si licentia petere tur, & eo reluctãte Legatus destinaretur, cùm id aliquãdò accidisset, fuit de nuò S. Maiestati supplicatum, vt circà hoc remedium adhiberet, (quod quidem desiderauit D. Reg. de Pont. loc. citat. qui proposuit illud esse, vt in hac Curia aliquis deputaretur, qui negotiorum Regni, & Ciuitatis curam haberet) ideòq; Ciuitas iterum instetit, legationem curante pro ea Don Hieronymo de Gueuara Milite Hierosolymitano, (viro quidem prudentia, atq; in gerendis negotijs claro,) qui Suæ Maiestati supplicauit, vt de Legato mittẽdo ad querimoniam de Protegibus exponendam liberè ipsi concederetur facultas, cuius quidem precibus in Supremo Italiæ Consilio discussis, consultatione facta Suæ Maiestati fuit prouisum, vt quotiescumq; voluerit Ciuitas litteras dare pro rebus concernentibus negotia Ciuitatis pro eius bono regimine, liceat id facere, data priùs notitia Proregi, sed quando voluerit scribere, exponendo querelas contra Proregem, liceat id facere, nulla petita ab eo licentia, neq; data notitia, quando verò voluerit Legatum mittere, tùnc licentia petatur à Sua Maiestate, quæ perpensis causis, & necessitate mittendi, si iustę fuerint habitæ, illam concedet, sin autem negabit, vt impensę euitentur, proùt ex eius litteris apparet, cuius verba hæc sunt.

8 *Illustre Duque primo nuestro † hauiendo visto lo que me escribistes sobre la pretençion, que essa mi fidelissima Ciudad de Napoles tiene de poderme escribir, ò embiar persona à quexarse de mis Vireyes, quando reciuiere dellos algunos agrauios, sin que sea obligada à pedirles antes licençia para ellos, y considerado el amor, y fidelidad con que me hà seruido, y sirue en todas occasiones, y la raçon, que hay de dar satisfaçion a tan buenos, y fieles vassallos, he acordado, que siempre, que la Ciudad tuuiere neçessidad de escribirme sobre cosas tocantes à su buen gouierno lo pueda haçer, dando primero cuenta à mi Virrey conforme à las ordenes, que açerca desto estan dadas, però que en caso, que quisiesse escribirme sobre quexas, ò agrauios de mis Vireyes lo pueda haçer libremente sin tener obligaçion de pedirle licençia, ni darles cuenta dellas, y que queriendo embiar persona sobre lo mismo me haya de pedir à mi la dicha licençia, à fin que sabidas las causas pareçiendo iustas se les conçeda, y no lo siendo se excuse el gasto, que hauria de hazer en esto, y ansi se lo podreys declarar en mi nombre para que sepa de la manera, que se haurà de gouernar en las ocasiones, que se ofreçieren. De Madrid à 10. de Settẽb. 1617.*

Et cùm in anno 1619. fuisset à Ciuitatis Deputatis destinatus Legatus Frater Laurentius de Brundusio Ordinis Capuccinorum, vir sanctitate conspicuus ex multis clarè gestis, & præsertim in Germania, vt de dimittendo milite à Regno, cuius causa multã patiebatur molestiam, cum Rege nostro pijssimo ageret, cùm extrà prædicta etiam de alijs, quæ personam Proregis tangebant, agere vellet, fuit per Supremum Italiæ Senatum perpensum idem, quod in litteris prędictis disponebatur. Sed aliquando fuerunt admissi, quando de grauaminibus per ipsum illatis erat agendum, proùt fuerunt admissi Marchio Padulæ, & Octauius Tuttauilla, vt testatur Dominus Regens de Ponte de potest. Proreg. titulo 2. S. 7. n. 9. & fuit ẽt admissus Reuerendus Pater Tarugius de Tarugi.

Alius etiam Articulus fuit tractatus, quando fuit missus D. Hieronymus de Gueuara Miles Hierosolymitanus, an scilicet legitimè fungi legatione possit miles Hierosolymitanus, vel alius Religiosus, qui fuerat in Sacro Neapolitano Consilio discussus, & decisũ, nullam fuisse electionem, obstante ei dispositione Regiæ Pragmaticæ, quæ in

in lib. Pragmaticarum est vnica de Ecclesiasticis personis, & nos eam situauimus sub tit. de Episc. & Cler. quę incipit, *per lege tanto Diuina* fol. 38.
9 vbi aliqua diximus, per quam † Illustrissimus Cardinalis Granuelanus Regis Locumtenens, & Capitaneus Generalis statuendo prohibuit, nè ad officia administrationis Iustitiæ, ac Ciuitatum assumantur Clerici, neque Milites Hierosolymitani, cuius verba hæc sunt. *Che da quà auanti non si possa amministrare nel presente Regno officio di Giustitia tanto in Terra demaniale, quanto in Terra di Baroni per persone Ecclesiastiche, Religiose, e non soggette alla Regia giurisditione, etiam si fossero Caualieri dell'habito di San Giouanni Hierosolimitano, e similmente ordinamo, e comandamo, che tanto questa magnifica, e fidelissima* Città di Napoli, *quanto tutte le altre Città, Terre, e luochi demaniali, e di Baroni di questo presente Regno in cose temporali non dependenti da cose Ecclesiastiche, non possano, ne debbano eligere, nominare, e deputare nelle cose concernenti l'amministratione del publico di esse Città, Terre, luoghi, e piazze persona alcuna della qualità, vt suprà contenta, & expressa, acciò vedendo le persone eligende, che sono obligate à dar conto di loro, & sottoposte al castigo regio per li falli loro stiano con quella auertēza, che si couiene, & à far quello, che si deue in beneficio del publico di essa Città, Terre, luochi, e Piazze.* Quæ pragmàtica fundatur in dispositione Iuris Canonici, statutum est enim in Concilio Lateranēsi, nè Clerici procurationes Villarū, aut iurisdictiones etiam seculares, sub aliquibus Principibus, & secularibus viris, vt Iustitiarius eorum fiat, Clericorum quisquàm exercere præsumat, cuius verba sunt registrata in cap. sed nec procurationes, nè Cler. vel Mo-
10 nac. quia vt ibi dicitur, † *nemo militans Deo implicet se secularibus negotijs*, quod etiam statuit Imperator Federic. in Constit. Clerici, & Rex Carolus II. in c. & cùm nihil, quæ iura sunt à nobis situata in eod. tit. in quo fuit prædicta Regia Pragmatica.

Cuius Pragmaticæ, & aliorum iurium auctoritate Sacr. Cons. decreuit, nullam fuisse electionem prædicti fratris D. Hieronymi, & per consequens non esse admittendum vti Oratorem corā Catholica Maiestate, sed discusso negotio in Supremo Italiæ Consilio
11 † fuit admissus prædictus D. Hieronymus, non obstantibus iuribus prædictis, nàm quod attinet ad c. sed nec procurationes, dicebatur, legationem satis differre ab exercitio procurationis, quod inibi intelligitur de procuratione, vel in Tribunalibus, vbi iudicia exercentur, vel in alijs negotijs Principum secularium; secus verò pro patria, & pro exponendis S. Maiestati negotijs, quæ bonum commune illius Regni continent. Et similiter respōderi dicebatur ad Const. & c. prędictum.

Ad Pragmaticam veró, quæ loquitur in specie de militibus Hierosolymitanis dicebatur, casum istum esse extrà pragmaticæ illius dispositionē, quæ concernit administrationem bonorum Ciuitatum, quorū respectu potest dubitari, nè bona vsurpētur Vniuersitatum, quæ ratione fori non possunt ab illis vindicari, sicut in administratione iustitiæ est dictum, quam rationem cessare in casu isto dicebatur, vbi nec exercitium iurisdictionis, nec rerum communium administratio illi
12 committebatur, Et his addebatur † dispositionem prædictam esse odiosam, & per consequens fore restringēdam, non ampliandam. ex reg. odia de regul. iur. in 6. & statutum odiosum, & limitatiuum libertatis esse restringendum, Hoc negotium fuit optimè discussum, & benè ponderatum propter auctoritatem sententiæ Sac. Cons. & D. Proregis, qui etiam erat in eadem sententia; tamen Sua Maiestas auditis omnibus decreuit, esse admittendum

prædictum fratrem D.Hieronymum de Gueuara pro negotio,pro quo fuerat missus, non obstantibus oppositis, eo magis, quia aliàs fuerat admissus in Legatum frater Vincentius Carafa eiusdem ordinis,vt patet ex cap.Neapolit.fol.133.& hoc tempore Regentes erant D.D. Anton. de Quintanaduenas Marchio Floreſtæ. D.Hieronym.Caymus D.Montoya de Cardona. D.Philip.de Haro,D.Petr.de Aragonia filius Ducis Terrænouæ,& ego. Fuit ēt admissus à S.M. dùm esset Vlissipone in Lusitania Fr. Laurentius de Brundusio Cappuccinus, de cuius laudibus satis breuiter dictū est suprà.

Defuncto postea prædicto fratre Laurentio, functo etiam sua legatione apud Inuictissimum Regem nostrum, Deputati à fidelissima Ciuitate constituti declarauerūt Legatum in locum fratris Laurentij Ioannem Franciscum Spinellum Patritium nobilissimum Comitē Scalæ,qui legationem adimpleret. Porrectis ergo litteris credētialibus S.Maiestati,fuit oppositum per Io.Thomā Cossum Ciuitatis illius ēt Patritium nobilissimū nomine plurimorū Titulatorū,& Patritiorū,nō esse admittēdū prędictū Io. Frāciscū vti Legatū fidelissimę Ciuitatis,ex quo expirauerat mandatum platearum datū Deputatis pro electione Legati; iam enim dicebatur fuisse officio suo functos Deputatos, facta electione fratris Laurentij, ex reg. l. Boues §.hoc sermone de verb.signif. dum hic articulus disputaretur,fuerunt pro vtraquè parte propositæ aliquæ recusationes in personam DD. de Consilio Italiæ, quarum cùm certior esset factus Rex noster,prudentissimè pronunciauit,nō esse admittendas recusationes, sed quod infra dies viginti, aut triginta proponerent quæ ab ipsis essent proponenda, quo responso accepto nihil amplius actum fuit, alijs tamen occasionibus ortis inter fidelissimam Ciuitatem, & Excellentissimum Ducem Ossunæ,fuit ad alia deuentum,& confirmatus prędictus Ioannes Franciscus Spinellus in legatione prædicta.

Fuit etiam missus à fidelissima Ciuitate Neapolis Reueren.admodum P. Taurusius de Taurusio Congregat. Oratorij nepos Illustrissimi Cardinalis Taurusij eiusd. Congregationis alūni, & licet nō fuerit primo loco admissus, quia non erat sufficiens mandatum,nō .n. fuerat missus à Ciuitate, sed à Deputatis, vt S. Maiestati exponeret necessitatem Ciuitatis,fuit posteà admissus ad exponēdum S. Maiestati quędā grauamina, quia p plateas nobiles Ciuitatis fuerat conclusum, ùt litteræ ad ipsum darentur, quibus cōmitteretur, vt S. Maiestati exponeret, quæ in mādatis dabātur.Et hoc fuit Anno 1623. Sed quia post eius in Ciuitatem aduētum fuit in controuersiam deductū Tribuno Populari instante, non fuisse ritè admisssū;cōmissa causa Illust. Marchioni Sancti Angeli,Reg.de Ponte fuit super hoc processus compilatus,sed nondùm decisus articulus.

SVMMARIVM.

1 *Prorex assentire non potest alienationibus feudorum, quæ in Regno ab exteris possidentur.*
2 *Feudorum alienatio iure communi feudorum,& Regni prohibetur.*
3 *Alienatio feudi necessaria, sinè Regis assensu fieri non potest.*
4 *Castra in Regno, omnia sunt feudalia.*
5 *Assensus licet sit gratia,in aliquibus tamen casibus denegari non potest.*
6 *Assensus non est vassallo denegandus, nisi ex causa.*
7 *Assensus præstari debet, si in feudi concessione potestas fuerit data alienādi*
8 *Consuetudo pro lege seruanda est.*
9 *Vendere prohibitus, pignorare non prohibetur.*
10 *Emere prohibitus certis in finibus, potest pignori accipere.*
11 *Prorex assentire potest obligationibus super feudis titulatis.*
12 *Prorex assensum præstare potest iuri hipothecæ super feudis ab exteris in Regno possessis constituto.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

Rex noster an possit denegare assensum exteris possidentibus feuda in Regno, quem præstare Proreges sunt prohibiti per Regiam Pragmat. 17. sub titulo de feudis.

DECISIO VNDECIMA.



Egia Pragmatica edita per augustissimum Philippum II. Regem nostrum fœlicis recordationis, quæ est 17. sub tit. de feudis, adimit
1 † facultatem Proregibus assensum præstandi exteris, alienare volentibus feuda, quæ possident in Regno, illam sibi reseruans, cùmque fuisset petitus assensus à quodam extero habente feudum in Regno, & aliqui ex Dominis fuissent voti, quod illi denegaretur, cùm aliàs solitum sit, illum concedi, fuit hac occasione de duobus hæsitatum. Primò, an sua Maiestas possit denegare hûc assensum exteris, quem Regnicolis, absquè difficultate concedit. Secundò, an Prorex possit concedere illum obligationibus, & hypothecis feudorum.

Quoàd primum, antequàm veniamus ad decisionem articuli nonnulla
2 sunt præmittenda, & primò † feudorũ alienationem, tàm iure feudorum inspecto, quàm etiam Regni fuisse prohibitam, iure feudorum, extant plures tit. c. 1. de alienat. feudi c. 1. de alienat. feud. pater. c. 1. qualiter olim feud. poterat alienar. cap. 1. de prohibit. feud. alien per Lothar. & c. Imperialem de prohib. feud. alien. per Federic. de Iure Regni extat famosa Cõstitutio Imper. Federici, quæ incipit, Constitutionem diuæ memoriæ, per quam omnis contractus super re feudali est prohibitus.

Secundò, hanc prohibitionem non fuisse talem, vt alienatio pœnitùs fuerit interdicta, nàm concurrente voluntate domini directi, poterit vtilis dominus vendere, vel aliter feudum alienare, tàm de iure communi, vt in d. c. Imperialem, quàm Regni, vt in d. Constit. constitution. diuæ memoriæ, & non solùm requiritur in alienatione voluntaria, sed etiam necessaria,
3 †nàm quotiescunquè feudum alienatur ex decreto Iudicis, & ad manus alterius vassalli debet peruenire, requiritur assensus Regis, vt habetur in Constitut. si quis post litem ibi. *Nostra celsitudinis conscientiam, & mandatum, si nobis hoc mandare placuerit requiri censemus, itaùt prædicta feudalia ex decreto nostro tantummodò, nõ alterius Iudicis distrahantur*, ex qua inoleuit praxis, quæ in Sacr. Conf. Neapolitano seruatur, quod vbi peruenitur ad feudi aleinationem sub hasta, semper dicimus, impetrato priùs Regio assensu, vt statutum est in pragm. 26. in nouis, sicut etiam in adiudicationibus feudorum faciendis, vt in dicta pragmatica, qui quidem assẽsus in feudis titulatis debet præstari à Catholica Maiestate, vt habetur in pragm. 4. de feudis, in cæteris prçstat Vicerex. quod tradit ẽt Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. in limitat. ad Constit. Regn. constit. diuæ memoriæ nu. 11. & licet in venditione voluntaria requiratur vtriusq; domini voluntas, vt dicit Andr. in c. in c. Imperial. n. 13. de prohib. feu. alie.

per Fed.tamen in hac alienatione sola voluntas' directi Domini,ac soliùs Iudicis decretum sufficit, vt citato loco Marin. tradit, quia Iudicis decretum supplet voluntatem partis,& factum Iudicis dicitur factum partis.

4 Sed quia † omnia Castra in Regno sunt feudalia,vt dixit And.in Constit. si dubitatio,& in Consti.'ustitiarij nomen, & normam, & post eum dixit D. Marinus Freccia de subfeud. lib. 2. auctor.29.num.3.& seq itaùt totum ferè Regnum sit feudale, oriebantur hinc maximæ difficultates circà commercium,ex quo est effectum, vt facilè cõcedantur assensus alienationibus feudorum, tàm per Proreges, quam etiam per Regem,nè(vt inquit idem Marin.Frecc.in limit. ad Constit.constitutionem diuæ memoriæ num. 13) subtrahatur in Regno commercium, cùm ex venditione feudorum, & introituum feudalium pluribus satisfiat necessitatibus, tàm Regis, quàm feudatariorum.

Tertiò erit præmittendum, dominum directum, prout est Rex noster non teneri assensum præstare aliena-
5 tionibus feudorum, cùm † assensus sit gratia,vt dicit Cam.in c.Imperial de prohib.feu.alie.per Feder.f.44.lit.I.& S.licet,vt ipse dicit denegãdo assensũ faciat contra honestatem fol.30.lit. I. & sic non tenetur de iure ad illam faciendam, vt in c. si gratiosè de rescriptis, cùm sit mera gratia, vt dicit Anna alleg. 39. Hæc tamen regula non procedit in aliquibus casibus, quos enumerat Andr.in d. Constit. si quis post litem, veluti pro iuuando Domino, pro faciendo seruitio militari,pro dotanda sorore,& amita, & pro dote.& alijs similibus,quæ inibi sequitur Afflict.& Camerar.in c.Imperialẽ fol.13.lit.Q. & R. & idem Andr.dixit in c.1.num.6. de inuestit. de re alien. fact. in quibus præcisè tenetur assentire, & diximus ad tit. de functionib. fiscalibus in rub. vbi retulimus Capitula Papæ Honorij.

Item non procedit regula prędicta, quando cessaret causa, nàm regula
6 intelligitur, † quod possit denegare assensum, quando adesset iusta causa, aliàs enim faceret iniuriam vassallo, si denegaret assensum, vt Afflict.dicit ad d. Constitut. si quis post litem nu. 22. vers. ego addo aliũ casum,Marin. Frecc.de subfeud.lib.2.29.auth nu.7. D.Regens Lanarius cons.20. nu.2. & 3.& D.de Ponte tract. de potest. Proreg. tit. de assens.Regijs §.3.nu.12.& quod teneatur assentire dicit Camer. in d.c.Imperialem fol.13.lit.R.

7 Item non procedit, † quando in cõcessione feudi esset data potestas alienandi,saluo assensu,eo enim casu Rex tenebitur assentire, D. de Ponte de potest.Proreg. tit de assensibus Regijs §.2.nu.34. & §.3.nu.13.

Cùm igitur Rex possit assensũ pstare, cùm beneficium Regni respiciat,& sit solitus id facere, sequitur, vt eodem modo, quo solet Regnicolis dare, teneatur etiam exteris illum præbere, qui feuda possident in Regno, nàm hæc restrictio potestati Proregis tantùm detraxit, non autem voluit, vt assensus ab ipso Rege denegaretur,quãdo causa cessat, aliàs enim fieret iniuria petenti, cùm sit de solitis concedi, hoc enim sibi reseruauit Rex, vt sciat causas alienationis,& vassallum suum, interest enim Regis habere Titium,& Petrum in vassallos, non alios, quod quidem noluit Proregi committere, sed quando causa non adesset, non deberet denegari.

Nec sufficit quælibet causa,sed requiritur magna,& quę Regi expediat, & status conseruationem respiciat, ad quod ponderantur illa verba Pragmaticæ (*Por jus fines,*)& infrà *Y por justos respectos pareçe, que en concederlos semejantes, se deue proçeder con mucha consideraçion*, quæ omnia tendunt ad id, quod iusta subsistente causa denegari possit, quæ si non adsit,denegari minimè

minimè possit, prout longeua consuetudo Supremi Consilij est interpreta-
8 ta,† quæ pro lege seruari debet, vt tradit Afflict. decis. 1. & sic ex his fuit resolutum, assensum, absque causa denegari non posse, illa verò existente posse, & sic fuit præstitus assensus.

Quoàd Secundum Articulum, an Prorex possit assentire obligationibus feudorum, quæ exteri possident in Regno, etiam obstante dicta Regia Pragmatica, cùm per indirectum sequatur alienatio, Quod possit, diceba-
9 tur primò, quia † prohibitus vendere non est prohibitus pignorare, vt dicitur in l. lex vectigali ff. de pignor. l. Tu-
10 tor §. fin. ff de pignorat. act. & † prohibitus emere in certis finibus, non est prohibitus pignori accipere l. in quorũ finibus ff. de pignor. nàm alienatio est actus, per quem trãsfertur dominium, vel ius, quod habet alienans, pignus autem remanet in bonis debitoris, vt habetur per Andr. in c. 1. de alienat. feudi nu. 1. & in d. c. Imperialem nu. 4. Hæc controuersia tamen conciliatur ex ijs, quæ tradit Bart. in d. l. in quorũ ff. de pignor. quem refert, & sequitur Neguf. de pignor par. 2. membr. 3. nu. 69 qui ait, quod aut prohibetur res vendi, quia nòn est in commercio, & tùnc est prohibita pignoratio, aut est facta prohibitio personæ, & tùnc non videtur prohibita pignoratio.

Alia etiam conciliatio dari potest ex eod. Neguf. in 2. memb. 2. p. princ. num. 31. quod vbi sumus in materia odiosa, prout in casu l. fin. C. de iur. emphit. fit stricta interpretatio, vndè prohibita alienatione, non est prohibita hypotheca. Secus in materia fauorabili, in qua latissima fit interpretatio, tùnc enim censebitur hypotheca prohibita.

Ex quibus decidi posse videbatur, quod cùm Prorex habeat plenissimam auctoritatem assentiendi, & limitata sit ista auctoritas, respectu assensus præstandi venditionibus feudorum, quæ ab exteris possidentur, non est ità restringenda, vt nec super hypotheca possit assensum præstare, quando (vt tradidit Negusant.) non esset in fraudem, vt puta, quia hypothecaret iuxtà integrum valorem feudi, & sic vbi iura voluerunt prohibere etiam hypothecam, & pignus expresserunt, vt habetur in d. c. Imperialem, & in l. fin. §. sed quia nostra C. com. de legat. & in l. fin. C. de pactis. Vndè cùm Proregi sit tantùm interdictum, nè præstet assensum alienationi feudorum, non videtur prohibitum, nè illud præstet hypothecæ, quia nòn est expressum, vt in simili dicit And. in d. c. Imperialem nu. 13. vers. quid si dedit potestatem, nàm si est limitata potestas Vicario, nè alienet, non videtur extendi, nè alienanti consentiat, sic etiam, cùm interdictum esset Viceregibus, nè præstarēt assensum alienationibus feudorum Titulatorum, vt in pragmat. 4. de feudis, fuit postea ratione commercij cō-
11 cessum, † vt possit illum præstare hypothecis super feudis titulatis, vt in pragm. 25. de feudis in nouis, sed cum clausula, dummodò non possit deueniri ad venditionem feudi, nisi obtenta à Sua Catholica Maiestate licentia, quod declaratum est, vt non fiat consignatio, & possessio, nisi obtenta licētia.

Hunc articulum tractauit Dominus, Regens de Ponte de potest. Proreg tit. de assens. Reg. §. 4. num. 6. vbi dixit
12 † Regiam Pragmaticam non habere locum in extero, qui non habet dominium, siuè ius formatum in feudo, sedtantùm ius hypothecæ pro consecutione sui crediti, quia tùnc si feudatarius exterus se obligauit ad aliquam quantitatem præstandam, & pro maiori securitate obligauit bona feudalia, D. Prorex pōt præstare assensum, quia Reg. Pragmat. nō comprehendit hunc casum, & dicit fuisse iudicatum posse D. Proregem assensum pręstare.

Circa hoc tamen nihil fuit resolutum in Supremo Italiæ Senatu, licet aliqua fuerint dicta.

SVMMA-

SVMMARIVM.

ARGVMENTVM.

Sententia an possit formari ex votis Iudicum causæ á Iudicibus alterius Tribunalis.

An processus agitandus Neapoli, vbi causa fuit votata, possit votari in Supremo Italiæ Senatu, circumscriptis illis votis.

An Iudices, quorum vota ad Suam Maiestatem sunt transmissa, possint votum mutare.

DECISIO DVODECIMA.



Quidam ex Titulatis Regni Neapolis fuit inquisitus de quibusdam delictis grauibus, eiusquè causa commissa nonnullis Iudicibus delegatis, qui processerunt ad eius decisionem, & vota protulerunt, non tamen fuit ex illis sententia formata, sed vota ad Supremum Italiæ Senatum transmissa cum originali processu, nulla tamen Suæ Maiestatis precedente ordinatione, vt fieri consueuit, fuit etiam transmissus idem inquisitus ad partes Hispaniæ, cùmq; vota fuissent lecta in Supremo Consilio, fuit de pluribus dubitatũ. Et Primò, an per dictum Supremum Senatum

tum potuisset sententia formari,& publicari,vel deberent eadem vota Neapolim transmitti, vt inibi secundùm maiorem partem ipsorum sententia formaretur,& publicaretur, secundùm ritum illorum Tribunalium.

1 Quo in articulo † fuit decisum,vota illa esse remittēda ad illosmet Iudices, qui ea protulerunt,vt ex illis formaretur, & publicaretur sententia. Cuius decisionis est ratio, quia Iudices, qui votauerunt,debent formare sententiã, & non alij,nàm licet Sua Maiestas soleat mandare, vt veniant vota ad Supremum Italiæ Consilium,nunquàm solet Supremum Consilium sententiã ex votis illorum Iudicum formare, sed remittuntur vota ad Tribunal, in quo fuit actum de causa, vt ex illis sententia formetur,& publicetur,ad quod faciunt, quæ superiùs dicta sunt decis.4. in causa Dõn.Marianæ Quintanadueñas, & de Pactis Baronissę Florestę, & Placę.Nequè poterat hic publicari sententia, quæ non erat in formam sententiæ redacta, quia hic non ade-
2 rat sententia, † non enim dicitur sententia, quando non est redacta in formam, vt voluit D. de Franchis decis. 185. per totam, & præsertim num. 4. ab illis etenim Iudicibus debet formari sententia, qui sua vota protulerunt,
3 & in causa iudicauerunt, † iudicium etenim debet finiri, vbi est cæptum, l.
4 vbi cæptum ff.de iudic. †nequè potest dici finitum,nisi fuerit per sententiam terminatum, ad text. in c. tuam de ordin.cognition.

Nec dici potest sententia, quæ non est redacta ad formam iuris, vt dicit D.Præsidens de Franchis d.decis.185.
5 nu.2.&†sententiæ forma est, vt scribatur ab Actorum Magistro,& subscribatur à Iudice,& publicè legatur,& pronuncietur, vt decreuit Summ. Pontif. in clem.sæpè verb.in scriptis,vbi DD. de verb. signific. & in l. fin. vbi Batt. Bald.& Salyc.de sentent. ex breu. recitand.quæ forma si omittatur,sententia erit nulla l. 2. & 3. C. eod.tit. de sentent.ex breu.recit. c.fin.de re iud. in 6. Vant. de nullit. ex defectu processus num.69. & 85. Maranta in eius praxi part. 6. verb. & demùm fertur sententia nu. 16. & 17. Gonzal. super 8.Reg.Cancellar.glos.6.nu.79.cùm igitur stylus Sac. Conc. vel Iudicum delegatorum sit, sententiam ex ipsorũ votis pro maiori parte formare,subscribere,& publicare; sequitur, vt debeat seruari stylus consuetus in Regno,nec alio modo possit Supremum Italiæ Cõsilium sententiam formare, subscribe-
6 re, & publicare † stylus enim debet seruari, vt probatur in l. nàm Imperator ff.de legib.ibi. *Consuetudinem, aut rerum perpetuò similiter iudicatarum authoritatem vim legum obtinere debere*. Affl.dec.1. & decis. 96. in fine.

Præterea confert prædictis quod tradit Petr. de Gregor. de iudic. causar.feud.q.41.vbi videtur ponere casũ ferè similem; loquitur enim in causa auocata ad Supremum Consilium,via recognoscendi cum votis M.C.V.quę postea transmissa fuit ad Regnum Siciliæ, & cùm Iudices, qui protulerant sententiam fuissent mutati, fuit per sedem Iudicum sequentem sententia publicata, quia erat idem Tribunal, & sic sententia fuit formata,& publicata per illud Tribunal, & eius nomine, non obstante,quod Supremum Consilium examinauerat vota, inquit ènim ipse. *In qua reuiso processu causæ, vnà cum votis,motiuis, & iustificationibus Iudicum sedis præteritæ pro pleniori informatione sedis præsentis Magnæ Curiæ, necnon visa cedula papiri Sacri Regij Consilij,processum fuit ad prolationem sententiæ diffinitiuæ per sedem subsequentem, iuxtà mandatum Sacri Consilij, quod satis in se potuit habere rationem,quia licet mutati sint Iudices,*
7 *qui votauerunt in causa, durat †tamen idem Magistratus repræsentatus per sedem subsequentem,l. proponebatur ff. de iudic.*

8 Et

8 Et tandem dicebatur † vota non operari effectum sententiæ, nàm ille, qui habet iudicare secundùm votum alterius, si habito voto non pronunciauit sententiam, non est iudicatum, quæ sunt verba Afflict. decis. 303. vota enim non habent vim sententiæ, vt infrà dicetur.

Secundò fuit dubitatum, an huiusmodi causa possit de nouo iudicari in dicto Senatu Italiæ, circumscriptis prędictis votis, ex quo processus hic apud nos reperiebatur, & inquisitus in partibus Hispaniæ, & in hoc fuit etiam dictum, non esse nostrum iudicare super illo processu, quia iudicium istud, nec per viam supplicationis, appellationis, aut grauaminis ad Supremum Italiæ Senatum venerat, cùm neque Fiscus, neque reus id petierint, sed Proregi zelatori maximo visum fuerat expedire bono regimini vota ad Consilium transmittere. Neque Supremum Consilium habebat hanc iurisdictionem, repugnantibus Capitulis Regni per Suam Maiestatem concessis, quæ nullam causam abstrahi ab illo per-
9 mittunt, quia † de Rege dicunt Petr. de Greg. & Milanens. decis. 2. non habère iurisdictionem contentiosam extrà Regnum, hic enim sic ait num. 4. *Ratio autem prædictorum Capitulorum, secundùm Petr. de Gregor. in d. tract. de iudic. caus. feudal. q. 39. verb. ratio po-*
10 *tuit esse. Nàm † sicut Proconsul existens extrà Prouinciam sibi designatam non habet in ea aliquam iurisdictionem contentiosam, sed tantùm voluntariam l. 2. ff. de offic. Proconsul. ità Rex Siciliæ existens extrà* Regnum, *non babet in Siculis existentibus in* Regno *iurisdictionem contentiosam in actu, sed in habitu tantùm, & ideò causæ Siculorũ extrà* Regnum *extrahi non possunt, ex defectu iurisdictionis actualis ipsius* Re*gis existentis extrà* Regnum, *quia extrà territorium ius dicenti impunè non paretur*, quæ verba retulimus suprà decis. 4. nu. 27.

Hoc tamen ità simpliciter non admittimus, cùm Supremum Italiæ Consilium sit destinatum vt Iustitiæ Tribunal, ità enim à Sua Maiestate fuit appellatũ in eius fundatione, ad quod faciunt, quæ in dicta decisione dicta sunt.

11 Nec † vassalli tenentur quęrere dominum extrà Regnum, vt post And. in c. Imperialem §. prætcrea ducatus de prohib. feud. alien. per Federicum tradit Marc. Anton. Surg. de Neap. illustr. lib. 1. c. 25. num. 25. esset enim venire contra formam datam, & in Tribunalium vilipendium, vt habetur in c. peruenit 2. q. 1. ibi. *Si sua vnicuiq; Episcopo iurisdictio non seruatur, quid aliud agitur, nisi vt per nos, per quos ecclesiasticus custodiri ille ordo debuit, confundatur.* Ad quod faciunt tradita per Surd. consil. 56. lib. 1.

10 Neque obstare dicebatur † Consilium posse quod ipse Rex, vt tradunt Thesaur. in præfat. decis. nu 31. Surd. cons. 166. nu. 7. & cons. 275. num. 2. Damhoderius inter com. opiniones in Enchiridio parium, & similium, verb.
13 Senatus Supremus, ex quo fit, vt † Senatus possit instantiam extinctam resuscitare, Afflict. in c. 1. quæ sint regalia nu. 43. Boer. decis. 247. & in criminalibus Surd. cons. 199. nu. 13. & 14.
14 Mastrill. decis. 70. num. 8. & † potest etiam causas in alijs Tribunalibus pẽdentes auocare, cap. vt nostrum de appellation. l. iudicium soluitur, & vtrobiquè Doctores ff. de iudic. nàm respõdetur, hoc procedere, quando non adsunt Capitula, quæ Rex promisit, atquè iurauit seruare. Secundò, quando Senatus voluisset causam auocare quod hic non erat, & tandem quando per hoc non infertur præiudicium. Tertio, in hoc enim lædebantur priuilegia Regni.

Tertiò, fuit dubitatum, an Iudices, quorum vota fuerunt ad hanc Supremam Curiam transmissa possint illa mutare, antequàm sententia formetur,

metur,si Neapolim transmittatur. Di-
15 cebatur enim,Iudices emendare † non
posse sententiam ab ipsis prolatam,
cùm hoc solùm Principi concedatur,
ex regul. text. in l.2. C.de sentent.ex
breu.recit.l.1.§.si quis vltrò circa fin.
ff.de quæstio.& l.diui ff.de pœn.quod
non procedere dicebatur, quando vo-
16 ta solùm fuerunt prolata,ex quo† vota
nullum robur habent sententiæ, nisi
secundùm illa fuerit scripta, lecta, &
publicata sñria, vt dixerunt Affl.dec.
303.D.de Franchis decis.175.D.de
Ponte cons.60.num.24. Fab. de Ann.
cons.61.nu.68.quod seruari in Senatu
Mediolanensi, tradit D. Præsidens
Aegyd.Boss.tract.crim.tit.de carcera.
fideiuss.relax.nu.30.& in Neapolitano
Senatu mutari posse vota, dixit Affl.
decis.58.nu.9.

Sed re vera quicquid sit in alijs par
17 tibus,dicebatur contrarium seruari †
in Sacro Neapolitano Consilio, vbi
quoties Iudices eorum vota protule-
runt,non possunt mutare illa, si ad ex-
traneos actus processerunt,quod intel-
ligitur, nedùm quando domum sunt
reuersi, sed quando post emissa vota
ad aliam Aulam accesserunt,etiam an-
te publicationem sententiæ, sed si ali-
quis ex Consiliarijs sequenti die di-
ceret,se mutare velle sententiam, non
admittitur talis propositio,quia stylus
S.C.debet attendi,& pro lege seruari,
teste Afflict. decis. 1. & quod stylus
18 † Supremi Tribunalis debeat seruari
pro lege,dixit Abb.in c.ex litteris nu.
6.de constit.per illum text. & c.quam
graui in princ. de crim. fals.l.labeo in
princ.ff.de stat.liber. l. an in totum C.
de ædific.priu. Bart. in l.stipulatio ista
§.hæc quoquè stipulatio in fin. ff.de
verb.obligat. Guid. Pap. in præfat.ad
decis.nu.10. Thesaur.decis.Pedem.1.
19 nu.9. & hinc est,quod † tanquàm lex
potest allegari ad decisionem causarũ
c.litteras de iuram.calumn. c.ex litte-
ris, & ibi Abb.nu.6.de constit. l.illud
ff.de excusatio.Tutor. l.fin.C.de iniur.
Paz q.ciuil.5.nu.5. quod màxima ra-
tione fundatum est, nè Iustitiæ rigor
turbetur, neuè Iudices corrumpantur,
partes enim possent notitiam habere
de votis iudicantium, & precibus, vel
alijs modis agere,vt contrarium emit-
terent votum, ex quo plura mala pos-
sent accidere. Confirmatur stylus præ-
20 dictus ex alio. Nàm † quando Regij
Consiliarij,vel alij Iudices sunt in pa-
ritate votorum, & dantur adiuncti ad
dirimendam paritatem priorum Iudi-
cum,tùnc non possunt,qui prius vota-
uerunt suum mutare votum, quod in
hoc Supremo Castellæ Senatu aliter
seruari accepi.Fauet etiam huic obser-
uantiæ,& stylo pragmatica 13.§.item,
quod causa de offic. S. C. à nobis sub
eod,tit,situata pag.154. cuius verba
hæc sunt,

*Item quod causa votata,debeat scri-
bi incontinenti conclusio dicta causa
cõmuni voto,vel in discordia,antequàm
recedatur à loco Consilij, & facta, &
scripta conclusione votorum, non possit
mutari substantia dicta conclusionis, in
consulta Regia Maiestate, vel illius
Locumtenente generali,sed secundùm
ipsam conclusionem debeat omninò fer-
ri sententia infrà sex dies*. Hoc tamen
21 de † termino sex dierum fuit immu-
tatum,vt in §.publicatio,& §.conside-
rando eiusdem pragmaticæ eodem
loco situatis, ibi. *Che tutte le cause,che
in questo Tribunale occorrono, & oc-
correranno, votate, che saranno vn dì,
l'altro dì seguente le debbiate sententia-
re senza dilatione,ne interuallo.*

Ex quibus duo colliguntur,alterum
statim post vota scribi conclusionem,
vt ea mutari non possit, alterum veró
die sequenti sententiam esse legendã.
Vndè sequitur necessariò in casu prò-
posito,stante dicta pragmatica,& stylo
ipsius Tribunalis,non posse mutari vo-
tum, quia iàm conclusio fuit facta, &
scripta, vt moris est, vel per Secreta-
rium Regni,quando fit relatio in Col-
laterali per Tribunalia S. R. C. vel

Reg.

Reg. Cam. Summatiæ, vel per vltimum Consiliarium, quando abest Secretarius, & nihil aliud remaneret agendũ, quàm sententiam ferre, quæ iàm lata fuisset, & publicata, si vota non fuissẽt transmissa ad Regiam Maiestatem, vndè cùm nùnc remittantur ad Proregem, vt secundùm maiorem partem ipsorũ faciat sententiam firmari, & publicari, nihil aliud erit agendũ, quàm sententiam, secundùm illa publicari.

Nec dicatur, hunc stylum Sacri Cõsilij non seruari in alijs Tribunalibus. Nàm respondetur, seruari in omnibus,
22 & ità fieri debere, quia si † de stylo M.C.V. dicitur debere seruari in alijs Curijs, vt habetur in primo ritu M.C. V. vbi tradit Carauita, multò magis erit dicendum de stylo S. C. quod est
23 Supremum omnium Tribunal, & † qui pro lege seruari debet, & alijs Tribunalibus dat normam, l. filius emancipatus ff. ad l. Cornel. de fals. ibi. *Sic enim inueni Senatum censuisse*. Et tradunt Rebuff. in prohem. concord. priuileg. 23. Menoch. cons. 501. n. 34. lib. 6. & cons. 52. nu. 50. lib. 1. Afflict. dec. 169. nu. 9. Guid. Pap. q. 50. Gam. dec. 228. & faciunt, quæ eleganter docet Carauita ad ritum primum M. C. V. idquè securiùs reddebatur ex eo, quia fuerat iniunctum Proregi, vt sententiam publicari faceret, secundùm vota maioris partis, quo casu omne cessat periculum mutationis, etiam si aliter Proregi videretur, prout videtur innuere pragmatica 13. suprà relata, quia stante Regis mandato non posset contrarium ille mandare.

Quo verò ad allegatas doctrinas attinet Afflict. decis. 303. Vincent. de Franch. decis. 185. Io. Franc. de Ponte cons. 60. nu. 24. & 25. & Fabij de Ann. cons. 61. nu. 68. dicitur omnes in vnam tendere conclusionem, quod scilicet vota non habeant vim sententiæ, à qua non recedimus, sed illius ea est ratio, quia cùm non sit seruata forma & sollemnitas l. 2. C. de sentent. ex breuiloq. recitand. non potest, nec meretur dici sententia, quæ non est publi-
24 cata, sed ex hoc dicimus † non sequi, posse Iudices, qui votauerunt illam mutare, ex quo absurdum sequeretur, & militaret ratio l. 1. §. si quis vltrò ff. de quæstion. & l. diui fratres ff. de pæn. & l. 4. C. de re iud. & sic doctrinæ illæ non obstant, & respondendo in specie, Afflict. in illa decis. 303. voluit fundare, vota non habere auctoritatem sententiæ, sed non sequitur ex hoc, Iudices posse mutare vota sua, sed ex alijs causis, vt statim dicemus, & Affl. loquitur in votis consultiuis, non decisiuis, quia ipse loquitur in casu, in quo Rex exquisiuit vota aliquorum de Consilio, ipse tamen debebat sententiam proferre, & idem voluisse videtur D. Præsidens de Franch. d. decis. 185. ille enim dixit, non esse credendum scripto manu Iudicis, qui notauerat, quòd alij coniudices decreuerant cum ipso, nec libro decretorum, & licet D. de Franc. n. 6. reddat rationem, ego addo aliam, & est, quia non fuit in libro decretorum seruata
25 sollemnitas, quæ † est, vt alij Iudices se subscribant, stylus enim est, quod Cõmissarius notet supra processum conclusionem, qui processus detur statim Actuario, qui eo mense huius rei curam habet, is à processu in librum transcribit conclusionem prædictam, quæ subscribitur manu omnium Iudicum, & sic nihil inter hoc, & sententiã interest, & cùm aliqua sententia non inuenitur, statim recurrimus ad librũ decretorum, quæ faciunt fidem, quandò ista sollemnitas est seruata, cessat enim tùnc causa, de qua p D. Præsid. d. decis. nu. 6.

Hoc etiam pacto respondebatur ad ea, quæ tradunt DD. de Ponte, & Ann. sed in quantum Afflict. decis. 58. dicit alios mutasse votum die sequenti, hoc est intelligendum, vel quod tempore, Afflict. qui fuit Regius Consiliarius tempore Regis Ferdinandi I. illud votum

votum die sequenti, hoc est intelligẽdum, vel quod tempore Afflict. qui fuit Regius Consiliarius tempore Regis Ferdinandi Primi, qui illud Tribunal ab Alphonso patre institutum in forma Tribunalis constituit, nondùm esset introductus huiusmodi stylus, vel pragmatica illa edita, vel quod fuisset disceptatũ de negotio, & suspẽsa cõclusio, q; fieri põt, & assolet, tùnc .n. non dicitur votata causa plenè, sed suspẽsa cõclusio, q; fieri posset nedùm in isto casu, sed quãdo aliqui ex Iudicibus votauerunt, & emergit aliqua difficultas, vel iuris, vel facti, quia tùnc potest differri in diem sequentem, vt habetur ex eadem pragmatica 13. §. item, quod si causa.

Ad ea verò, quæ tradit D. Præsidens Bossius respondebatur, in illo Supremo Tribunali id seruari, & rationem esse optimam, & cùm qualibet Prouincia suo sensu abundet, nequè ille, nequè iste stylus erit damnandus, sed pro corroboratione styli Neapolitani ex ratione, quam diximus conferunt, quæ elegantissimè tradidit idem Dominus Præsidens loc. citat. & sic

36 † fuit conclusum, vt Iudices non possint mutare votum, fuit tamen illis iniunctum, vt secundùm maiorem partem votorum sententiam formarent, atquè proferrent.

S V M M A R I V M.

1 *Castellani, à Rege eliguntur.*
2 *Castellani, vt Officiales perpetui à Rege iudicantur.*
3 *Proreges contrà Officiales perpetuos procedere prohibentur.*
4 *Castellani, an habeãt iurisdictionem, & nu. 7.*
5 *Consuetudo iurisdictionem tribuit.*
6 *Consuetudo carcerandi excusat à pœna priuati carceris.*
8 *Castellani cognitio, iure Regni est reseruata Regi.*
9 *Præsides Prouinciarum, an in Castellanos iurisdictionem exercere possint.*
10 *Prorex omnia potest, præter Regi reseruata, & illi prohibita.*
11 *Prorex solitus est cognoscere de delictis Castellanorum cum consilio Auditoris.*
12 *Dux belli cognoscit, ac delegat militum causas.*
13 *Litteræ Suæ Maiestatis de cognitione Castellanorum.*
14 *Castellanus, ob Castri deditionem pœnam mortis incurrit.*
15 *Hoc idem disponunt iura Hispaniarũ.*
16 *Castrum dare inimicis, crimen est læsæ Maiestatis.*
17 *Pœna aduersus arcium desertores, ex veterum exemplis.*
18 *Castellanus Castrum vsquè ad mortẽ inclusiuè defendere tenetur.*
19 *Alphonsi Perez in seruanda arce memoranda fides.*
20 *Castrum, Custodis culpa præsumitur amissum.*
21 *Custos arcis stipendiatus, tenetur de leuissima.*
22 *Castellanus Castrum deserere non debet, nec etiam pro Ciuitatis defensione.*
23 *Aedificia non erigenda, si eorum altitudo Ciuitatis obest defensioni.*
24 *Milites, quando impunè possint loco cedere.*
25 *Pœna deditionis Castri, an cessat, si indè ciues salui facti sint.*
26 *Dolus in crimine læsæ Maiestatis requiritur.*
27 *Dolus præsumptus non consideratur, vbi de pœna mortis agitur, sed verus requiritur.*
28 *Incursio hostium repentina, Custodem arcis à pœna desertionis excusat.*
29 *Metus, quando à crimine læsæ Maiestatis excuset.*
30 *Multitudo inimicorum contra paucos defensores, an tollat pœnam desertionis Castri.*

ARGVMENTVM.

An Vicerex sit Iudex competens Castellanorum delinquentium, & an Castellanus propter deditionem factam Castri inimicis, debeat puniri pœna mortis, etiam si causam habuerit illud tradendi.

DECISIO DECIMATERTIA.



FErdinando Velasco Mãfredoniæ Castrum custodiente, Turcarum classis ex improuiso aduenit, cuius Dux Ciuitatem, & Castrum eductis è triremibus Militum copijs numerosis, inuasit, capta Ciuitate, quam Ciues penè destituerant, Castrum obsedir, & æneis tormentis percutere cœpit, eoquè res deuenit, vt prædictus Castellanus vi Turcarum oppressus deditionem Castri fecerit, pactis tamen adhibitis, vt ipse, familia ipsius, & omnes Ciues, qui ad illud confugerant, salui essent, quæ Turcarum Dux seruauit, Castrum tamen comburi iussit; magna igitur capta præda, tormentis æneis indè abductis, nonnullis etiam Ciuibus captis, inter quos Dominicanæ familiæ Religiosi ad numerum septenarium reuersi sunt ad propria. His igitur magno omnium dolore peractis Illustrissimus Cardinalis Borgia vir omnibus virtutibus præclarus, tùnc Regni Gubernator mandauit carceribus Castellanum mancipari, & contrà illum processum formari, Iudicibus ad id datis, Dominis Regentibus Fuluio Costantio Marchione Corleri, Ioanne Baptista Valenzuela Velazquez, & Petro Iordano Vrsino, & è Sacr. Consil. Dom. Didaco de Salinas Cõmissario, Cæsare Alderisio, & Pomponio Saluo, dùm ageretur de causæ expeditione, fuit pro parte Castellani oppositũ de incompetentia Iudicis, dicebat enim non posse Dominum Proregem contra ipsum procedere, sed ad Regẽ augustissimum referendum, vt ipse Iudices daret, vel ad se causam auocaret.

Dicebatur pro fundamento eius in-
1 tentionis. Primò, †Castellanorum prouisionem ad Regem spectare, iuxtà Pragmaticam 2. sub nu. 47. de officijs ad Regiæ Maiestatis, eiusquè Vice-
2 regis collationem spectantibus, †eosquè esse Officiales perpetuos, docet Alex. in l. Imperium ff. de iurisd. omn. iudic. Dec. in rub. ff. de offi. eius, n. 7. ideoquè attenta dispositione iuris communis ad Regem cognitionem spectare, vt est dispositum in l. 2. C. de offic. Præf. August. cum adductis à nobis decis. 3. vbi latè materiam pertractauimus, nõ obstante clausula, alter nos, de cuius validitate est dictum d. decis. nu. 20. & tradit

tradit Cerdanus in eius Veriloquio c.1. §. 2. eumquè esse comprehensum sub litteris Suæ Maiestatis, datis sub die 8. Augusti 1618. quibus cauetur,
3 † nè Proreges procedant contra Officiales perpetuos,& licet litteræ videantur loqui de Officialibus habentibus iurisdictionem, dicebatur Castellanos inter hos connumerari debere, cùm
4 † in Milites habeant aliqualem iurisdictionem,vt ex c.Regni, q Castellanis, q est 176.à contrario sensu colligitur, dùm ibi disponitur, Castellanos nullã habere extrà arcem iurisdictionem, quasi intra illam concedat, & ità argumentatur Io.Anton de Nigris ad c. Regni Castellanos quod est 20.& nos diximus ad dictũ cap.Regni sub tit. de officio Castellanorum lib. 2. recollectionis Iuris Regni fol. 430.& faciunt tradita per Grammaticum cons.66. & Dom.Præsid.de Franch. decis.458. & 505.immò,& ipsum quoquè Castellanum illam exercuisse dicebatur in eodem Castro, & sic esse in possessione
5 iurisdictionem exercendi †consuetudo enim tribuit iurisdictionem,l.cùm Prætor ff. de iudicijs c. dilecti de arbitris, Gregorius Lopez ad l.13. tit.13 part. 2.verb.*no fuerça*, circ.med.Auil.ad c. Prætorum c.2.num.13. Nouar quæst. forens.85.nu 13.lib 1.vbi etiam,quod dat merum, &.mixtum Imperium, &
6 quod † consuetudo carcerandi liberet à pœna priuati carceris,dixit Decian. tract.crimin. lib.7.cap 10.num.14.&
7 † in Francia Castellani habent iurisdictionem, & Imperium, ac notionem delictorum in via publica commissorum, vt tradit Petr.Gregor. Tholos.in syntag.iur.p.1.lib.6 c.3. nu.15.& in Hispania habent iurisdictionem in omnes alios Custodes Castri ex l. 9. tit. 18.p. 2. vbi Greg.Lopez,& sic esse de comprehensis in litteris Suæ Maiestatis.

8 Dicebatur secundò,† cognitionem Castellanorum ad Regem spectare,illumquè sibi eam reseruasse,quod probatur per Capitulum Regni Castellanos, quod est Caroli primi, vbi sic ait. *Præcipimus, vt Iustitiarij Regionum de ipsorum processibus frequenter inquirant, ac etiam diligenter, & si contrà Constitutionem ipsam venire compererint,protinùs Excellentiæ nostræ significent, & per nos contra transgressores huiusmodi ad pœnam debitam procedetur.*

Per quæ verba satis apertè colligitur, cognitionem ipsorum sibi ipsi reseruasse,quicquid per Constitutionem Castellanorum sit concessa iurisdictio Præsidibus Prouinciarum, quod dixerunt Afflict. ad Constit. Castellanorũ in fin. & Io. Anton. de Nigris in d. c.
9 Castellanos nu. 35. affirmantes † non posse Prouinciæ Præsidem procedere contra ipsos ad pœnam abscissionis membrorum,nec mortis naturalis,sinè particulari Regis commissione, licet per Constitutionem Castellanorum, Prouinciarum Præsidibus sit concessa iurisdictio in ipsos,ibi.*Criminales verò per Prouinciarum Iustitiarios durantibus, etiam ipsorum Castellanorum officijs, audiri volumus, & secundùm Iustitiam emendari*. Quam emendationem dixit inibi Afflict.non comprehendere casum mortis naturalis, & membrorum abscissionis,& licet diuersimodè sit seruatum, nàm aliquando processit Magna Curia Vicariæ,vt testatur Gram. cons.40. consilior. crim & in comment. ad Constit. Castellanorum nos diximus, hodie cognosci per Auditorem Generalem, hoc tamẽ sibi prejudicium non inferre, quià respectu ipsius non fuerat iudicatum per Proregem contra ipsum.

Tertiò dicebatur,hoc etiam conuenire Suç Maiestatis seruitio ex ijs,quæ proximè dicta sunt, & quæ ponderat Vannozius in animaduersion. polit.p. 2.nu.769.

Ex quibus omnibus prætendebat Castellanus suæ causæ cognitionem ad Supremum Italiæ Senatũ spectare, quod est Consilium Supremum Iustitiæ rerum Italicarum, ideoq; in con-

cernentibus Iustitiæ administrationem Supremum Consilium, absq; alia consultatione causas cognoscit, & decidit.

Sed in contrarium dicebatur, causam esse coram Prorege pertractandã, apud quem omnis Regia iurisdictio residet, cùm ipse sit Vicarius Regis cum
10 plenissima potestate, & sic † omnia potest, præterquàm, quæ Rex sibi reseruauit, & prohibuit, vt tradit Isern. in cap. Imperialem num. 17. de prohib. feud. alienat. per Feder. Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. tit. quis dicatur Dux nu. 33. & Dominus Regens de Ponte de potest. Proreg. tit. 1. in princ.
11 Secundò id † consuetudine fuisse seruatum, vt eorum causæ in Regno cognoscerentur per Proregem cum consilio Auditoris Generalis, vt diximus ad d. Constit. Castellanorum.

Tertiò, quia id conueniebat rectæ Iustitiæ administrationi, nè Castellani inobedientes sint mandatis Proregis, q̃ est generalis exercitus Præfectus, vndè postea hæc, & alia mala procedunt.
12 Quartò, quia est Dux belli † ad quem spectat cognitio causarum militis, quã etiam posse alteri demandare habetur ex l. fin C. de re militar, ibi. *Vel eorum discussioni*, vbi Rebuff. annotat, & in specie Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. tit. quis dicatur Dux nu. 16. & 19.

Ad contraria respondebatur, & primò ad iura communia, illa enim procedere dicebatur, respectu illorum, de quibus iura illa loquuntur, non de Castellanis, quorum mentionem non faciunt, & cùm sit lex coarctatiua, quę limitat iurisdictionem ordinariam, erit strictè intelligenda.

Et ad id, quod dicebatur, posse iurisdictionem exercere, vigore Capitulorum Regni, & eorum, quæ tradit Io. Ant. de Nigr. Respondebatur, Capitulum Regni Castellanos potiùs in contrarium esse allegandum. Ibi enim dicitur. *Nullam prorsus extrà commissas eius arces iurisdictionem habere volumus, seù potestatem, nec seruientes ipsarum arcium*. Ad quod faciunt tradita per D. Præsid. de Franch. decis. 458. & 505. nu. 19. & facit Consuetudo Cathaloniæ si minor Castellanus, ibi iste malefactor debet de Consuetudine Cathaloniæ firmare, & facere ius in posse ipsius Domini Superioris, & nõ in posse Castellani, vbi Ioa. de Soccaratis num. 1. Neque litteræ Suæ Maiestatis hunc casum comprehendere voluerunt ex decidendi ratione, quæ in ipsis exprimitur, ex doctrina Bald. in l. 1. col. penult. vbi Barbos. 1. p. nu. 84. in fin. ff. solut. matrim. nàm certum est illas fuisse emanatas occasione DD. Regentium, quos Prorex ab Vrbe Neapolis abire iussit, & contra ipsos processum formauit, quod neque cum ipsis, neque cum alijs Magistratibus posse fieri per Proregem Sua Maiestas mandauit, quod nullam habet difficultatem, sed quia vnus ex Dominis, qui votarunt Neapoli, dixit, litteras prædictas non comprehendere Magnum Admiratum, & alios septem Regni Officia habentes, fuit dictum in Supremo Consilio Italiæ hoc non liquere ex litteris prædictis, loquendo tamen de delictis in Officio, & ideo esset consulenda Regia Maiestas, quando casus occurreret, quia de illis non fuit facta mentio, quando fuerunt expeditæ litteræ prædictæ.

Hoc negotium fuit discussum in Collaterali Consilio, & pro maiori parte conclusum, vt certioraretur Regia Maiestas, verum quia antè transmissionem votorum ad Supremum Italiæ Senatum per litteras Suæ Maiestatis expeditas per Consilium status fuit rescriptum Illustrissimo Cardinali Borgiæ, vt in causa Castellani procederet secundùm eius delictum, non fuit aliter data notitia Suæ Maiestati de prætensis per Castellanum circa hunc Articulum, tamen vota fuere transmissa simul cum votis principalis causæ, de quibus in sequenti articulo, & vt in futurum omnis cessaret disputandi occasio, Sua Maiestas prouidit, atquè mandauit suis litteris datis sub

die 15. Septembris anni 1610. expeditis cum consilio Supremi Italiæ Senatus in forma sequenti. *Y por lo que puede suçeder adelante en quanto tocca á proçeder contra los Castellanos de Castillos hà pareçido declarar, que el Virrey pueda proçeder contra ellos, como Capitan General basta la sentençia inclusiuè, però que siendo la sentençia de muerte, ò otra pena, que al dicho mi Virrey pareҫca graue me lo consulte con secreto, y en esta conformidad es mi voluntad, que se proçeda en estos casos.*

Secundus Articulus principalis, super quo pronunciauerunt prædicti Iudices, fuit circa pœnā, qua erat puniē-
14 dus præfatus † Castellanus ob deditionem Castri factam Turcis, dicebat enim Fiscus, eum incidisse in crimen læsæ Maiestatis, ex regula tex. in l. 3. ff. ad l. Iul. Maiestat. Capic. dec. 130. n. 8. & per consequens pœna mortis naturalis esse coercendum, vt Imperat. statuit in l. quisquis C. ad l. Iuliam Maiestat. Luc. de Penn. ad l. 3. nu. 6. & 7. C. de Exactoribus tribut. lib. 10. ex l. 1. ff. ad Syllan. & ex c. Regni Nuper apud Tranum habemus esse suspendendos, qui tale crimen commiserunt.
15 Secundo dicebatur † idem esse statutum per leges Hispaniarum, vt apparere dicebatur ex formula iuramēti in processu præsentata, extat enim de hoc l. 6. tit. 18. par. 2. quæ voluit nulla ex causa, nec propriæ mortis, nec filiorum, aut aliorum tormentorum, posse Castellanum Castrum deserere, cuius verba hæc sunt.

E per tormentar, o herir, o matar la muger, o los hijos, o otros hombres qualquier que amasse, ni por ser el preso, ni atormentado, o herido de muerte, o amenazado de matar, ni por otra razon, que ser pudiesse de mal, o de bien que le hiziessen, o le prometiessen de hazer, no deue dar el Castillo, ni mandar que le diessen ca si lo hiziesse caeria porende en pena de traycion, como quien trahe Castillo de su Señor.

Vndè cùm ipse iuramentum præstiterit secūdùm illius legis dispositionē debet puniri pœna per illam imposita. His addebatur l. 1. tit. 2. par. 7. vbi
16 dùm enumerantur † casus, in quibus committitur crimen læsæ Maiestatis, quinto loco traditur iste, quando Castrum datur inimicis, ibi: *La quinta, quando el que tiene Castillo, o Villa, o otra Fortaleza por el Rey se alça con aquel lugar, o lo dà a los enemigos, o lo pierde por su culpa, o por algun engaño que le fazen.* Quod etiam reperitur approbatum per l. 1. tit. 18. lib. 8. nouæ recoll. vbi Azeued. nu. 139. dicit l. 6. tit. 18. par. 2. esse iuridicam, & laudabilem, & pietati conformem, attentis rationibus, in quibus se fundat, licet prima facie videatur rigorosa.
17 Hac igitur † mortis pęna multatum quendam fuisse ab Alexandro Macedonum Rege, tradit Ayala de iur. & off. bell. lib. 3. c. 18. qui de Carthaginensibus hæc ait ex Polib. lib. 1. histor. *Carthaginenses cùm Mamertini a Romanis præsidium accepissent Carthaginensium præsidio expulso, Præfectum Præsidis quod formidine, atquè ignauia arcem amisisset Cruci affixerunt.* Ibiq; multa exempla tradit seueritatis, quæ Principes vsi sunt aduersus eos, qui arces deseruerunt, & alia ad materiam lectu digna.

Nequè his obstare dicebat Fiscus, quod non fecerit hoc dolo, quodquè multæ causæ adducebantur ad excusandum delictum proditionis, quia si huiusmodi exceptiones admitterētur, semper aliqua reperiretur occasio, quę mortis pœnam excluderet, & certum est, legum prædictarum Hispanarum Conditorem sciuisse causas mortis, & alias maioris vis, sed ad conseruatio-
18 nem status † decreuisse, vt vsquè ad mortem inclusiuè teneatur Castrum defendere, ibi. *Deuelo amparar basta la muerte.* Et quod loquatur de pœna mortis inclusiuè dicit Humada ad l. 6. tit 18. part. 2. glos. 1. num. 2. vers quæ

verba, & postea subdit. *Ni por ser preso, ni atormentado, o herido de muerte.* Sub quibus conditionibus Castri custodiã suscepit, iurauitquè seruaturum. Vndè cùm illas non seruauerit in pœnam legis incidit, quæ sic statuit, & contra proprium venit iuramentum. Debebat igitur facere, quod Alphonsus Perez Gusmanus effecit, de quo hęc ait idem Ayala de iure, & offic. bell. lib. 3. c. 18.

19 † *Itaquè Alphonsus Perez Gusmanus post semestrem Taripbæ obsidionem, hostibus, nè quicquam omnibus tentatis, minitantibus, nisi oppidum dederetur, filium se illius, quem apud se habebant interfecturum, respondit filium Patriæ, nequè eum immortalem genuisse, quo se orbari, si fors ita ferret, quam præsidio decedere, & fidem frangere, sibi potiùs esse, illud enim fieri, vel cum sua gloria posse, hoc sine suo dedecore, ac scelere non posse, atquè ità filium in conspectu suo ab hoste nefario scelere necari passus est.* Hæc Ayala.

20 Eò magis, quia † Castrum præsumitur amissum culpa custodis, vt voluit Oldrad. cons. 92. in fin. Io. Andr. in add. ad Speculat. in rub. de locat. in quæst. quæ incipit, fit quæstio de milite, fundans se in dispositione legis finalis ff. de custod. reor. & l. si quis ex argentarijs §. fin. ff. de edend. Natta cons. 174. nu. 21. vol. 1. Mascard. concl. 469. nu.

21 16. qui † non solùm tenetur de dolo, & lata culpa, sed de leuissima, maximè, quando pro illo custodiendo stipendiũ consequitur, Martin. Laudens. tract. de Castellan. quæst. 36. Gramm. consil. crim. 40. n. 1. nàm Custos tenetur omnem diligentiam adhibere, præsertim belli tempore, clement. 1. §. porrò de hæret. & ideò tenetur de leuissima culpa, Roman cons. 395. in princ. post Oldrad. d. cons. 92. ipsum autem in euidenti culpa fuisse dicebatur, quia adueniente Turcarum classe exiuit à Castro, vt se certiorem redderet, an classis esset Turcarum, aut Venetorum, ex quo effectum est, vt cùm ad aures Ciuium peruenisset, classem esse Turcarum, ad Castrum confugerunt, vndè Ciuitas fuit destituta, & Castrum repletum inutilibus personis, & cùm

22 † Castellanus non debeat exire de Castro, & illius custodiam deserere, etiam pro defensione Ciuitatis, vt voluere Bal. & Fælin. in c. illud de maiorit. & obedien. quos sequutus fuit Gregor. Lopez ad l. 7. tit. 18. p. 2. glos. 1. sequitur, quod ipse fuerit in culpa, & graui.

Nequè ipsum iuuari posse dicebatur, quod inimicorum multitudo magna fuit, qui numerum excedebant quatuor mille, qui bombarderium, & alios quatuor milites occiderant, itaut impossibilis fuisset effecta defensio Castri, cúm nec æneis tormentis vti posset ad ipsius defensionem, quia Turcæ domos aliquas Ciuium occupauerant, quæ superiores erant Castro, nequè erat spes, vt illi succurri potuisset, quæ omnia pro inquisiti parte dicebantur, vt latiùs infra dicetur in rationibus pro ipso adducendis, quia non per hoc sequitur, vt per hæc debuisset illud tradere, immò duplex culpa in ipso cõsideratur, altera proxima, altera remota, proxima, quia si ipse intrà Castrum non recepisset Ciues, illi vtiquè Ciuitatem defendissent, nec ità facilè ingressi fuissent illam, & hoc medio tempore poterat illi subueniri ab alijs militibus Regni, eò magis, quia tàm propè erat Gubernator Prouinciæ cum aliquibus cohortibus, licet non sufficienti numero ad defendendam Ciuitatem, vndè si fuisset bonus Castellanus, non debebat permittere, vt domus ad eam altitudinem eleuarentur, quæ potuissent Castrum lædere, quia debebat præuidere, nè altiùs tollerentur domus, & si antè ipsius aduentum erant sic ędificatæ debebat instare pro demolitione, nè Castro damnum inferre possent, fauente hoc Regni Constitutione, quæ incipit In locis demanij no-

23 stri ædificia, quæ † prohibet, nè ædificia erigantur

erigantur in locis demanij, per quæ ipsorum locorum defensio, vel munimen, aut liber introitus, aut exitus valeat impediri, & subdit *in prædictis locis turres erigi amodò per priuatos expressius inhibemus*. Vndè si domus altiores erant, si Castro damnum inferebant, non debebat permittere, vt sic starent.

Accedebat his, quia Castrum erat munitum frumento, oleo, & aqua, item quia nec inimici occupauerant aliquam partem Castri, itaùt ex hoc dici potuisset necessitate fuisse inductum ad illud tradendum, sed potius eiecti fuerant, qui scalis tentauerant muros ascendere, & sic debet intelligi dictum Angeli in l. mætum num. 5. ff. quod mætus causa, & vt ait Hiærony. Frachetta in semina de tat. stat. c. 85.

25 † in tribus casibus excusantur Capitaneus, & milites præsidiatij; primò si deficerent victualia, Secundò, quando mors esset ineuitabilis. Tertiò, quãdo euidenter agnosceretur vtile magis fore seruitio Principis seruare Ducem, & milites, quàm locum, quæ omnia cessasse videntur in hoc casu, cùm & victus copiam haberet, cùm & mors euitari potuisset, saltim per aliquos dies, cùm nulla vtilitas indè peruenire in Regis beneficium potuisset, ex quo auxilium facilè sperare poterat.

Nec similiter obstare dicebatur, quod fuisset coactus à Ciuibus deditionem facere pactis conuentis cum inimicis de seruandis ciuibus, quia cùm superius dictum sit, culpam ipsius fuisse in Castrum illos recipere, nequè de reali coactione constabat, sequebatur non per hoc esse exemptum à pœna legis, debebat enim expectate vim realem sibi inferri, etiam, vt manus super illum ponerent, & alios actus violentos facerent, vt ex dictis iuribus Hispanorum probat Gregor. Lopez ad dictam l. 6. verb. *Hasta la muerte*, vbi sic ait: *Nota benè, quia cùm Castellanus ex debito homagij, & fidelitatis teneatur ad custodiam Castri, potius debet omnia mala pati, quàm malo consentire*.

25 Et tandem dicebatur † non effugete pœnam, ex quo saluos fecit ciues plus mille numero, qui ad Castrum cõfugerant, inter quos sunt moniales, plures paruuli, & paruulæ, quia saltim negari non potest culpam maximam fuisse adhibitam, dùm non dilatauit traditionem. immò & in his casibus multos fuisse punitos, Boer. docet in tract. de custod. clau. num. 25. Corneus cons. 96. nu. 4. lib. 4. & eo magis stante iuramento præstito secundùm formã legum Hispaniarum.

Sed pro parte Castellani dicebatur
26 primo † adhoc, vt quis incidat in crimen læsæ Maiestatis, requiri, vt dolus interueniat, vt habetur ex l. 1. ff. ad l. Iuliam Maiestat. & tradit Ioann. Anto. de Nigr. in cap. Castellanos, quod est 20. num. 13. Farinac. In praxi crimin. quæst. 87. num. 10. & q. 116. num. 18. quem in hoc casu minimè adfuisse dicebatur, immò ex sui parte omnia fecisse, quæ dolum excludere poterant, & quæ diligens, atq; fidelis Castellanus facere potuisset, nàm cùm primũ ad eius notitiam peruenit, classem appropinquamem esse Turcarum, dispofuit milites, & aliquot Ciues per loca periculosa Castri, ictus tormentorum contra Turcas aduenientes emitti iussit; cum ipsis pugnauit fortiter, donec inutilia reddita fuerunt tormẽta ænea Castri per mortem bombarderij, & aliquorum Ciuium, & quia domus aliquæ à Turcis captæ, & domus Ciuitatis superiores erant Turribus Castri, curauit etiam, demisso per murum Io. Antonio de Nicastro, vt æneorum tormentorum Ciuitatis foramina, per quę ignis immittitur clauderentur, vnde redderentur inutilia ad beneficium inimicorum, certiorem suis litteris reddidit Præsidem Prouinciæ de aduentu Turcarum, quæ leguntur in processu, quas idem Præses ad Illustrissimum

mum Cardinalem Borgiam trāsmisit, loca pariter Castri, quæ reparatione indigebant muniri curauit, vt illud milites defendere valerent, portas castri terra plenauit, & aliquos milites ex inimicis, qui ascenderant murum, super quo pons suas extremas partes extendebat occidit, & fugari curauit, quorum tres occisi fuerunt, vulnerati alij, quæ omnia dolum excludebant. Vndè sequebatur non esse puniendum tanquam læsæ Maiestatis reum ex sola culpa ex l. 1. §. Diuus ff. ad l. Corneliam de Sicarijs l. absentem §. fin. ff. de pœn. Farinac. in prax. crimin. q. 87. per

27 totam. Neque dolus † præsumptus considerari potest, vbi de pœna mortis agitur, sed verus requiritur, & in atrocissimis dolus est puniendus, non lata culpa, vt idem Farinac. num. 18. mitius enim est puniendus, qui culpa dolum commisit, quàm qui dolosè deliquit, vt voluit Alberic. in l. fin. de custod. reor.

. Dicebatur secūdò, eū restitisse, tàm numeroso exercitui militum Turcarū per duos dies, donec sublata spe auxilij necessitas induxit ad tradendum Castrum.

Addebatur tertiò, hisce considerationibus liberatum fuisse Don Franciscum Carrafam Gubernatorem Prouincialem, qui cum sexcentis militibus pedestribus, & quadraginta equestribus accesserat propè Manfredoniā, cùmq; iàm captam Vrbem reperijsset exercitu vallatam, non fuit ausus illam oppugnare, ex quo si ipse non fuit in culpa, neque poterat dici, fuisse Castellanum.

28 Dicebatur quartò, †non esse in culpa custodem arcis, quando traditio illius accidit ex repentina incursione inimicorum, itaùt resistere nequiuerit, si tempus non habuit denunciandi, ac defendendi Rom. d. conf. 395. in 1. col. vers. videtur verò, & colum. 2. vers. nisi eiectus Angel. in l. mætum, quod mætus causa, qui dixit, quod si inimici intrassent, & ille ab arce decederet, non esset puniendus, quod notandum tradit Iacobin. de Sancto Georgio in inuest. feud. verb. de Castro Rubei Mōtis vers. nota, & sequitur Io. Anton. de Nigr. ad Capitulum Regni Castellanos, quod est 20. nu. 16. & Farinac. in

29 prax. crimin q. 117. nu. 7. qui† multos casus refert, in quibus ob mætum excusatur à pœna criminis læsæ Maiestatis; eò magis, quia fecit ex sui parte, quod poterat, vt dictum est, quo casu perduellionis pœnam euitare dixerūt Roman. in l. si mora nu. 41. ff. solut. matrim. & d. conf. 395. Gram. conf. 13. nu. 10. Io. Anton. de Nigr. ad d. c. Castellanos nu. 13. nec solùm repentinus fuerat Turcarum aduentus, sed etiam insolitus, quia post aduentum pyratæ Barbarossa nuncupati, nunquàm tale acciderat in illa Prouincia. Resultabat ex hoc pro Castellano alia defensio, nempè quia cùm ipse sciuisset aduentum Gubernatoris cum militibus, neq; vllum indè subsidium sperare posset, iudicauit tutiùs esse Ciues saluos facere, quàm semetipsum, & alios crudeli Turcarum seruituti mancipari.

Dicebatur quintò, milites Castri paucissimos fuisse, non enim ascendebant ad numerum vigintiquatuor, quorum aliqui occisi à Turcis fuere, ex ciuibus verò nonnulli vsquè ad numerum centum, quos certum est, non sufficere ad defensionem quatuor Turrium, quas Baloardes vocant, & resistere Turcis cum scalis ascendentibus, quarum quælibet triremis habebat vnam, erantquè 53. licet non omnes fuisse applicatas ad muros, ex quo

30 † stante multitudine inimicorum, & paucitate defensorum, ac etiam amissa spe subuentionis, dicebatur nullam pœnam mereri, prout considerabat Humad. ad d. l. 6. tit. 18. part. 2. in glos. 6. vers. *basta la muerte*, vbi sic ait nu. 2. *Quinto fallit, quando Castellanus nullis ex causis in prima ampliatione relatis tradidit Castellum, sed solùm ex eo, quod precisè erat debellandus, & manifestè*

festè constabat hoc, tùm propter ingentẽ manum hostium, tùm propter exiguas, & debiles vires Castelli, & militum custodientium, nàm eo, quod nulla spes euasionis manet, poterit se, & suis seruatis tradere Castellum, nulla tamen culpa praecedente, vt notauit Doct. Ant. Aluarez in d.repet.c.5. fol.42. colu.2. quam limitationem ego confirmo, ex doctrina Bald. in c. 1. de iudic. in 2.lect. nu.9. dicentis, quod Ciuitas, *quam Imperator defendere non potest, nec de hoc est spes proxima, potest se alteri subijcere, eo irrequisito, quam conclusionẽ approbat Felyn. in c. cùm contingat de foro competent. num.6. & in c. non licet de praesumpt. num. 12. in medio, & hoc permissum fatentur de iure naturali, quo tutela sui corporis vnicuiquè permissa est l. vt vim de iust. & iur.*

Et licet ipse sublimitet istam limitationem, tamen pro Castellano dicebatur etiam per ipsum fuisse adimpletum huic sublimitationi, est igitur sublimitatio.

Tamen ista limitatio sublimitanda mihi videtur, si semel expectauit assaltum, eo quod Custos *arcis, vel Castri si capiatur arx ab hostibus, tenetur de dolo, lata culpa, item de leuissima, quia mercedem recepit, argum. l. qui mercedẽ ff. locati, & si de violentijs non tenetur, eo est, quia inter casus fortuitos computantur l. in rebus ff. commodati, & notauit Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in rubr. in tit. de locato in 1. addit. ad med. & Alex. in l. sed si quis §. quaesitum ff. si quis cautionibus num.17. & sic cùm ob dictam violentiam solùm excusabitur Custos, quãdo culpa nõ praecessit casum, videtur culpa non carere dictus Custos, si antè tradat Castrum, quam manum, cum hostibus conserat, & aduersam, vel prosperam fortunam experiatur, & si periculo capitis sui assaltus expectare teneatur, quia graue delictum est susceptam rei custodiam relinquere c. nerui testiculorum §. alius 13. dist. nec metu hostium fugere debet, vt intricatè tradit Nicol. Boer. in tract. de custod. clau. vol.12. tract. fol.119. num.15. & 16. & sic priusquàm Castrum tradat, etiam si nulla spes euasionis remaneat, tenetur spectare assaltum, & limitatio, & sublimitatio, quamuis de iure communi sint verae, de iure Regni nullatenùs existimo posse procedere per l. istam ibi. Y se acaeçiesse, que gelo cercassen, ò gelo combattiessen, deuelo amparar hasta la muerte. Quae verba vsquè ad mortem inclusiuè sumuntur, vt notat Glos. in §. in summa instit. de iniur. & Io. de Imola in l.2. ff. de publ. iudic. Ias. in l. si legibus C. si contra ius, vel vtilit. publ. & Anton. Gomez 3. tom. variar. c.6. nu.8. id praecisè probat l. 1. tit.18. lib.8. recop. ibi. O le pierde no moriendo in defendimiento del. Ex quibus legibus nõ subscribam limitationi. 5. suprà relatae, nàm, & si lex dura sit, ità scripta est l. prospexit ff. qui, & à quibus, limimitabuntur tamen lex ista, & d. l. 1 recop. quando Castellanus certiorem reddidit Dominum, se nullatenùs posse defendere Castrum, nisi auxilium mittat commeatus, & gentium, nàm tùnc si Dominus non miserit pro viribus, & posse, facta defensione poterit Castellanus se, & suis seruatis tradere Castrum, benè tradidit Bernardin. de Escalãte in dialog. de l'arte militar. fol. 26. aduertat tamẽ Custos Castelli, quod sextus Iulius Frontinus in suis stratagemm. lib.3. cap. 18. de constant. obsess. & lib.4. c.5. de constant. nunquàm docuit tradere, sed defendere Castra, vel Castella.* [Haec Humada] cuius dicta multùm prodesse Castellano dicebatur, qui omnia quaecunquè Auctor dicit adimpleuerat.

His accedebat strepitus, & vlulatus ciuium, qui erant in Castro, qui putabant, tutius esse vitam saluam habere in seruitute Turcarum, quàm illam amittere, preces etiam Sanctimonialium, aliarumquè mulierum, & puerorum, quorum omnium precibus, ipse Castellanus resistit fortiter. eoquè res deuenit, vt ensem, & baculum eiecerit,

cerit, rogans, vt illum occiderent, né dici posset ipsum defecisse à fide, quam suo Regi debebat. Vndè maximam
31 excusationem merere dicebatur, †non enim debet expectari mors, sed sufficit, quod periculum sit ità proximum, vt Gram. aduertit decis. 18. nu. 17.

Accedat his omnibus nobilitas Castellani, experientia militaris, ætas 60. & plus annorum, infirmitas ex poda-
32 gra, & probitas vitæ, quæ † omnia dolum excludebant, sicuti etiam natum ex genere hispano, de quibus dicit Azeued. hæc verba in d. l. 1. tit. 18. lib. 8. nou recollect. num. 141. *Adeò enim Hispani semper fideles fuerunt super omnes alias nationes, vt pro custodia Castrorum mori potiùs, quàm illa tradere inimicis semper vsitatum est, cùm sit res, in qua fidelitas conseruatur, quod cognouerunt hispani, tanquàm magis versati, & intelligentes, circa militiam, & res militares, vt inquit l. 9. col. 1. tit. 19. p. 2. & ideò nimirùm si lex nostra deferat foro hispanico custodiam, & conseruationem Castrorum, & idem decerpitur ex l. 2. tit. 27. p. 2.*

Ad culpam verò, quæ illi opponebatur de admissione Ciuium intrà septa Castri, quæ indè ortum habuit, quod exierat è Castro dicebatur, illum exijsse, vt deficiētibus militibus, qui possent Castrum tueri, illis adderet aliquos ex ciuibus, quæ iustissima causa fuit exeūdi à Castro, quod si reuersus, atq; antè ostia Castri repertos ciues, mulieres, Sanctimoniales, pueros, & infantes, introduxit, id vi Ciuium, cogente pietate, atquè necessitate effecit, nequè hæc causa deditionis faciendæ fuit, erant enim adiumento mulieres ad multa tribuenda, quæ arci tuendæ erant necessaria.

Ad id verò, quod dicebatur, omnes prædictas considerationes cessare, vbi lex expresè loquitur, quam seruaturū iurauit, quæ nullum eximit timorem mortis, nequè alias rationes excusationis admittit, propter periculum traditionis Castrorum, dicebatur, leges prædictas maxima esse ratione fundatas, nè facilitas excusationis tantùm Reipublicæ damnum afferat, sed illas intelligendas esse, vt sint rationabiles, ac naturali, & diuino iuri conformes; naturali enim rationi, ac diuino præcepto aduersari viderentur, quando nulla subest spes salutis, & licet Poeta dicat. *Vna salus victis nullam sperare salutē.* Id intelligendum est, quando ex hoc aliquod remedium sperare potuisset. Si ergò Præfectus militię Hispanorum, & alij strenui milites dixerunt, etiam si decem mille milites congregati fuissent, non potuisse succurri Castro, ex Turcis enim quatuor millia militum erant ingressi Ciuitatem, quam benè custoditam habebant, quomodo potest imputari Castellano metus, infidelitas, & defectus in eius exercitio?

Cùm igitur ex supradictis constet, illum fecisse totum posse suum, & impossibilitatē defendendi nō ex alio processisse, quàm ex paucitate militum, & alijs suprà enarratis, sequitur, vt nullū reatum commisisse dici possit, nullamq; pœnam pati debebat, ex quo pactis cōuentis arcem Agarenis tradidit, quod eleganti sermone, & exemplis historiarum tradit idem Baltassar Ayala de iur. & offic. belli lib. 3. cap. 18. vbi sic ait.

Porrò cùm à Iustitia alienum sit, quē sinè culpa puniri, & qui culpa vacat, ēt à pœna liber esse debeat. Si Præfecto arcis fortè ab hostibus capta, vel ijs dedita, nulla omninò culpa, aut negligentia imputari possit, eùm etiam à pœna securum esse debere æquitas suadet, cuius rei etiā à veteribus rationem habitam fuisse indicat certamen de M. Liuio Præfecto arcis Tarentinæ alijs sententijs suis notantibus, Præfectum, quod eius socordia Tarentum proditum hosti esset, alijs præmia decernentibus, quod per quinquennium arcem tutatus esset, maximequè vnius eius opera receptum Tarentum esset, medijs ad Censores, nō ad Senatum notio-

notionem de eo pertinere dicentibus, & *L. Attilio Præfecto præsidij* Locrensis, *cùm videret se deditionem à* Ciuibus *ad Pœnos factam impedire non posse, vitio datum non fuit, quod se cum militibus Romanis, qui cum eo erant, vt eos crudelitati hostium eriperet, & Reipublicæ incolumes seruaret, Rhegium deuehi passus est. Itaquè qui necessitate coactus, quam nè Dij quidem, vt quodam loco ait Liuius superare possunt, omni humana ope destitutus, arcem hosti tradit, eum nullo supplicio dignum esse existimo, nàm qui facit, quod potuit, legem impleuit, & vasallus non tenetur fidelitatem præstare Domino, nisi quatenùs facere potest, impossibilium enim nulla est obligatio, vnde eos, qui necessitate coacti Schoram arcem à Turcis obsessam ijsdem dederant, Venetias reuersos nullam reprehensionem venisse refert Egnatius, intelligebat enim Senatus quanta vis esset necessitatis, cui nulla virtus potest resistere. Hinc plerique existimant*, Ciuitatem, *quæ iusto præsidio caret excusari à crimine læsæ Maiestatis, si hosti dedatur, præsertim si non mittatur subsidium, & Præfectum arcis non teneri arcem defendere*, Si Rex *ea, quæ ad defensionem sunt necessaria non suppeditet*. (Et paulò infrà) *Itaquè existimo* Præfectum *arcis fortè malè munita omni ope humana, & spe subsidij destitutum, quiq; vim hostium ferre non possit pacto, vel quocunquè modo sibi, & præsidio posse consulere, & arcem relinquere, præsertim cum omnibus, nè quicquam tentatis arcem æque in potestatē hostium venturam fuisse constet, non enim expectandum est, id cuius euentus nihil operari potest*. (Et paulò post) *Vndè Callicratidas Lacedemoniorum Dux meritò culpatus fuit, qui classis, quam priuatæ gloriæ iacturam facere maluit. Et Clembrotus, qui inuidiam timens temerè cum Epaminonda conflixit, & Lacedæmoniorum opes euertit; magni enim viri, (vt inquit Quintus Curtius) magis est contemnere mortem, quam odisse vitam, & ità quidem moriendum esse pro patria, docet Cicero, si morte nostra patriæ profuturi sumus, quacumquè itaq; ratione omninò saluti Reipublicæ, & patriæ consulendum erit, siuè deditione, siuè morte, si opus sit; vir enim fortis, nihil sua omnia pro communi vtilitate facere debet, vt alio loco ostendimus.*

His adde, quod ex Constitutionibus *Regni Hispaniæ, quæ alioqui satis seueræ sunt, his qui mandato Regis arci malè constructæ, & immunitæ, itaùt defendi non possit, Præfectus fuerit, idquè* Regi *indicaueris, non incidit in crimen læsæ Maiestatis, si hostis vi, & sinè culpa Præfecti arce potiatur. Potest quoq;* Præfectus *arcis ex hac causa reddita ratione, cur defendi non possit, etiam non expectato hostium impetu, si fortè Rex non miserit successorem, arcem deserere, secundùm normam ijsdem* Constitutionibus *præscriptam, si putà ipse* Præfectus *noluerit suscipere defensionem arcis; cæterum, vt sit non nisi magno iudicio ad arcis, vel Oppidi custodiam quis accedere debet, & ità se gerere, vt si fortè quid aduersi contingat, & necessitate ad deditionem compellatur, vt non tàm videatur id metu mortis fecisse, quàm vt se, suosq;* Reipublicæ *conseruaret, & ex arce mox omninò futura hostium saltem præsidium Reipublicę eriperet, & certè, vt maximè viri fortis officio functus sit, tamen vix est, vt citrà ignominiæ notam arcem tradat, nàm si turpè apud veteres habitum fuit, militem vnum in potestatem hostiū venire, vt superiùs ostendimus, quid de* Præfecto *dicemus, qui præsidio impositus, & iureiurando ad defensionem arcis se astrinxit, nihilominùs subeunda potiùs erit hæc ignominia, si ità Reipublica expediat, quam nè quicquam defendendo, & se, suosq; dedendo ad necem patriam deserere, ac prodere, vt alio loco diximus, sed & aliæ sunt partes* Præfecti, *aliæ militis, hic fortiter pugnare, ille, quod* Reipublicę *expedit, curare debet*

pe los Notarios publicos das Terras destas maneira, ó fez Martin Vasquez como lle foi aconsellado, & Deixou, ó Castello de Celourico per aqual maneira de hi en dianle se deixarano es Castellos da qual facanha pareçe se rretirou à leida partida do Reino de Castella que po en esta maneira de deixar os Castellos, quando os Reis naõ querren açceptar. dos qua es exemplos se colige, que façanhas saon as de que fallaon as ordenações de Portugal, & de Castilla. Hæc ex libro prædicto Historiarum Lusitaniæ tradidit mihi Illustrissimus, atque Excellentissimus Marchio Castri Roderici, magni illius D. Christofari de Mora filius, vir scientiarum omnium ornatissimus, atque humanissimus.

SVMMARIVM.

1 *Officium Prothomedici Regni Neapolis prouidendum in personam Regnicolæ.*
2 *Ciuem, quæ efficiant.*
3 *Appellatione ciuis, venit etiam ciuis ex priuilegio.*
4 *Doctor actu legens connumeratur inter ciues.*
5 *Argumentum ex ethimologia vocabuli validum est.*
6 *Ciuis appellatione, propriè venit originarius.*
7 *D. Regens Caimus laudatur.*
8 *Naturalis quis dicatur, secundùm iura Hispaniarum.*
9 *Oriundus quis dicatur.*
10 *Priuilegium concessum Ciuitatibus Regni, an alia contineat loca, quæ Ciuitates non sunt.*
11 *Appellatione Ciuis in statutis, originarius solùm comprehenditur.*
12 *Consuetudo attenditur ad legis interpretationem.*
13 *Ciues allecti, an admittantur ad repræsalias.*
14 *Prothomedicatus officium, ex gratia Regis in personam ciuis orti, non ex priuilegio, concessum est Regno esse prouidendum.*

ARGVMENTVM.

An officium Prothomedici Regni Neapolis, quod debet prouideri naturalibus Regni, possit prouideri in personam exteri in ciuem ascripti.

DECISIO XIV.



Dubitatum fuit, an officium Prothomedici possit à Sua Maiestate prouideri in personam Vnzuettæ Hispani exteri Medici Excellẽtissimi D. Petri de Castro Comitis de Lemos, qui fuerat allectus in ciuem ciuitatis Baroli, qui actu regebat Cathedram medicinæ in celeberrimo Gymnasio Neapolitano; Huius quæstionis decisionem regulari dicebatur ex lectura Capituli Regno concessi per Cæsaream Maiestatem in anno 1554. in Comitijs Regni, & est 34. fol. 156. cuius verba hæc sunt.

1 † *Item si supplica V. M. che si degni per la sua innata clemenza, e benignità hauer rispetto all'officio di Prothomedico, considerando di quanta importanza sia, nel quale in gran parte consiste la*

vita de' suoi popoli, & acciò che possa sempre essere presente chi l'essercita, e prouedere ad ogni disordine, che può nascere, resti seruita ordinare, che perpetua mente sia di naturali, e Regnicoli. Placet Cæs. & Cathol. Maiestati, quod Prothomedicus sit naturalis.

Ex huius Capituli decisione dicebatur pro parte istius exteri ascripti in ciuem Terræ Baroli, ipsum admitti posse ad officium Prothomedici, pro quo adducebatur tex. in l. ciues C. de inco-
2 lis lib. 10. vbi † ciuem efficere originē, manumissionem, allectionem, vel adoptionem dicit Imperator; cùm igitur hic fuerit allectus in ciuem Ciuitatis Baroli, dicebatur satisfactum cap. prædicto. Idquè confirmatur ex ijs, quæ tradit Rolan. à Valle cons. 79. num. 3.
3 & seq. lib. 3. vbi † ciuium appellatione venire etiam ciuem ex priuilegio, affirmat ex Bald. in l. in Vrbe ff. de stat. homin.

Secundò, dicebatur etiam ex alio capite esse admittendum, nàm quatenus nō esset habendus vt ciuis, ex prædicta assumptione facta per Ciuitatem Baroli, erit admittendus tanquam
4 Doctor actu legens † qui connumeratur inter ciues, vt tradit eleganter Ioann. de Plat. in l. ciues num. 2. C. de incol.

Sed contra prædicta plura considerabantut. Et primò, verbum illud (naturalis) debere accipi propriè, & non impropriè, cùm attenta vocabuli æthimologia naturalis dicatur, quia natus, & quia natura efficit illum ciuem
5 illius ciuitatis, † valet enim argumentum ex æthimologia vocabuli, vt in l. 2. §. appellata ff. si cert. pet. & institu. de testa. ordi. in prin. & dicit Burg. de Pac. ad l. 3. Tauri 1. par. legis concl. 3. nu. 383. vers. 5. hæc pars, quod priuilegium ita efficax est, vt nec etiam volens possit illi renunciare, ad tex. in l. assumptio ff. ad municip.
6 Secundò, quia † ciuis appellatione propriè, ac strictè loquendo venit originarius, non autem qui ex priuilegio est ciuis effectus, l. ciues vbi Bal. C. de appell. cum alijs adductis per Rolan. à Vall. cons. 79. vol. 3. num. 16. Burg. de Pac. ad l. 3. Tauri 1. par. relect. concl. 3. num. 366. Vrsill. ad Afflict. decis. 384. num. 7. quod Rolandi consilium osten-
7 dit mihi D. † Regens Hierony. Caimus Equestris Ordinis Mediolanensium ciuis, vir doctrina, & probitate toti Orbi clarus, à quo multa didici, dùm essem eius Collega in Supremo Italiæ Cōsil.

Tertiò, ad huius rei declarationem adducitur lex Hispaniæ, vbi hæc vox (Naturalis) est magis propria, quæ est
8 l. 1. tit. 3. lib. 1. nouæ recollect. vbi † naturalis dicitur, & declaratur esse, qui natus fuerit in Regno, cuius parentes, vel saltim pater fuerit natus in Regno vel contraxerit domicilium, & habuerit incolatum per decenniū in Regno, in qua agitur de materia beneficiorū, quæ nō possūt obtinere nisi naturales

Quartò, ponderantur ad hoc verba pragmaticæ vnicæ de offic. prouis. facienda Regnicolis, quæ est desumpta ex gratijs per S. M. Regno concessis, vbi dùm agitur de materia officiorum
9 declaratur † verbum (oriundus) secundum mentem Regis, quæ sic se habet. *Placet Cæsareæ, & Catholicæ Maiestati concedere, quod ab indè officia, quæ vacauerint in dicto Regno conferantur Regnicolis oriundis, modis tamen, & formis infrascriptis, intelligendo oriundos, omnes etiam natos extrà Regnum, dummodò fuerint iuxtà priuilegium Fidelissimæ Ciuitatis facti ciues Neapolitani per Magnificos Electos, & pariformiter alios Ciues factos per alias Ciuitates demaniales dicti Regni, quæ ex priuilegijs Regijs eis concessis habent facultatem creandi ciues, dum tamen duxerint vxores regnicolas, & habuerint domos proprias in dictis ciuitatibus, in quibus fuerint facti ciues, & habitauerint in Regno, saltim per quinquennium.* Ex quo capitulo, & alijs antedictis fundatur, Naturalem, siue

Re-

Regnicolam eum esse, qui in Regno fuerit ortus, siuè oriundus, quiuè alijs modis in hoc cap. descriptis, ciuilitatẽ fuerit assequutus; quod hoc casu cessare dicebatur, nàm deficiebant aliæ conditiones, scilicet vxor, & domus, quæ in exteris allectis in ciues requiruntur.

Quintò, arguendo fortius ex verbis capituli dicebatur, solùm naturales, nõ alios posse obtinere hoc officium, ad quod fundandũ dicebatur in dict. pragmatica vnica de offic. prou. Regnic. faci. non agi de hoc officio, sed in dicto cap. quod fuit editum anno 1554. & in dicta prag. ann. 1550. & sic dùm in dicto cap. exprimitur, quod sit naturalis Prothomedicus, non debet intelligi, nisi de illis, qui in Regno nati sunt, quia constat expresè de mente Regis concedẽtis, aut saltem dubiè, quo càsu tantùm de natis in Regno debet intelligi; pro quo adducitur doctrina Iacob. de Beluis. in quæstione

9 † an priuilegium concessum ciuitatibus Regni, debeat extendi ad alias Vrbes, quę non sunt ciuitates, vbi distinguit. Aut constat de mente Principis volentis ad omnes extendi, & hoc casu comprehendi omnes, aut verò de voluntate nolentis comprehendi, & non extendi: Si autem dubitetur, tunc non compręhendi nisi ciuitates tantũ, quia strictè debet fieri interpretatio, proùt in casu isto erat facienda, quia vt gratia locum habeat, intelligi debet in proprio Regnicola, non autem in eo, qui ex priuilegio fuit effectus Regnicola, quia respectu ciuitatis beneficium debet extendi, l. fi. ff. de constitut. princ. & pragmatica illa tanquã lædens ius ciuitatis, strictè debet interpretari. Idq; confirmatur ex ijs, quæ dicit Boer. decis. 13. nu. 24. vbi voluit

10 † appellatione ciuis in materia statuti, vel consuetudinis, & stricta materia, non comprehendi nisi ciues originarios, ideſt ibi natos, glos. vlt. in l. j. in fin. ff. de tutor. & curat. dat. ab his, quã singularem dicit Bald. in auth. sed omnino C. ne vxor pro marito colum. 4. vers. sed hic dubitatur, & Franc. de Aret. cons. 77. in princ. qui quidem Boer. loc. cit. nu. 16. dicit: *Ideo statutũ priuilegians natos in ciuitate, procedit etiam in natis extra ciuitatem; in vico tamen ciuitatis, & sic statutum alios extrà vicum, seu suburbium natos non comprehendit.* ad quod allegat Fel. & alios post Barb. quia priuilegia sunt strictè interpretanda.

Corroborantur prædicta ex præfatione capituli prædicti, quod loquitur de Prothomedico, vbi propter notitiã, quam potest habere naturalis, desideratur, vt Is sit Prothomedicus, dum dicit: *Considerando di quanta importanza sia, nel quale in gran parte consiste la vita de' suoi popoli, &c.* nam ciuis habet maiorem, & magis distinctam notitiam Medicorum, & Aromatariorum, quàm exterus, & sic videtur ad hoc electa industria personæ, ex l. inter artifices de solut. & hoc quod diximus de notitia, quam potest habere naturalis, considerat Burg. de Pac. ad d. l. 3. Tauri 1. par. relect. conclus. 3. nu. 346.

11 Facit etiam pro hoc inueterata consuetudo Regni, quæ fuit interpretata illud capitulum, vt Bald. not. in l. in vrbe ff. de stat. hom. vbi dicit: *Istum tamen adoptiuum ciuem non admitterem ad honores, ad quos non consueuere admitti, nisi ciues naturales, quia consuetudo restringit priuilegium*, quem allegat Grego. Lop. ad l. 2. tit. 24. p. 4. verb. Maguer. vbi dicit: *Sed an ex simplici concessione naturalitatis, alienigena posset habere beneficia in Regno, crederem, quod non, nisi sibi concederetur.* hoc probatur in l. 19. tit. 3. lib. j. ordin. regal.

Ex quibus dicebatur patere responsum ijs, quæ pro parte contraria allegabantur, & quantum ad primum non negatur, ciuem fieri altero de illis modis, sicuti nec negatur hunc esse

ciuem allectum, sed dum statutũ requirit, vt sit naturalis, resistit huic argumento ethimologię vocabuli propria interpretatio; Principis intentio, & Doctorum declaratio, qui fatentur in materia statuti non comprehendi exterum ascriptum, & ratio est, quia si hæc admitteretur declaratio, magnum fieret Regnicolis præiudicium, cùm ex adoptione in ciuem, quod facilè consequi potest, excluderentur naturales, & sic non esset gratia, sed potius damnum.

Itẽ quia si vera sit præmissa sententia, ciuẽ ex priuilegio gaudere beneficijs, & alijs, quib⁹ gaudẽt, & astringuntur veri ciues, id tñ locũ habet & procedit in his, quibus huiusmodi fauores & alia proueniunt ex ipsius ciuitatis cõstitutione, & in quibus ciuitas disponere potest, vt in casibus suprà citatis, secus in casu nostro, vbi ciuitas nõ potest disponere, quod ciues creati ex priuilegio fruantur commodo dictæ immunitatis, ad quod etiam faciunt verba pragmaticæ de offic. prouis. facien. Regnicolis, cuius verba suprà adducta sunt.

Ad secundum verò fundamentum principale de Doctore actu legente, q secundùm Io. de Platea est ciuis illius ciuitatis, ex Bart. in l. municeps §. m... ff. ad municip. Respondetur, conclusionem illam debere intelligi secundùm ea, quæ superius tradit idem Ioa. de Platea, vt possit pro iniurijs sibi illatis agere, & petere sibi concedi represalias, & quoad immunitates, nõ aũt vt possit excludere naturalẽ, quia quemadmodum præfertur locus proprię originis, paternæ origini, sic præferri debet naturalis extero in ciuem
12 allecto. Immò etiam † respectu repræsaliarum dicit Iacob. à Canibus tract. de repræsal. limit. 2 1. ciuem qui habet ciuitatis priuilegium, vt sunt scholares, milites, & officiales, non posse petere repræsalias, quamuis non possint capi scholares, vt in personis ipsorum, & bonis fiant repræsalię, vt idem Iac. à Canibus tradit dict. tract. de repręsalijs limit. 26. quę est nu. 42. in fin.

Hęc fuerunt discussa in Supremo Italiæ Senatu, & secundùm istam sententiam fuit pronũciatum, sed quia iste Prothomedicus reperiebatur in possessione officij per interim, nec Ciuitas Neap. fuerat de hoc conquesta; Sua Maiestas cõtulit officium Prothomedici in personam supradicti Doctoris Vnzuetti, postea in Comitijs Regni anni 1617. fuit supplicatum Suæ
13 Maiestati, vt officium prædictum prouidere dignaretur in personam orti in Regno, non ciuis per priuilegium declarati, & per Suam Maiestatem fuit concessum Regno secundùm eius petitionem.

SVMMARIVM.

1 *Officia, & beneficia etiam Ecclesiastica in Regno Siciliæ Regnicolis cõferenda ex capitulo Regis Alphonsi.*
2 *Pariter in Regno Neapolis.*
3 *Regnicolæ etiam de iure diuino ad beneficia admittendi.*
4 *Item de iure canonico.*
5 *Item de iure ciuili.*
6 *Venerandi Patres Sacri Tridentini Concilij naturalibus Regni beneficia conferri debere decreuerunt.*
7 *Plures afferuntur rationes, quibus beneficia alienigenis non concedenda, fundatur.*
8 *Hispanis legibus, exteros pensiones habere, prohibitum est.*
9 *Capitula Regni latissimè interpretãda.*
10 *Pensiones, & beneficia inter se differũt.*
11 *Pensiones nihil spiritualitatis habere, sed temporale commodum, probatur.*
12 *Pensio nõn vacat, si pensionarius miles efficiatur, vel vxorem ducat.*
13 *Pensionarius nullum acquirit titulum, nec ad residentiam tenetur.*
14 *Exteros de iure communi beneficia obtinere posse, fundatur.*

An

A R G V M E N T V M.

An stante gratia concessa Regno Siciliæ per Serenissimos Reges illius Regni; per quam est dispositum, vt beneficia ecclesiastica concedantur Regnicolis alternatiuè, possint concedi pensiones exteris super beneficijs prædictis, quando fit collatio beneficij in Regnicolam,

DECISIO DECIMAQVINTA.

INTER cætera capitula, quæ fuere cõcessa à Serenissimis Regibus fidelissimo Regno Siciliæ vltrà farum extat capitulum 386. Regis Alphõsi, quod legitur fol. 220. per quod
1 est dispositum, vt officia, † & beneficia, etiam ecclesiastica conferantur Regnicolis, cuius verba hæc sunt.

Item supplica lo detto Regno alla detta Maiestà per remuneratione del li grandi, & eccessiui seruitij, c'hanno fatto, e continuamente fà à Sua Maestà, per li quali è diuenuto ad estrema necessità, che sia sua mercè, che l'officij, e beneficij etiam ecclesiastici delo ditto Regno, solùm si debbiano, ò possano concedere alli Siciliani oriundi in Sicilia, ò à quelli che hanno, ò haueranno hauuta mogliere Siciliana, che habitano in lo detto Regno tantum, e non ad altre persone, &c. Cui Regni petitioni Respondet S. Maiestas in anno 1544. his verbis. *Placet Regia Maiestati.*

Hoc capitulum fuit postea confirmatum per eundem Regem Alphonsum, & est cap. 414. & Respondet Sua Maiestas per verbum, placet. Sic etiã aliud capitulum eiusdem Regis, quod est 416. vbi idem respondet.

Cùmq; fuisset supplicatum Serenissimo Regi Catholico, quod Prælaturæ, & dignitates prouiderentur Regnicolis, fuit responsum his verbis: *aliàs fuit super hoc supplicatũ per alia Capitula, & opportunè responsum.* Verùm quia postea fuerat concessum, vt omnia beneficia prouiderentur pro vna vice Regnicolis, & pro alia ad beneplacitum, fuit hoc confirmatum per eundem Regem Catholicum, vt habetur ex c. 32. fol. 345.

Fuit demum per Imperatorem cõfirmatum hoc capitulum alternatiuè, vt habetur in cap. 12. fol. 396.

Sed cùm in aliquibus ecclesijs, & dignitatibus fuissent præsentati aliqui exteri, Regnum petijt recompensationem; Imperator verò dominus noster respondit, *seruetur Capitulum præinsertum super alternatiua; in reliquo Sua Maiestas habebit Siculos specialiter commendatos*, vt patet ex cap. 53. Cæsareæ Maiest. fol. 416.

Postmodum in alio parlamẽto fuit eidẽ Cæsareæ Maiestati supplicatum, vt declaret gratiã alternatiuè, eamq; debere intelligi in eodem corpore beneficij; nõ autem quod aliud pro alio concederetur Regnicolæ; & fuit additum, quod liberè concederentur beneficia, absquè alia pẽsione, & fuit responsum, vt habetur in cap. 188. Im-

per. Caroli V. fol. 486. quod sic se habet. *Supplica il detto Regno à V. Cesarea Maestà, che per dichiaratione della detta gratia, e per lo discarrico della sua Real cõscienza si degni prouedere, statuire, & ordinare, che da quì inanzi s'intenda detta alternatiua in eodem corpore, cioe vacando qualsiuoglia prelatia, dignità, e beneficio si debbia effettiuamente prouedere, e concedere à persona regnicola oriunda del detto Regno liberamente senza impositione di pensione alcuna, e non si possa concedere in modo alcuno ad estero:*

Huiusmodi supplicationi fuit respõsum. *Placet Regiæ Maiestati, & iubet Capitula Regni iam antea circa cõtenta in præsenti capitulo concessa obseruari, prætereaq; declarare, & concedere, vt præfata alternatiua intelligatur in eodem corpore iuxta Regni supplicationem, excepto tamen Archiepiscopatu Montis Regalis, &c. & facultate imponendi suo arbitrio pensiones tàm in hac, quàm in alijs vacantibus ecclesijs, dignitatibus, & beneficijs sibi reseruata,* & hoc est cap. 188. Imperatoris Caroli V. fol. 486.

Nec per hoc destitit Regnum nouis precibus apud Regem nostrum Philippũ II. instare; sed in anno 1562. petijt, vt beneficia alternatiuè concederentur, vtq; pensiones imponerentur ad beneficium Regnicolarum, vt legitur in cap. 13. Regis Philippi II. fol. 551. vt patet ex verbis cap. *Supplica à V. Maestà che li Siciliani possano godere di detta alternatiua, così vacando li beneficij nel modo sopradetto di translatione, cõmutatione, ò per cessione, come la godono per la morte delli Prelati forastieri, & occorrendo imponersi pensione sopra li beneficij, che Vostra Maestà suole concedere a' Siciliani, perche possano godere compitamente dell'alternatiua, si supplica à Vostra Maestà si degni farli ancora gratia, che dette pensioni siano concesse a' Siciliani, e non à stranieri di questo Regno.*

Cui petioni fuit responsum. *Cùm casus renunciationis, & permutationis imponendæq; pensionis euenerit, Regia Catholica Maiestas facilè meminerit eorum, quæ per ipsum Regnum postulantur, prout eius fidelitati intelligit deberi.*

2 Hæc † gratia conferendi beneficia alternatiuè Regnicolis, & exteris fuit concessa etiam Regno Neapolitano, vt patet ex cap. 29. anni 1554. fol. 156.

His igitur sic stantibus, dùm essem in Supremo Italiæ Cõsilio, fuit à Maiestate Philippi III. iniunctum nobis, vt nostram sententiam diceremus, an secundùm iustitiam posset Sua Maiestas Episcopatus, & Abbatias pensionibus grauare ad beneficium exterorum, quando Episcopatus, vel Abbatia debet conferri Regnicolæ secundùm Capitula prædicta. Hoc negotiũ fuit accuratè discussum, & ponderata iura, & rationes, quæ pro vtraq; parte adduci possunt, quas breuiter referre volui, vt earum notitia habeatur.

Pro huius articuli resolutione, vt plenè responderemus Suæ Maiestati fuit primo loco actum, quid Iura communia, canonica, & ciuilia circa hoc statuerint, secundo an adsit aliquod ius municipale, siuè priuilegium in Regno Siciliæ, quod de hac materia loquatur, tertio quid seruet consuetudo tàm in Regno Siciliæ, quàm extrà.

Quoàd ius commune attinet, pro Regnicolis dicebatur, non esse alienigenas ad beneficia ecclesiastica admittendos, quod in † iure diuino fundatum esse tradit Azeued. ad l. 14. tit. 3. lib. 1. nouæ recollect. nu. 1. post Gomes. in Reg. Cancell. 10. de Idiomate q. 1. col. 2. & Rebuff. in prax. beneficia. in Reg. quod quis intelligat idioma glos. 1. in pag. 382. qui ait inter Dei maledictiones reputari hominem habere ex aliena gente, ex Ierem. cap. 5. vbi dicitur. Ecce ego adducam 3

super

super vos gentem de longinquo domus Israel ait Dominus, gentem robustam, gentem antiquam, gentem cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur.

Item Iure Canonico, vt in cap. hortamur 71. distinct. ibi. *In ecclesijs à vobis fundatis aliundè prasbyter non suscipiatur* cum alijs per Azeued. ad-
4 ductis loc. cit. nu. 2. vbi iure † etiam ciuili fundari dixit ex l. in ecclesijs C. de Episcop. & cleric. ibi. *Clerici non ex alia possessione, vel vico, sed ex eo, vbi ecclesiam esse constiterit ordinentur.* l. vn. C. non licere habita. metro. lib. 11. & l. 2. C. de annon. Ciui. lib. 11. plura cumulat Anna alleg. 57. nu. 7. cum seq. Bardaxi in priuil. general. Arag. fol. 30. nu. 18. quod etiam tradit Gregor. Lopez ad l. 13. tit. 15. p. 1. Lambert. de iur. patronat. lib. 2. par. 3. q. 3. principal. artic. 5. per totum, & eod. lib. 2. part. 2. q. 7. ar. 24. ex quorũ iurium dispositione orta est Regula Cãcellariæ de idiomate, quam locum habere etiam in beneficijs curatis dixit post alios idem Azeued. loc. cit. nu. 4. & ex hoc venerãdi Patres Sacr.
5 Trid. Concilij decreuerunt, † nè beneficia alijs, quàm naturalibus conferantur, vt post Domin. Sotum tradit Couarr. practicar. quæst. cap. 35. nu. 5. in
fin. Cùm igitur appellatione beneficij ecclesiastici veniat pensio c. conquerente, vbi Abb. not. de cleric. non resident. Rota decis. 39. vers. aliàs si esset perpetua pensio de rescriptis in antiquis, Gigas in tract. de pension. q. 19. & 20. vers. quarto limita, præsertim quando dispositio de quocunq; beneficio loqueretur, glos. notab. in clemen. 2. verb. quodcunquè de vita, & honest. clericorum, plures alleg. Regẽs de Pont. cons. 24. nu. ij. cum seq. vol. 1. Azeued. ad l. 1. nu. 5. tit. 4. lib. 1. nou. recollect. sequitur, vt cùm Sua Maiestas concesserit Regno, vt beneficia concedantur Regnicolis, debeat intelligi, vt etiam pensiones ipsis concedantur, quando secundùm alternatiuam beneficium, siuè Episcopatus debeat conferri Regnicolis, quia generalis dispositio continet omnes species sub se; etiam si sint priuilegiatæ l. in fraudem §. fin. ff. de testam. milit. vbi Bald. notat, & in l. omnes populi propè finẽ de iust. & iur. Tiraq. de retract. Consanguin. §. 1. glos. 14. n. 101. Surd. cons. 155. nu. 24. Ad quod etiam conferunt omnes rationes, quas idem Azeued. adducit ad l. 14. tit. 3. lib. 1.
6 nou. recollect. quibus fundatur † non esse beneficia alienigenis cõcedenda. Primò, quia illi sunt præferendi in assignatione beneficij ecclesiastici, ex quorum bonis ecclesiæ sunt fundatæ ex Rebuffo in prax. beneficial. rub. de rescript. mixtis fol. 381. quia (vt ipse dicit) extranei, & parentes illorum nihil dederunt pro fundandis, construendis, aut dotandis ecclesijs illius Regni, quod Regnicolæ fecerunt. Secundó quia beneficia, etiam minima requirunt residentiam, ad quam omnes clerici inuitantur, & compelluntur. Tertiò quia Regni, & Regis interest, nè arcana eiusdem Regni, & Regis reuelentur exteris. Quartò quia bona ecclesię pauperum appellantur, & beneficia pauperibus danda sunt, vnde fit, vt cùm in distributione eleemosinarũ Regnicolę sint exteris præferendi, ita in collatione beneficiorũ. Quintò, quia cùm habens beneficium teneatur docere populum verbo, & exemplo, hoc non potest facere alienigena verbo, sicut & Regnicolę. Sextò, quia Regnicola erit magis instructus circa vitia Regni, vndè erit magis idoneus, quàm exterus ad sciendum distinguere inter lepram, & lepram. Septimo, quia gratia apostolica non est cũ scandalis exequenda, quod causaretur, si beneficia darentur exteris, non naturalibus, quibus rationibus Azeued. loc. citato fundat, non esse concedenda beneficia Regni exteris, quę faciunt, vt eædem sint conside-

ſiderandę in conceſſione penſionum.

7 Tertiò dicebatur † id probari au ctoritate legis 18.tit.3.lib.1. nou.recolleſt. vbi prohibetur exteris habere penſiones,quæ corroboratur.ex l.25. eiuſd.tituli,vt dicit idem Azeued.ad d.l.14.nu.54.in fin.d.tit.

8 Quartò dicebatur, Capitula † Regni eſſe latiſſimè interpretanda, quia eſt gratia facta Regno, & conformis iuri communi,ad tex.in l.fin.ff. de cōſtit.princip.vbi in rub.cap.7.diximus, eo magis,quia ſunt conceſſæ gratiæ prædictæ occaſione donatiuorum à Regno conceſſorum, & ſeruitiorum Regni,& Regnicolarum, vndè ſequitur, vt appellatione beneficiorum cōpræhendantur etiam penſiones,& ſic debeant concedi Regnicolis, quando beneficium eſt illis concedēdum,nam ſi contraria fieret interpretatio, gratiæ redderentur inutiles, ad tradita per Io.And.& Anchar.in cap.olim de verb. ſignificat. Bened. Capra Reg. 102.n.21. & diximus ad rub.de conſtit. Princip. cap.6.nu.8. quæ debent eſſe omnis diminutionis experres §. illud in authentica conſtitutio,quæ de dignitatibus, cum alijs traditis per Andr.in cap.1.num.26.de Capit. qui Cur.vend.& alios quos adduximus in rub.de conſtit. Princ. cap.7. & verba gratiæ ſunt ita largè interpretanda,vt ſub verbis illius compræhendatur, quod aliàs erat exprimendum.Berous conſ 70.nu.30.lib 1.

Pro cōtraria verò parte dicebatur, penſiones prædictas poſſe ad libitum Suæ Maieſtatis exteris concedi,quando beneficium eſt conferendum Regnicolis;ad quod fundandum diceba-

9 tur primò,penſionem, † & beneficia ſatis differre,quia pēſio eſt certa portio ex mēſa, vel beneficio ex cauſa ad tempus,& non perpetuò ſeparata, ita Paul.Rom.de penſionib eccleſiaſ.c.1. nu.1. quam propriùs ad rem noſtram definiens Gonſales in Reg.Cancellar. 8. Gloſ.5.§.5.num.25.ait,penſionem eſſe ius quoddam temporale ſeparatum,formale,& per ſe diſtinctum, Et quod non ſit beneficium probatur ex cap. quamuis el primo, de præben. in 6.vbi ſi alicui mandatur prouideri de beneficio, non per hoc intelligitur, vt ſit mandatum prouideri de penſione, cuius rei ea eſt ratio,quia penſio non eſt beneficium, vt tradunt Geminian. nu.2.& Ancharan.nu.3.in cap.ad audientiam el 2.de reſcript.ibi enim dicitur, *annuas penſiones, ſeù alia beneficia*, vnde cùm dictio (ſeù) ponatur inter diuerſa, vt notat Abb. ibi num. 2. ſequitur, vt aliud ſit beneficium, aliud penſio, ita Gigas tract. de penſ. quæſt.18.per totam,Azeued. ad l.1. tit.4. lib. 1. nouæ recollection. num. 5.Gonſal.ad Reg.8.Cancellar.Gloſ. 5.§.5.nu.24.

10 Secundò dicebatur penſionem nihil † ſpiritualitatis habere, ſed merè commodum temporale,ex quo detrahitur ſicut vſusfructus à proprietate, ita Redoan.de Simon.ment.part.3.c. ij n.5.to.15.tract.par.2. Illuſtriſſimus Paleot. de nothis, & ſpurijs cap. 58. nu.4.& Paul. Roman. de penſion. eccleſiaſt.cap.10.nu.19. dicit hæc verba *pēſio conſiſtit in ſola temporalitate, & principaliter reſpicit commodum temporale*. Hinc eſt quod poteſt aſſignari laico,vt idem Redoan.tradit de ſimon. mental.part.2. cap.14.num.7. Hieronym. Gigas tract.de penſion. q. 30.nu.3.& q.21.nu.1.vbi dicit *idē voluit Bal.in cap.ad audientiam el ſecundo de reſcript.dicens,quod penſio ſui natura non cenſetur beneficium eccleſiaſticum,cùm etiam laico aſſignari poſſit.* habetur per DD.in cap. quamuis vbi Archidiacon. & Franc. in 1.notab.de præben.in 6.Ioan.Bapt.Caccialup.de penſ.eccleſiaſt.q. 13. Paleot. loc.cit. nu.4. Gonſ.ad Reg.Cancell.8.gloſ.5. §.5.nu.24. non enim poteſt dici titulus perpetuus,& ſpiritualis,Gomeſ.de gratijs expectatiu.nu.75.vbi ex Oldr. conſ. 168. concludit, ſoluentem penſionem

sionem esse beneficiatum, non autem recipientem.

Nec quicquã refert, quod pẽsio ex beneficio procedat, nam cùm beneficium illegitimus consequi absquè dispensatione non possit; pensionem tamen obtinere potest; si clericus fuerit primæ tonsuræ, & super illegitimitate dispensatum; ita post Gomes. tradit Gonsal. ad Reg. Cancell. 8. Glos. 5. §. 5. nu. 24. & inhabilitatum ad obtinenda beneficia, non esse inhabilitatũ ad obtinendas pensiones dixit Nauarr. cons. 12. nu. 15. de rescript. & in specie, quod appellatione beneficiorum non cõprehendatur pensio, dicit post Geminian. & Ancharan. Rebuff. de pacif. possess. nu. 91. & seq. & Gonsal. vbi supra nu. 2.

11 Hinc est, ꝙ si pensionarius † efficiatur miles, vel vxorem ducat, non vacat pẽsio, vt tradunt Paul. Roman. de pension. ecclesiast. cap. 3. num. 4. Caccialup. de pens. eccles. q. 15. nu. 1. Gigas eod. tract. q. 55. nu. 4. qui tamẽ restringunt istam cõclusionem, quando fuit constituta pensio pro beneficio, quia ille titulus alterat qualitatem naturalem pensionis.

12 Ideoquè per pensionem nullum acquirit titulum † pensionarius, nequè ad residentiam tenetur, vt dixit Paul. Roman. d. tract. de pension. ecclesiast. cap. 7. nu. 24. & Gonzal. ad d. Reg. 8. Cancell. Glos. 5. §. 5. num. 16. vbi sic ait.

De pensione non est necesse facere mentionem, cùm beneficium ecclesiasticum non sit, quamuis concedatur in titulum, quia non est titulus perpetuus spiritualis, ex quo pensionario moriente expirabit, vt tenet Rot. decis. 110. de praben. in antiquis. Sequitur Gomes. de grat. expectat. num. 74. Ex his omnibus cùm sit fundatum, pensionem esse rem pœnitus diuersam à beneficio, sequitur, vt concessio facta de beneficio non includat pensionem, & per consequens gratiæ prædictæ Regno concessæ non obligant Suam Maiestatem de iustitia ad concedendum pensiones Regnicolis, quando beneficium est conferendum ipsis.

Et tandẽ dicebatur, hanc quæstionẽ satis apertè fuisse decisam per Augustissimum illum, atquè sapientissimum Regem Philippum Secundum, cui dùm fuisset per Regnum supplicatum, vt pensiones Regnicolis concederentur, quando prouisio beneficij est facienda in personam Regnicolæ; noluit gratiam facere, sed respondit eo modo, quod apparet ex suprà relato Cap. nu. 1. in fin. per quod clarè habetur Suę Maiestatis expressa voluntas, & obscuritas gratię, si qua aderat, ad ipsum enim spectat declarare, quę ab ipso obscurè sunt concessa, l. fin. C. de legib. & illa reseruatio, quam Rex fecit, est quędam modificatio prę cedentis dispositionis Glos. in l. item Labeo §. sed si purè ff. famil. hercisc. & Glos. in l. si debitor §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solu. & declarat, quod comprehendatur in illa prima dispositione, vt post Aret. cons. 143. nu. 2. & alios tradit Becius cons. 34. nu. 15. & sic stante declaratione prędicta per Suam Maiestatem non videtur esse dubitandum, & per prędicta datur responsio contrarijs, quia beneficium Principis est latè interpretandum, dummodò non constet de expressa voluntate concedentis.

13 Dicebatur Tertiò, nõ esse prohibitum exteris † secundùm iuris communis dispositionem obtinere beneficia ecclesiastica in Regno, in quo ipsi nati non sunt, Abb. in cap. ad decorem in fin. de instit. qui tex. est Innoc. 3. & ibi pręcipit, vt in Ecclesia Constantinopolitana admittantur clerici ex omnibus nationibus, ibi. *Vndecunquè originem duxerint*. ad quod facit Greg. Pap. sententia in cap. nos qui præsumus 40. dist. *Nos* [inquit] *qui præsumus non ex locorum, vel generis*

di-

dignitate, sed morti nobilitate innotescere debemus. Et idem Gregor. in cap. seq. Anastasio præsbytero ait. *Non loca, vel ordines Creatori nostro nos proximos faciunt; sed nos aut merita bona ei coniungunt, aut mala disiungunt.*

Quo verò ad secũdum articulum, an scilicet per iura Regni hoc possit liquere, dictum fuit nullum adesse Capitulum, per quod Regno hoc cõcedatur, imò vt est dictum suprà, hoc fuit reseruatum, nec hucusquè fuit declaratum.

Quoàd tertium de consuetudine fuit dictum, tàm in Curia Romana, quàm in hac Regali Suæ Maiestatis semper fuisse seruatum, vt pensiones concederentur arbitrio Suæ Maiestatis, itaùt tàm quando præsentatus fuit Summ. Pontif. Regnicola, fuerunt impositæ ad beneficium, & vtilitatem exterorum, quàm etiam quando fuit facta præsentatio exterorum, fuerunt impositæ ad beneficium Regnicolarum.

Hęc omnia, & alia fuerunt in Supremo Italiæ Senatu diligẽter tractata, & Augustissimo Philippo Tertio rationes pro vtraquè parte expositæ, fuitq; rescriptum, Suam Maiestatem habituram fuisse rationem desideriorum Regnicolarum suo tempore.

SVMMARIVM.

1 *Testator quatuor modis induci potest ad testandum contra propriam voluntatem.*

2 *Dolus Tertij nocet in casu edicti, si quis aliquem testari prohibuerit.*

3 *Testator non præsumitur dolo circumuentus.*

4 *Metus in testante non præsumitur.*

5 *Dolus, & metus per coniecturas probari possunt.*

6 *Edictum, si quis aliquem testari prohibuerit, vt locum habeat, tria requiruntur.*

7 *Metus reuerentialis ex quibus inducatur.*

8 *Actus gestus, præcedentibus metu, ac importunis precibus, non dicitur liberè processisse.*

9 *Dolus arguitur ex nimia persuasione.*

10 *Persuadere plus est, quàm compellere.*

11 *Absentia propinquorum procurata, facit præsumere actum metu esse gestum.*

12 *Præsentia Iudicis omne tollit vitium.*

13 *Dolus, & metus ex præcedentibus argui possunt.*

14 *Voluntates testantium liberæ esse debent.*

15 *Allocutio secreta ante actum, doli præsumptionem inducit.*

16 *Persuasiones dolosæ, quæ sint.*

17 *Dolus præsumitur, si fuerit alius institutus, quàm qui instituendus erat.*

18 *Persuasio dolum arguit.*

19 *Fiscus non est audiendus, si agat ex delicto extranei, non autem illius, contra quem dirigitur inquisitio.*

20 *Fiscus fuit auditus in hac causa, secundùm opinionem Peregrini, quam probauit Supremum Italiæ Consilium.*

21 *Metus supponit actum propriæ contrarium voluntati.*

22 *Incompatibilia non sunt admittenda.*

23 *Dolus, & metus, an simul concurrere possint.*

24 *Causa testati, & intestati non admittitur eodem tempore.*

25 *Metus illatus est in specie probandus.*

26 *Testis interrogatus de speciali actu, si dicat non recordari, non probat.*

27 *Confessio Testatoris de metu in genere passo, non nocet testamento.*

28 *Metus in Testatore clarè probandus est, non singularibus testibus.*

29 *Prohibitio testandi, quomodo probetur.*

30 *Importunæ preces, quæ dicantur.*

31 *Et quomodo probandæ sint.*

32 *Metus,*

32 *Metus an inducatur in ægrotante ex precibus importunis.*
33 *Metus reuerentialis solus actum non inualidat.*
34 *Illatio non fit ex diuersis.*
35 *Persona testantis consideratur in præsumptione metus.*
36 *Hæres non prohibetur interesse testamento, nec testatorem interrogare.*
37 *Importunæ preces, & metus reuerentialis absquè alijs coniecturis non annullant testamentum.*
38 *Minæ illatæ ab eo, qui solet minas exequi, metum inducunt.*
39 *Preces quando dicantur importunæ.*
40 *Causa filiorum fauorabilior est quàm Ecclesiæ.*
41 *Causa possessionis de iure mutari potest.*
42 *Falsæ suasiones quæ sint.*
43 *Intellectus ad tradita per Gloss. in l. iubemus C. de testam.*
44 *Voluntas in homine qualiter perficiatur, ex doct. Baldi.*
45 *Dispositio perfecta in testamentis inspicitur.*
46 *Dolus an requiratur vltra metum, & preces importunas, ad nullitatem testamenti.*
47 *Dolus requiritur ad actum irritandum.*
48 *Suadere testanti, vt alijs omissis, suasorem instituat, permissum est.*
49 *Dolus malus requiritur ad testamenti nullitatem ex metu, & importunis precibus prouenientem.*
50 *Principis præsentia excludit metum.*
51 *Metus non præsumitur, quando actus est gestus præsentibus propinquis.*
52 *Perseuerantia actus gesti, metus præsumptionem excludit.*
53 *Successio viri diuitis defertur vxori pauperi, & ècontra.*
54 *Decretum Supremi Senatus.*

ARGVMENTVM.

An comprehendatur in Edictum si quis aliquem testari prohibuerit, qui aliquem induxit ad disponendum in beneficium tertij per metum reuerentialem. Ponderantur media, quibus inducitur metus reuerentialis, ac dolus. Et an ex suasionibus incidatur in Edictum, plura ad materiam titulorum. ff. & C. si quis aliquem testari prohibuerit.

DECISIO XVI.



Ontracto per verba de futuro matrimonio inter quẽdam Patritium Ianuensem, & quandam dominam filiam cuiusdam Magistratum Supremum gerentis in Regno Siciliæ, ob sequutam carcerationem Generi, nuptiæ minimè contrahi potuerunt: ipso demum grauiter in carceribus ægrotante sollemniter contractæ fuerunt, eodemq; die testamentum condidit, cùmq; post aliquos dies Gener ex hac vita migrasset, instituta hærede eius vxore, cum qua coniunctus adhuc non fuerat carnali copula; fuit contra Magistratum, & filiam eius fisco instante instructus processus, hæredi-

reditatem petendo auferri à prædicta eius filia, vti ab indigna, quam eius pater, reuerentiali metu, importunis precibus, ac dolo à prædicto Genero relinquendam prædictæ eius filiæ curauerat; de quibus omnibus cùm Illustrissimus Prorex Suam Maiestatem certioraſſet, reſponſum obtinuit, vt fiſcum admitteret, ac informationem impinguaret, defenſiones reorum reciperet, Iudices daret, quorum vota ad Suam Maieſtatem tranſmitteret, ſequeſtratis bonis quoad capitalia tantùm, ſaluo fiſco etiam Iure ciuiliter agendi. His omnibus peractis, ac tranſmiſſis votis ad Suã Maieſtatem, illiſquè in Supremo Italiæ Senatu viſis, & diſcuſſis, per quæ fuerat abſolutus Magiſtratus; fuit per Supremum Italiæ Senatum prouiſum, vt Magiſtratus abſolueretur ab inſtantia, quia non fuerat probatum crimen, ſaluo tamen fiſco iure ciuiliter agendi coram Iudicibus à Prorege nominandis vſquè ad ſententiam diffinitiuam; Cùmquè res iſta mixturam haberet criminalitatis, & ciuilitatis; fuit de vtroquè actum in Supremo Conſilio Italiæ.

Prætendebat igitur fiſcus Magiſtratum incidiſſe in edictum, ſi quis aliquem teſtari prohibuerit, in quo lex 1. ff. ſi quis aliq. teſta. prohib. de ciuili actione loquitur, lex vero 1. Cod. eod. titul. de criminali loquitur. *Ibi Ciuili diſceptationi crimen adiungitur*. Dicebat ergo fiſcus, Generum fuiſſe prohibitum inſtituere ſororem ſuam in Ciuitate Meſſanæ exiſtentem, necnon inductum metu reuerentiali, & importunis precibus, ac etiam dolo Magiſtratus ad relinquendum hæreditatem in beneficium eius filiæ.

Ad fundandam igitur intentionem
1 ſuam fiſcus dicebat † quatuor modis principaliter committi hoc crimen, licet de pluribus meminerit Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 4. caſ. 305.

Primum itaquè dicebat eſſe quando ego cogo aliquem, vt me hæredem inſtituat, de quo eſt caſus in l. 1. C. ſi quis aliquem teſtar. prohib. ibi *ſed compulſus ab eo, qui hæres eſt inſtitutus*.

Secundum quando ego prohibeo aliquem volentem teſtari, quia ego ſum hæres ab inteſtato, vt hæreditas neceſſariò ad me perueniat, de quo eſt caſus in l. 1. ff. ſi quis aliq. teſta. prohib.

Tertium eſſe quando ego, qui ſum inſtitutus in teſtamento prohibeo, nè teſtator mutet teſtamentum vt habetur in d. l. 1. ff. ſi quis aliq. teſta. prohib. quod etiam locum habet, quando tertius prohibet nè mutet voluntatem.

Quartum eſſe quando ego compello te, vt alium inſtituas, de quo eſt caſus in l. 1. C. ſi quis aliq. teſta. prohib. ibi, *vel à quolibet alio*, & hunc eſſe caſum, de quo in hac controuerſia agitur, dicebat enim fiſcus, Generum fuiſſe coactum ad teſtandum in beneficium vxoris, ob metum, quem habebat Soceri, tum ob magiſtratum, quem gerebat, tum etiam ob delicta ab ipſo patrata; quibus addebat importunas preces ipſius Magiſtratus, & vxoris eius, & conſanguineorum; Tum etiam quia per intermedias perſonas Aduocati, & Procuratoris prædicti Generi, necnon eius Confeſſarij fuerat coactus, ac etiam varijs rationibus circumuentus, nè eius ſororem inſtitueret hæredem, & ſic eſſe dictum Magiſtratum puniendum, & hæreditatem ad Fiſcum pertinere. Et ſic eſſe iſtum caſum, in quo dolus Tertij nocet mihi, vt poſt gloſſ. Petr. Cyn. & alios affirmauit Bart. ad l. fin. ff. ſi quis aliq. teſta. prohib. nn. 6. quem ſequuti ſunt recentiores omnes, Boſſ. tit. de his, qui prohib. aliq. teſta. num. 4. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 395. num. 11. Peregrin. de iur. Fiſc. lib. 2. tit. de prohib. aliq. teſta. num. 13. Caſtill. quotidian. controu. lib. 3. c. 1.
2 nu. 88. verſ. quartus caſus, quia † licet dolus

dolus Tertij non noceat regulariter l. eleganter ff.de dol.l.1.vers.sed si legatum ff. si quis aliquem testa. prohib. cum alijs adductis per Bart.in d. l. fin. num. 6. quando dolus tertij fuit causa immediata acquisitionis meæ, ille dolus mihi nocet, l.si procurator, la secon da ff.de dol.except.l.1.§. si quis tamē, & §.si filius ff.de vi,& vi armat. & pro bat text. in l. 1. C. si quis aliquem testar. prohib. & respondetur alijs iuribus, quod dolus non fuit causa proxima acquisitionis; licet Ias.in d.l.1. nu. 3. senserit requiri scientiam instituti idemquè affirmauit Menoch. de arbit. Iud.lib.2. cent.4. cas.345. nu. 12. sed

3 quia † testator non præsumitur dolo circūuentus ad tex.in l. quoties §. qui dolo, ff.de probat.l. dolum C.de dolo, Mantic. de Coniectur. vltimarum volunt.lib.2.tit 7.num.1.Mascard.concl. 1359.nu.5. Socc. Iun. cons.148.num.

4 11.cum seq. vol. 2. sicuti † nec metu compulsus, vt ponderauit Peregr. de iur.fisc.lib.2.tit. de prohib. aliq. testa.nu.19.deueniendum esse dicebatur ad probationes, quas luce meridiana clariores esse debere dicit Corn. cons. 56.col. 2.& cons.84.vol.1. Pereg. loc. cit.nu.20.Menoch.de arbit.lib.2. cēt.

5 4.num.30. † licet per coniecturas probari posse affirmet Hieron. Grat. resp. 20. in 2. concl. vol.2. & Peregr.dicat ex testibus,& coniecturis, quæ tamen debent probari per duos testes, vt post Soccin.cons.23.nu.23. dixit idem Peregr. loc. suprà cit. metu igitur, & dolo fuisse inductum Generum, fiscus ex infrascriptis probare intendebat. Di-

6 cebat enim † tria requiri principaliter ad finem, vt locum habeat hoc edictum secundùm Socci.Sen. cons.105. num.3.vol.3.Mascard.concl.1361.Primò, testatorem fuisse prohibitum per actus inducentes prohibitionem, & impedimentum à Iure reprobatum tan quam dolosum. Secundò fuisse adhibitum impedimentum eo tempore, quo quis volebat testari. Tertio testatorem illos instituisse, quos quidem minimè instituisset, si prohibitus non fuisset, quæ omnia hic interuenisse, ex infrà dicendis probari dicebatur.

Primò enim dicebat fiscus, Generū habuisse in magna reuerentia Magistratum, illumquè valdè timuisse propter crimina ab ipso commissa ante matrimonium; Gener enim fuerat inquisitus de varijs criminibus, & præsertim de homicidio, pro quo detinebatur carceratus tempore contracti matrimonij,& testamenti, cuius ope, & auxilio fuerat à carceribus liberatus sub fideiussoria cautione domi, à quo iuuari maximè sperabat, & pro qua causa ad matrimonium contrahendum fuerat inductus, vt aliquem auxiliarem haberet, affirmantibus id pluribus testibus, qui deponebant, Generum dixisse nolle matrimonium contrahere, nisi totaliter fuisset liberatus, & tamen illud sub hac spe contraxerat, quod etiam adiuuabat fiscus, arguendo à tempore matrimonij, nam homicidium de quo fuerat imputatus, cōmissum fuerat die 4. Februarij 1611. captura Generi die 6. eiusdem mensis, capitula matrimonialia eodem die, &

7 ex his fundari dicebat † metum reuerenrialem Generi, vltrà illa, quæ habētur in l. si per impressionem C. quod met.caus.

Secundo dicebatur, hunc metum fuisse illatum præsentia Magistratus eiusquè vxoris, filij, & fratrum, qui om nes ad Castrum, ad quod fuerat è carceribus transmissus, causa matrimonij contrahendi accesserant, eūquè vnus post alium alloquuti fuerunt ad aurem & sic præsentia omnium prædictorum metum intulisse dicebat, nam testes deponebant ante testāmenti factionem omnes in aulam ingressos, & secretò alloquutos, ex quo deducebat fiscus, importunas fuisse adhibitas preces, quas sequutæ fuerant suasiones Aduocati,& Procuratoris, quibus tandem fuerat inductus, vt Magistra-

tus filiam institueret, & Generi sororem præteriret, quam hæredem relin-
8 quere decreuerat, quæ † propter importunitatem, & metum gesta fuisse præsumūtur, ita ex Menoch. de præsum pt. lib. 4. præsump. 11. nu. 9. vbi allegat Matth. de Afflict. decis. 69. num. 4. D. Præsidens de Franchis decis. 180. & est casus tertius à Menochio enumeratus de arbitr. Iud. lib. 2. cent. 4. casu 395. nu. 38.

Quod autem metus fuerit causa dispositionis Generi in beneficium filiæ Magistratus, cui volebat tantùm decem mille aureos relinquere, & non hæreditatem; dicebat fiscus id probari ex eo, quod Gener semper habuit enixam voluntatem disponendi in beneficium suæ sororis, etiam paulo antè, quàm testamentum conderet, & in ipsa testamenti factione, Immò cùm instarent ipsi Aduocatus, & Procurator, vt Magistratus filiam institueret, interrogauit, an ipse posset reuocare testamentum, nec poterat induci ad instituendam eius vxorem, cum qua nec cohabitauerat, nec matrimonium con summauerat, nec alia matrimonialia obsequia ab ipsa receperat, & sic nullam subsistere causam, quæ posset inducere ad disponendum in beneficium vxoris, sed solùm metum Magistratus, vt post Bald. in l. interposita C. de transactionib. docet Mascard. concl. 1055. num. 41. & Paris. cons. 53. num. 66. & cons. 58. nu. 67. vol. 4.

Hæc etiam dolum fundare dicebat Fiscus, adducens Menochium ibi. quatenùs scilicet testator immodicis persuasionibus adductus testatus est,
9 nàm † præsumitur dolo inductus, cùm multæ persuasiones dolum arguant l. cùm quis, & ibi Bart. ff. de dolo, Cra-
10 uett. cons. 192. num. 12. † persuadere enim plus est, quàm compellere, & cogere, vt tradunt Raud. decis. 45. num. 2. Mieres de maior. 1. par. q. 25. num. 4. 5. & 9. Castillo quotidian. controu. lib. 3. c. 1. num. 106. & Decian. cons. 65 nu. 4. lib. 2. affirmat ex his sollicitationibus, & molestijs, & minis erga grauiter infirmum argui dolum.

Tertiò ponderabat Fiscus contra Magistratum ad probandum metum Generum fecisse testamentum eiectis omnibus affinibus, curante id Magistratu per intermedias personas Aduocati, & Procuratoris, vt apparet ex eius litteris, siue viglietto ad Aduocatum datis. Et licet in eius litteris, siue viglietto dicat, vt nec etiam faciat interuenire aliquem ex eius Magistratus parte, id Fiscus dicebat fuisse ad cautelam potius adhibitum, quàm vt re vera id vellet, quia iam ipse Magistratus ex opera Aduocati, & Procuratoris sperabat Generum fuisse dispositurum in beneficium eius filiæ, ex ijs, quæ vxor, filius, & fratres ipsius Magistratus illi persuaserant paulò ante, quàm te-
11 stamentum conderet, † quod facit vt testamentum metu factum esse dicatur, ad quod faciunt quæ tradit D. Præsid. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 128. nu. 7. qui dùm vult excludere metum ex eo, quod consanguinei interuenerunt, sic ait. *extenditur secundò, vt præsumptio ista locum habeat non solùm in contractibus, sed etiam in vltimis dispositionibus, si enim quis præsentibus propinquis, & sanguine coniunctis testamentum conficit, præsumitur sua sponte, non autem dolo, & metu compulsum, ita disponere, Bal. in l. 1. nu. 8. in fin. C. si quis aliq. testa prohib.* quod cùm factum non fuerit, metus præsumptionem inducit.

Addebat fiscus quarto loco aliam præsumptionem ex eodem fonte nascentem, quæ non solùm metum, sed etiam dolum fundabat, nam desiderante testatore, vt interueniret in testamenti factione Regius Procurator fiscalis, Magistratus omnem operam impendit, nè ipse interueniret, quod fiscus per aliquos testes probatum affirmabat.

Ex quibus coactàm voluntatem Ge-

Generi fuisse dicebatur, & illum testari prohibitum, cum non fuerit illi permissum testari cum interuentu personæ, cui fidem adhibebat, eò magis quia Procurator fiscalis erat minister iusti-
12 tiæ, & † quemadmodum præsentia Iudicis omne tollit vitium, omnem metum, & dolum, vt post Bart. in l. frater à fratre ff. de cond. indeb. & Gram. decis. 103. num. 62. & decis. 66. num. 10. & alios tradit Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 128. num. 6. ita amici, & periti viri præsentia, eo præsertim tempore, omnem tollere poterat timorem, vndè impedire nè veniat ad testamenti factionem is, quem testator volebat, & à cuius consilijs rectam sui testamenti factionem sperabat, efficit, vt non possit dici liberam habuisse testandi facultatem, & dolum expressum adhibitum esse, ad tex. in l. 1 §. dolum malum ff. de dol. ibi. *machinationem quandam alterius decipiendi causa, cũ aliud agitur, & aliud simulatur.*

13 Quintò idem † metus, & dolus etiam sumebantur ex tractatu præcedenti habito cum Aduocato, Procuratore, & Confessario Generi, quibus persuasisse Magistratum dicebat fiscus necessarium esse relinquere hæredem personam maximæ auctoritatis, & sic Magistratus filiam, ad tradita per Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 4. quibus etiam persuasit, eosquè rogauit, vt curarent institui prædictam Dominam, sicuti eundem Magistratum per se, & eius vxorem fecisse iam supra dictum est; de quibus plura tradit Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. casu 395. ad quod adducitur l. 1. vers. persuadere ff. de seruo corrupt. vbi Iureconsf. ait. *persuadere est plus, quàm compellere, & cogi sibi parere.* quod etiam dixit Afflict. decis. 69. num. 4. vbi declaratum fuit legatum nullum ob nimiam reuerentiam mariti, stantibus importunis precibus, & blanditijs in damnum, & præiudicium Francis-
14 chelli patris, nàm † voluntates testatoris debent esse liberæ. l. 1. C. de sacros. eccles. & sic importunæ preces idem operantur quod metus, & hæc quoad metum.

Sed vltrà metum dicebat fiscus in hac causa non deficere argumenta, & coniecturas, quibus etiam dolum fuisse adhibitum constabat, nè Gener liberè testamentum conderet, quod tutiorem reddebat fisci actionem ex tex. in l. 2. ff. si quis aliq. testa. prohib. quibus coniecturis dolum probari manifestè dicebatur ad tex. in l. dolum C. de dolo, & tradita per Mascar. conclus. 531. num. 2. & Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 12. nu. 2.

Harum primam esse dicebat, de-
15 qua suprà dictum est, † alloquutionem secretam Magistratus cum Genero, & litteras, siuè vigliettum Aduocato Generi scriptum, omnia ordinata ad cogendum Generum, vt vxorem institueret, ex quibus probari dolum, tradit Masc. concl. 447. nu. 55.

Secundò ad probandum dolum adducebatur, plures difficultates, & impedimenta fuisse proposita Genero, quæ illius animum mouerent, nè sororem institueret. Dicebantur enim futurum esse, vt legatarijs minimè soror satisfaceret, ex quo tanquam donataria magnæ quantitatis poterat bona retinere, vt sibi satisfaceret, & causam possessionis mutare ex eo titulo donationis sibi factæ. Et quia tanquàm ciuis Messanensis erat in illa Ciuitate conuenienda, quod quidem magnum erat allaturum legatarijs incommodum, quæ cùm essent causæ de futuro, & omnes tendentes ad finem, vt vxorem institueret secundùm Magistratus voluntatem, dolum ipsius arguebant, nàm probatum erat ex huiusmodi suasionibus voluntatem
16 mutasse, † quas persuasiones dolosas esse Vlpianus respondit in l. si quis affirmauerit ff. de dolo ibi. *Si autem mihi persuauerit, vt repudiem hæreditatem, quasi minùs soluendo eo sit, vel vt optem seruum, quasi melior eo in familia non sit, dico de dolo dandam actio-*

nem, si callidè hoc fecerit, quod etiam probatur in l. seruus §. fin. eod. tit. quod què callidè id factum fuerit, apparebat, quia duo testes fuerunt à Magistratu missi, vt testamento assisterent, &
17 † quando quis alium instituit, quàm eum, quem instituere debet, dolo factum hoc esse dicebatur, auctoritate Hieronym. Gabriel. cons. 16. num. 43. lib. 1. Anan. cons. 23. nu. 1. & 2. Menoch. præsump. 12. lib. 4. nu. 10. & ex his puniendum esse Magistratum, & hæreditatem Fisco applicandam dicebatur, ad tex. in l. hæreditas C. de his, quibus, vt indig. Bart. in l. fin. nu. 14. ff. si quis
18 aliquem testar. proh. † & quod persuasiones dolum arguant dicit Io. de Castillo quotidian. controu. lib. 3. c. 1. nu. 106. dicitquè persuasiones immodicas habere vim doli, eo maximè, quia fiebant homini grauiter ægrotanti, vt idem Castillo animaduertit num. 109. Aegroti enim ad omnia facilè respondent mortis cogitatione conturbati, non quod ex animo, id quod verè sentiunt, aut volunt, dicant, sed vt molestias illas, & repetitas interrogationes, redimant, seu auertant, & euitent, dicit Pet. Pech. de testam. coniug. c. 5. num. 5. tract. tom. 8. p. 1. fol. 149. lex enim vult testatoris voluntates omnis vis expertes, & immunes ab omni adulatione esse, vt idē Castill. dicit n. 134.

Tertiò ex eo, quod curauit, vt non interueniret in testamenti factione Procurator Fiscalis, & Generi amicus, vt superiùs in argumentis ad probandum metum satis est aliundè probatum, licet non sit de personis, quæ necessariò debent interuenire in testamenti factione, vt ponderauit post D. Præsidem Bossium tit. de his, qui prohib. aliq. testar. Menoch. de arb. Iud. lib. 2. cent. 4. num. 36. tamen verum est, præsentiam Magistratus tollere omnem maculam doli, & metus, vt supra diximus num. 12. vndè sequebatur ex hoc impediri liberam testamenti factionem, vt latiùs est dictum suprà nu. 10.

His omnibus respondebatur pro parte Magistratus, & eius filiæ, sed antequàm ad merita causæ deueniretur dicebant, Fiscum non esse audiendum cùm non veniat ad causam ex delicto illius, contra quem dirigitur inquisitio, sed ex delicto alterius, quod probabat auctoritate Glossæ in l. 1. ff. si quis aliq. testa. prohib. & facit lex 28. tit. 1. par. 6. vbi Greg. Lopez, in verb. *el sea*
19 *sin culpa*, & in hoc casu † presertim, in quo aduersus extraneum se dirigit Fiscus, vt docet Petr. à Bella pertic. in l. 1. C. si quis aliquem testa. prohib. *hæres* (inquit Bellapertic.) *scriptus in casu huius legis repellitur, Nec dico venire Fiscum, immò venientes ab intestato, quia quod propter delictum extranei priuarentur venientes ab intestato, non esset æquum, sed in alijs duobus casibus Fisco applicaretur, vt si testator volebat extraneum instituere, & filius, qui venit ab intestato eum prohibuit. Item si testator instituerat venientem ab intestato, sed voluit testamentum mutare, & veniens ab intestato ipsum prohibuit.*

Sed pro Fisco replicabatur, contrariam sententiam tenuisse Bart. in l. 1. ff. si quis aliq. test. prohib. quem communiter DD. sequuntur, vt dicit Peregr. de iur. fisc. lib. 2. tit. 6. num. 1. & 9. & testatur D. Ioan. de Castillo controuers. lib. 3. cap. 1. nu. 9. vbi plures alle-
20 gat, quam † sententiam sequutus est Supremus Italiæ Senatus audiendo fiscum in præsenti causa, sicuti etiam fuit resolutum, fiscum agere posse etiam ciuiliter in hac causa, non obstante quod fuerit absolutus Magistratus in causa criminali, & edictum, si quis aliquem testari prohibuerit comprehendere pariter casum, in quo non fuit coacta voluntas; sed modus liberè disponendi fuit impeditus.

Dicebant ergò Magistratus, eiusquè filia quoad causam principalem metus, & doli adhibiti, nè liberè testaretur Gener, primò. fiscum duobus contrarijs medijs agere contra ipsos; vult enim fundare testamentum esse

fa

factum dolo, & metu, qui sibi inuicem aduersantur, nàm qui allegat dolum, præsupponit in eo, qui dolo inducitur, intellectum esse obcœcatum machinationibus, & dubijs suasionibus, sed vo-
21 luntatem liberam manere, qui † verò allegat metum, præsupponit actum contrarium voluntati, & quod quis non faceret, si liberum esset arbitrium l. si mulier § si metu ff. quod met. caus. vnde sequebatur, vt cùm hæc sibi inuicem aduersentur, dolus, quia præsupponit voluntatem; metus, qui illam negat inesse in actu, non possit actor
22 hisce duobus vti medijs, quia † incompatibilia sunt l. contra maiores, & l. eum qui C. de inoffi. testa. glos. in c. sollicitudinem de appellat. in fin. vbi allegat tex. in cap. quod autem 23. q. 7. & in cap. quàm præposterum 13. q. 2. Bald. in l. 1. C. de furt. num. 5. & in actore procedit † Reg. nullus pluribus de regul. iur. in 6. vndè sequebatur, quod si metus reuerentialis adhibitus, & importunę preces Soceri Generum induxerunt ad disponendum, & hoc sufficiēs erat ad dispositionem, non potuit concurrere dolus malus,
23 neque fuit necessarius, † cùm inter has duas res similitudo non detur, sed potius inter se differant principijs necessarijs, vt notat Bald. in l. 1. num. 25. C. de furt. *Illa* (inquit) *sunt contraria, inter quæ nulla est similitudo, est enim similitudo in diuersis rebus eadem, vel similis qualitas, contrarietas verò est in eadem, vel diuersis rebus contraria qualitas, & incompatibilitas.* Vndè fiscus vnam eligere debebat, & non duas contrarias actiones, quemadmo-
24 dum † neque ex causa testati, & intestati simul procedi potest; vt notat Bald. in d. l. 1. C. de furt. quia in eodem actu supponere intellectum, vel defectum eius, item & voluntarium, & simul inuoluntarium fieri à natura ipsa impeditur.

Huic responsioni replicabat fiscus non esse ipsum vsum duplici actione, sed vna tantùm, quæ oritur ex edicto si quis aliq. testa. prohib. ex quo impediri duobus modis liberam testamenti factionem habemus, metu scilicet, & dolo, qui licet sibi inuicem aduersentur respectu naturæ ipsorum, non tamen sibi aduersantur respectu finis, cùm metus voluntatem impediat, dolus verò nè illa quis rectè vtatur, quæ idem operantur circa liberam testamenti factionem, & in termino, quod contractus possit dici per metum, & dolum factus, nec sint contraria, voluit eleganter Bal. cons. 293. num. 5. vol. 3.

Sed pro Magistratu dicebatur, Fiscum non esse in probatis, nec respectu importunarum precum, nec respectu metus, nec doli, nàm quoàd importunas preces nullus ex testibus exprimit verba, quæ vel à Magistratu, vel ab vxore ipsius, aut filia fuerunt prolata, non enim sufficit, quod sic
25 genericè loquantur, sed † requiritur, quod exprimant verba metum inferentia, ex quibus Iudex possit colligere metum, ad quod adducitur doctrina Baldi in cons. 83. lib. 1. quem refert Cardin. Tusc. tom. 3. conclus. 185. verb. testis num. 4. vbi voluit, testem, qui dicit Vniuersitatem deliquisse, non probare, nisi actus speciales exprimat, quibus possit securè dijudicari, & dùm testes dicunt non recordari verborum ab ipsis dictorum, id callidè actum fuisse, clarè patet;
26 † testis enim, qui interrogatus super aliquo particulari facto, dicit, se non recordari, non probat, Alexa. cons. 74. num. 9. lib. 1. & Bald. cons. 106. lib. 1. dicit, testem, qui deponit super facto, & postea dicit verborum non recordari, posse puniri de falso, *nam quorsum sunt nomina* (inquit Iurisconsult. in l. Labeo ff. de supellect. leg.) *nisi vt demonstrent voluntatem dicentis.* Immò esse communem opinionem Docto-
27 rum, quod † etiam si ipse testator in

genere dixerit, se metum passum, nisi declaret, & exprimat personas compellentium, nihil probat confessio, nihil nocet testamentum, neque hæredi, ità Peregr. de iur. Fisc. li. 2. tit. 6. nu. 25. Immò dicebatur pro Magistratu, non solùm non exprimi verba contra illum à testibus Fisci, sed ex alijs testibus per ipsum productis apparere Magistratus vxorem consolando Generum dixisse Deum Opt. Max. daturum illi sanitatem, nec ità vrgere morbum, vt necessitatem induceret testamentum faciendi, ex quibus, & alijs ponderationibus ex ijsdem dictis testium collectis, illorum dicta falsa demonstrare conatus est Socer.

His addebat, receptissimum esse apud omnes nostros Iureconsultos,
28 probationes † in hac materia debere esse luce meridiana clariores, nec testes singulares, sed contestes fore admittendos, vt tradit Peregr. lib. 2. de iur. Fisc. tit. 6. num. 20. ex l. fin. C. de probation. Farinac. in prax. crimin. tit. de falsit. & simulat. q. 162. num. 71. & sequent. & licet idem Farinac. loc. cit. num. 25. affirmet cum Paris. cons. 67. num. 19. lib. 3. sufficere testes minus idoneos in hac materia, quæ est difficilis probationis; hoc tamen ex Parisio non deducitur, qui vsquè ad num. 19. contrariæ partis fundamenta adduxit, quibus à num. 20. respondet, & concludit probationes in hac specie debere esse concludentes, & luce meridiana clariores, vt latius num. 67. & licet Doctores per Castillum relati lib. 3. controuers. cap. 1. num. 83. in diuersas abierint sententias, alijs affir-
29 mantibus † dolum, metum, siuè prohibitionem adhibitam coniecturis posse probari, alijs verò lucidissimas esse necessarias probationes, affirmantibus, has tamen opiniones conciliari posse affirmabatur, vt scilicet coniecturis possit probari impedimentum prædictum; sed prædictas coniecturas testibus idoneis, non singularibus, nec ambiguis, sed contestibus esse probandas, quod videtur affirmasse Paris. consil. 63. num. 9.

Vt autem testium auctoritatem confutaret, ad ipsorum personas confutandas accessit Socer, in quo non insisto, cùm ad rem non faciat huius decisionis. Sed pro Fisco replicabatur, satis esse luce meridiana clariores probationes, quæ probabant omnia ab ipso deducta; testesquè esse idoneos, Sacerdotem scilicet, Confessarium, & alios.

30 Et † quoad importunas preces, & tradita per Afflict. dec. 69. dicebatur in prædicta decis. exprimi verba, & factũ quod multùm differt à casu isto, ibi enim sic importunas preces describit Afflict. *Et postea maritus stabat supra caput Catherinæ, & posuit faciem suam super faciem Catherinæ, & bis requisiuit rogando ipsam Catherinam, vt vellet sibi domum relinquere; & ipsa nihil respondit, & Scipio prædictus dicebat. Scriui Notaro, che mi lassa la casa; & tandem Notarius eam interrogauit, & ipsa mouebat caput, & tandem precibus importunis Scipionis, qui per ingannum, & dolum intrauit Cameram dictæ testatricis.* Ex quibus manifestum reddebatur non posse adaptari casum illius decisionis ad factum, de quo agitur, & ex hoc nõn obstare illam decisionem, vltrà quod adducebantur multæ aliæ coniecturæ, per quas apertè constabat, testamentum illud non fuisse conditum de voluntate Catherinæ.

Sed hic nulla exprimuntur verba, per quæ importunitas precum probetur; neque signa id significantia,
31 † quemadmodum in casu Consilij Bertrandi, quod est 236. num. 7. vol. 1. quæ sic se habent. *Deponunt enim, quod eis præsentibus dictus Andreas Bernardi dixit cum singultibus, suspirijs, & lachrymis, & cum grandi difficultate sermonis, se esse perditum, & mortuum pro eo, quia præfata eius vxor*

per

per relationem alicuius ex testibus testamentarijs intellexerat, & sciuerat eundem Andream fuisse testatum, & quod in eius testamento aliquid plus reliquerat dicto Petro Bernardi, eius primogenito, & de prima vxore, quàm Gulielmo eius, & dictæ Peronæ vltimæ vxoris filio, & quod ob hanc causam ipsa tàm fortiter exclamabat, & magnas brigas ducebat, quod ipse nihil amplius poterat pro eo, quia eidem comminabatur de abbreuiando dies eius, & quod durantibus illis, nunquàm haberet pacem, aut consolationem, donec, & quousquè aliud testamentum condidisset ad sui ipsius Peronæ voluntatem, cassando, & reuocando dictum primum testamentum; & licet diceret, quod primum processerat ex eius mera, & spontanea voluntate, & quod diù antea proposuerat, & deliberauerat testamentum huiusmodi sic facere, & propterea vellet, quod illud sic maneret, nesciebat tamen quid facere, dicere, aut respondere dictæ eius vxori, & quod propter euitationem abbreuiationis dierum suorum, quam eadem Perona promiserat, & pro habenda pace, consolatione, & euitatione malorum, & melancholiarum infinitarum, quæ, & quas dicta eius vxor idem facere delibe rabat.

Nequè hic habemus, quod dicit Aym. Crauet. cons. 10. num. 17. vbi sic ait. *Tertiò respondeo, quod ista vltima electio censetur facta ob metum ex illa importunitate Præsbyteri, & filij, quærentium, vt sepeliretur in Ecclesia Adextrorum, quia infirma mulier dubitans in extremis derelinqui, facilè annuit potentium votis, ex qua importunitate metus arguitur, Innoc. in c. petitio de iuretur an. Bart. in tract. de tyran. q. 6. Ias. in §. quadrupli col. 8. num. 66. instit. de action. ideò dicit decisio Neapol. decis. 69. col 3. & seq. quod legatum non valet factum marito ad importunas eius preces. Rursus arguitur metus ex illa persuasione, quod vellet Antonia sepeliri in Ecclesia Adextrorum, quæ persuasio vim coactionis habet, l. 1. § 2. in verb. persuadere ff. de seru. corru. l. 4. §. si quis volentem vers. sed, & si volentem ff. de lib. hom. exhib. quæ iura ad hoc propositum citat Soccin. in cons. 263. col. 2. post med. lib. 2 sed vltrà Soccin. allego Oldrad. in cons. 36. infrascripti col. 1. vbi quod suasio plus est, quàm compulsio; Addo etiam Paul. de Castr. in cons. 174. contra superiùs consulta col. 1. lib. 1. Calca. in cons 25. col. 13. in princ. tradit Cur. Iun. in cons. 141. col. pen. & maximè illud procedit in muliere, in qua minor sufficit metus, & maximè, quando ità morbo torquetur, Glos. & Doctor. in c. cùm locum de sponsa.* Ex quo facto oritur, vt non possit allegari illud consilium, cùm non concurrant hic illæ circumstantiæ, quæ in illo concurrebant.

Dicebatur præterea, dato, quod haberemus expressa verba, & quod Fiscus esset in probatis, & probationes essent luce meridiana clariores; Fiscũ non iuuari iuris regulis, & Doctorum sententijs, dùm vult probare, metum fuisse illatum ægrotanti grauiter ex importunis precibus. Nam P. Thom. Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 7. & Castillo controu. lib. 3. cap. 1. num. 154. tradunt, tres fuisse in hac disceptatio-
32 ne Doctorum opiniones, † alijs affirmantibus solas importunas preces incutere metum cadentem in constantem virum. alijs verò preces importunas simul cum metu reuerentiali inducere iustum metum. Alijs tandem dicentibus preces importunas coniunctas metu reuerentiali non inducere iustum metum, quarum opinionum secundam ipse amplectitur, quæ copulatiuè illa duo requirit; hæc dicebatur non esse in casu nostro, in quo nec preces importunæ sunt probatæ, nec preces simplices, sed tantùm secreta allocutio cum Genero, immò nec opinionem Patris Sanchez esse tutam, quia cùm nec preces importunæ solæ sufficientes sint, ad inferendum iustum me-

metum, vt idem Pater Sanchez inibi
33 probat, † nec solus metus reuerentialis sit potens ad annullandum contractum, vt post glos. in l. 1. §. quæ onerandæ ff. quarum rer. actio non detur, & in cap. quamuis pactum de pactis lib. 6. & alios innumeros tenet D. Io. del Castillo quotidian. controu. lib. 3. cap. 1. num. 147. sequitur, vt nec simul iunctæ efficere possint, vt contractus annulletur tanquam metu gestus, quia simul iunctæ hæ circumstantiæ, & requisita naturam non mutant repugnantibus dogmatibus Philosophorum asserentium ex differentibus specie, genus constitui non posse, & similiter Theologorum Schola, qui affirmant ex pluribus venialibus peccatis lætha le peccatum non fieri; singula enim collecta tunc iuuant, quando sunt eiusdem speciei, non diuersæ, de quibus
34 Iureconsultus ait, † quod ex diuersis non fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minor. vnde cùm ex Bart. in l. fin. ff. si quis aliq. testa. prohib. iustus requiratur metus, qui cadat in constantem virum, ad notata in l. metum ff. quod metus caus. sequitur, vt non sufficiat metus reuerentialis, & sic non subsistat opinio Patris Thom. Sanchez loc. cit.

35 Dicebatur præterea † in hac materia metus illati testari volenti, considerandam esse personam testantem, an masculus sit, vel fœmina ad gloss. in cap. cùm locum, de sponsalibus, & Panorm. in cap. fin. de condit. appos. an etiam plurimum subdita, & obediens, an sit vxor, vel extraneus, an deprecans sit persona rigida, tyranna, potens, & solita vindicari, & an in extremo articulo mortis. Nàm fœmina minori metu inducitur, nec tamen requiritur reuerentia personæ, nàm in casu decisionis Afflict. vxor passa est importunas preces à marito, & sic fuit annullata dispositio vxoris in beneficium mariti; in casu verò consilij Alciat. 354. secundùm impressionem antiquam, & 77. secundùm recentiorem impressionem Basileæ, maritus passus fuit importunas preces ab vxore, & tamen dispositio non annulla-
36 tur in beneficium vxoris, quia † non prohibetur hæres esse præsens in testamento, nec interrogare testatorem Alciat. d. consi. 77. num. 6. & quod sit nimis subdita persona, quæ testatur, illi, qui persuadet; considerat etiam Castillo controu. lib. 3. cap. 1. nu. 165.
37 ex quibus omnibus dicebatur † non solas preces importunas, & metum reuerentialem sufficere; sed alias circumstantias esse necessarias, quod scilicet præcesserint verbera, dolus malus, improbatæ suggestiones, & alia, quæ considerantur per Afflict. d. decis. 69. Bertrand. consi. 336. p. 1. Crauett. consi. 10. Paris. consi. 62. volu. 3. Decia. consi. 489. Ruin. consi. 72. vol. 2.

Immò Menoch. consi. 431. vol. 5. nu. 32. & Bertrand. consi. 64. vol. 1. nu. 11. vers. in contrarium, tenent, non solùm metum reuerentialem, & importunas
38 preces; sed † nec minas sufficere ad nullitatem actus, aut testamenti, nisi simul sit probatum ab eo fieri, qui eas exequi solet; quibus erit addendus Roland. à Valle consil. 83. volum. 2. num. 27.

Sed dato, quod importunæ preces sufficerent cum metu reuerentiali, dicebatur, omnes hanc opinionem tenentes, vt importunæ preces interueniant in actu testamenti, illas per plures vi-
39 ces, & † actus reiterari debere voluerunt, vt importunę dici possint. Itâ Sanchez de matrimon. lib. 4. dispu. 7. nu. 8. & post illum Castillo controu. lib. 3. cap. 1. num. 124. Cùm igitur tempore, quo fecit testamentum, Socer non interuenerit, nisi quando ad eundem accessit, inuisendi eum causa, neque vxoris interuenerint preces, neque alterius, nec repetitæ, nec importunę, dici non potest deliquisse Magistratum, nec eius filiam esse priuandam beneficio testamenti.

Ad

Ad id verò, quod dicebatur, Generum voluisse sororem instituere, & hoc non fecisse metu Magistratus, & falsis suasionibus Aduocati, & Procuratoris, vnde effectum fuit, vt vxorem institueret, præterita sorore, quam diligebat; Respondebatur, doctrinam Angeli in l. fin. C. si quis aliq. testa. prohib. locum habere, quando causa allegata à consanguineis testatoris fuit falsa, & impia, falsum enim erat dicere, peccatum læthale committi, si pauperes instituantur, præteritis consanguineis, cùm solùm de præteritione filiorum loquatur Augustinus relatus in cap.
40 quicunquè vult. 17. q. 4. † fauorabilior enim est causa filiorum, quàm Ecclesiæ, vt probat Tiraq. in l. si vnquam verb. libertis num. 90. C. de reuo. don. At in casu istius iudicij, in quo manifesta, & realis est causa, & à suo Aduocato approbata (verum etenim erat sororem esse Ciuem Messanensem, sic etiam donationem illi factam) poterat soror, vel non adimplere legata, vel molestiam legatarijs inferre propter forum Messanæ, & causam possessio-
41 nis mutare † quod facere lex permittit, nàm Iureconsultus iu l. cùm pater §. Titio fratri, ff. de legat. 2. sic ait: *Prudenter autem fecerit, si ex testamento fratris hæreditatem repudiauerit, & intestati possessionem acceperit*. Ex quo fit, vt cùm Doctores exempli-
42 ficent † falsas suasiones, dicant illas esse, quando falsò nunciauerunt mortem fratris, vt illum non institueret, quem sciebant voluisse hæredem relinquere, argument. l. fin. ff. de hæred. instit.

Ad quorum omnium confirmationem adducebat dictum Aduocati Generi Viri probatissimi, & testis Fisci, qui alloquens cum marito sororis Generi dixit, ipsum dubitasse de institutione facienda in personam sororis titulo vniuersali ex causa prætensionis, quam habebat, cui maritus respondit hæc verba: *Io non lascieria la pretensione, che hò per mille heredità, come questa*. & sic apparet parui æstimasse hanc successionem, & hæreditatis institutionem maritum sororis, vnde nullum fuit illi præiudicium illatum, & consilium optimum fuisse.

Ad id verò, quod vltimo loco pro Fisco opponebatur, Magistratum curasse, vt Aduocatus, & Procurator Generi in testamenti factione interuenirent, ad finem, vt ipse vxorem hæredem institueret. Respondebatur ex depositionibus testium, qui pro Fisco fuerunt examinati, & alijs productis per Magistratum apparere illorum assistentiam non posse dici suspectam, neque exindè posse dici adhibitum esse dolum; ad quod facit, quo docet Alciat. d. respons. 77. num. 15. lib. 9. di-
43 cens † tradita per glos. in l. iubemus C. de testam. non habere locum quandò testator fuit interrogatus ab eo, quem sibi assistere rogauit, quo fundamento ipse tuetur interrogationem vxoris, quam instituit hæredem, vndè cùm testator fuerit positus in sua libertate, & ab ipso fuerit cogitatum super impedimentis, quæ nasci poterant si sororem instituebat, sequitur, vt nullo pacto dici possit, ipsum fuisse prohibitum testari, ad quod facit elegans doctrina Bald. in tract. de schismate §. sed in contrarium
44 num. 10. & seq. vbi ait. † *Si consideremus hominem in statu voluntatis conceptæ per se, & simpliciter, iste homo non est totus homo, sed animal, idest intelligentia pura; item homo interior intertus operatur, exterius nihil infundit, ista voluntas non est consensus, idest plurium in idem sensus, & ideo actus, qui regulantur consensum non perficiunt, ff. de pactis l. 1. §. conuentiones, neque aliquem actum humanum complent, ff. de leg. 3 l. fideicommissa, §. 1. ff. de testam. l. is cui, C. fam. herciscund. l. 1. nempè tantum distat fecisse à concepisse, quantum perfectum ab imperfecto, & quantum semen, quod est recon* ditum

ditum in horreo (quod nihil fructificat) ab eo, quod est seminatum in agro, abortum enim facit intentio, si conceptum suffocat in vtero, & non producit in lucem, vndè hanc voluntatem præcisè mentalem (nunquàm exeuntem in actum)abortiuam dico, partus abortiui similitudine.

Fecit igitur abortum voluntas disponendi in sorore de hæreditate, & legandi scutos decem mille vxori, perfectum enim dicitur, quod ipse voluit, hoc est titulus vniuersalis in-
45 stitutionis, nàm † facta institutione, & non dato alio cohærede, etiam si esset limitata dispositio, non attenderetur, stante vltima, ac perfecta dispositione, & hæres scripta vniuersa caperet bona l. 1. §. si ex fundo ff. de hæred. instit. ibi. *Si ex fundo fuisset aliquis solus hæres institutus, valet institutio, detracta fundi mentione.* Vbi Glos. notat, inquiens, erit hæres in totum, non cum cohærede, ac si nihil de fundo dixisset.

Sed quatenùs esset probatus metus, & similiter importunæ preces, diceba-
46 tur † nullo modo testamentum irritari posse, si dolus absit eius, qui ex testamento capit hæreditatem, vel aliter testari prohibet testatorem, Ideoquè dicebatur, Iura pro contraria parte collecta, & exempla à Castillo post Patrem Thom. Sanchez adducta, dolo non carere, nàm in cap. 16. Iudic. vxor ; dolo plena molestabat Sansonem pro reuelando secreto ad finem reprobum. Idem in extrauag. Ioann. 21. de præbend. de extorsione agitur, & sic de dolosa compulsione, vt notant Moderni post Roman. ad l. interpositas C. de transactión. sed & tex. in l. 1. C. de petit. bonor. subl. lib. 10. prohibet importunas petitiones, quæ dolum pariter, & culpam supponunt, & quia qualitates bonorum non erant expressæ, vitium falsitatis continebat petitio, & pariter dolum malum, & sollicitudo, de qua in l. 1. C. de rapt. virg. non caret dolo cùm agatur de virginis stupro, & raptu, & in l. 3. ff. de lib. hom. exhiben. retentio erat culpabilis, ideo non caret dolo. Item in l. 1. §. persuadere ff. de seruo corrupt. ibi, dùm agitur de corruptione serui, est impossibile dolo carere, quæ omnia prosequitur Sanchez de matrim. lib. 4. disp. 7.

Ad quod tandem adducebatur doctrina Panorm. in c. 2. de pecul. cleric.
47 qui † sine dolo actum non irritari voluit, loquens in Monacho, qui testatorem induxit blandis verbis ad sibi relinquendum, & non Monasterio, dicit enim Panorm. *Nota, quod quemadmodum Prælatus alienans tam acquisita per Ecclesiam, debet administratione priuari, vt in c. monemus 12. q. 2. ità, & si fraudat Ecclesiam in acquirendo, & quia acquisita ex redditibus Ecclesiæ appropriat sibi, vel alteri, & hic cadit quæstio, quam formant Doctores in l. quicquid C. arb. tut. quidam volebat relinquere Ecclesiæ certum quid, Prælatus inducit testatorem, vt relinqueret sibi potiùs, quàm Ecclesiæ, numquid Prælatus teneatur Ecclesiæ ad interesse, & quidam dixerunt, quod sic per illam l. quidquid C. arb. tutel. Cynus ibi formando quæstionem in tutore distinguit, quod aut blando sermone induxit testatorem ad relinquendum sibi, & non tenetur, arg. l. fin. C. si quis aliq. testar. prohib. & patet, quod non committit delictum is, qui blandis verbis inducit testatorem ad sibi relinquendum, aut dolo, siuè fraude, & tunc tenetur Ecclesiæ ad interesse. Nota hanc decisionem, quia in contrarium posset induci tex. cum glos. 12. q. 4. quicunquè, nàm si Prælatus potuit acquirere Ecclesiæ, & neglexerit, seù potiùs voluit sibi quærere, tenetur Ecclesiæ ad interesse, ità dicit ibi Glos. quam nota ibi arg. d. l. quidquid, sed distinctio Cyni mihi videtur multum æqua, vt cessante dolo non teneatur, cùm personam suam quis teneatur cunctis præferre*

arg.

arg. c.petitio de iureiurand. & de pœnis dist.2.cap.charitas.

Et ad conf.65.Decia.respondetur, maritus nolebat testari,nisi ab vxore fuisset compulsus,quæ etiam alios con uocauit,vt marito persuaderent,quod testaretur,illi minando, quod si non testaretur, relinqueretur ab vxore. cōprobatur ex l.Lucius §. Sempronia ff.de legat.2.ibi. *Quod dolo eius factum esse dicebat, quominus testatrix volens primo loco scribere eam hæredem, testamentum mutaret*, vndè sequitur, quod cessante dolo non irritatur actus.

Et quatenùs de dolo arguitur Magistratus, quod scripsit vigliettum Aduocato, dicebatur ex lectura illius apparere, nullum dolum fuisse adhibitum, quia si dixit Magistratus. *Aduierta V. S. que como acto tan libre el del testamento no assista persona, que à mi, ni al Signor . . . . . toquen, y por cierto, que fuera mejor, que el testamento fuesse çerrado, que abierto.* Iustum enim fuit, dùm voluit, nè ex parte ipsius aliquis etiam interueniret.

48 Dicebatur vltimò † non esse prohibitum, vt Titius Seium ab instituto amoueat, quod desumitur ex l. si quis affirmauerit ff. de dolo, & si Angelus obtinuit in casu proposito in l.fin. C.si quis aliq.testa.prohib.non id fuit,quia consanguineis esset vetitum causam propriam, etiam aduersus pauperes commendare,sed quia decipere testatorem voluerunt, supponendo illicitam esse pauperum institutionem, nàm alias pugnaret cum doctrina Odofr. in d.l. fin. C. si quis aliq.testa. prohib. vbi notat, quod si vxor volebat instituere fratres minores,& maritus vxori representauit, se illis esse pauperiorem, sicquè vxor propositum mutauit, & maritum instituit, quod testamentum, & institutio legitima fuit,quia non fuit adhibitus dolus, & fraus,sed verba persuadentia,quæ non nocent, etiam mixta cum metu reuerentiali; ideoquè doctrinam Angeli esse limitandam, vt procedat, quando dolus intercessit tantummodò, vt notat Ias.in d.l.1.num.4.& Ruyn.conf.2. num. 10. vol. 2. Peregr. d. lib.2.tit.6. num.12.Hierony. Gabr. conf.99.vol. 1.& latiùs omnibus Castillo lib.3.c.1. num. 183.

49 Immò † non solùm dolum requirũt iura, & DD. sed dolum malum, adeò vt non moueant falsæ suggestiones, si contineant bonum dolum, exemplum dant DD. in eo, qui supposuit testatori volenti instituere hæredem personam turpem, mortuam esse, Bald.in l. 1.num.17.C.si quis aliq.testa. prohib. quem citat Peregr. vbi supra num. 9. Sed dolus malus debet interuenire, proùt Paul. de Castr. consil. 231. lib.2. considerat dolum malum illius, qui persuaserat adulto, qui fuerat eius pupillus, vt se hæredem institueret omissa sorore, ex qua institutione, non solùm resultabat exclusio sororis, sed etiam fraus in administratione adhibita excusabatur, & quod requiratur dolus malus, adducitur text.in l.1.§.1.vers. persuadere ff.de seru.corrupt.ibi. *Nàm, & bonum consilium quis dando potest persuadere, & malum, & ideò Prætor adiecit dolo malo.*

Ad id verò, quod ponderat Fiscus ex dicto Aduocati, & Procuratoris, quod interrogasset Gener, si poterat reuocare testamentum;Respondebatur nullum ex hoc argumentum posse sumi,ex quo deduci possit ipsum non habuisse, tùnc temporis voluntatem disponendi in beneficium vxoris,sed voluisse id scire,propter alios fines.

Et postremò adducebatur fides Illustrissimi Proregis Ducis Ossunæ, affirmantis ipsum mandasse Procuratori fiscali, vt accederet ad carceres M. C. & ex illis traduceret Generum ad

Ca-

Castrum, vt matrimonium potuisset celebrari in faciem Ecclesiæ, sicuti etiam Custodibus, vt quoties à prædicto Genero vocaretur Notarius, illum vocarent, & ingredi facerent, si in sano iudicio esset, vt ex fide prędicta, cõstat. ibi. *Y sabido el negocio mande al dicho Procurador Fiscal que fuesse al Castillo y visitasse el dicho. . . . . y se le hallasse en su libre Iuizio, ordenasse à las guardias, que siempre, que pidiesse Notario para qualquier auto, que se le llamasse, y truxessen, però que si le hallasse delirante, les dexasse orden, no lo permitiessen entrar Notario, ni hablar con persona ninguna*. Ex quibus omnibus apertè constare dicebat, nullum pro parte ipsius fuisse adhibitum impedimentũ, quin testari potuisset, si voluisset.

Et ad id, quod dicebatur, matrimonium fuisse contractum, vt fauorem Magistratus obtineret, & quod hæc fuerat petra angularis scandali, respondebatur, matrimonium fuisse contractum data notitia, & obtenta licentia ab Illustrissimo Cardinali Auriæ, tùnc Regnum Siciliæ Regente, & data notitia Suæ Maiestati, qui Illustrissimus Cardinalis testatur hoc, & addit rationem, quia matrimonium fuit conueniens vtriquè parti, sic inquiens. *Y se passò adelante en el dicho tractado del matrimonio, y se concluyo, y dela conclusion, y del tractado di quenta como tengo dicho arriba à Su Magestad por carta si no me engaño del primero de Hebrero, como tambien me affirmò el dicho . . . . . . que lo hauia hecho, y me mostrò la carta, que escriuia de la conclusion del casamiento, que lo tuue por bien para ambas partes*.

Et tandem dicebatur, non solùm vera non esse, quæ aduersus illum opponebantur, sed in contrarium ex pluribus apparere de libera voluntate Generi, & quod nunquàm fuerit coactus, nequè dolosè inductus ad instituendum vxorem.

Primò enim dicebatur, Generum testamenti tempore fuisse in Castro Regis, vbi Custodes, & si corpus tuebantur, nè à carceribus aufugeret, tuebantur etiam, nè vis fieret liberæ illius
50 menti, & † vbi adest Princeps, omnis cessat metus, vt inquit Imper. in L. 1. C. de his, qui p met. Iud. nõ appel. & Iure cõs. in l. nõ est verisimile ff. q met. caus.

Secundò, quia tempore, quo Gener fecit testamentum erant cum Socero omnes agnati, cognati, affines, amici,
51 & famuli Generi præsentes, † quod facit cessare omnem metum, & liberam fuisse voluntatem, docet Bart. in l. fin. nu. 4. ff. si quis aliq. testa. prohib. vers. ad tollendum, quem sequitur Farinac. in tract. de fals. & simula. q. 163. nu. 83. de quo plura per Boer. dec. 100. nu. 2.

Tertiò, quia post testamentum vixit
52 per dies vndecim, & † non solùm non reuocauit testamentum, sed per duos codicillos confirmauit illud, & procurationis actum fecit in personam alterius Magistratus, vt prædictam Dominam desponsaret in vxorem suo nomine ad not. per Socci. Iun. cons. 148. nu. 48. li. 2. Paris. cons. 67. nu. 78. lib. 3. Farin. de fals. & simulat. q. 161. num. 85.

Quartò considerabatur paupertas prædictæ Dominæ, quæ vxor erat, & ipse Gener diues, non habebat descendentes, nequè ascendentes, ad quod faciunt, quæ Imperator dicit in auth. prę
53 terea C. vnd. vir, & vxor, vbi voluit † vxorem, vel maritum pauperem succedere in bonis vxoris diuitis, vnà cum liberis, non enim decet ægestate laborare maritum vxoris diuitis, nequè vxorem mariti diuitis, & verba text. in c. 1. de notis feudorum, ibi. *non enim æquum est, quem videre agentem, quem priùs habuit in coniugem, vel amicum*.

Quintò, quia adhuc viuens, & sanus testator destinauerat donare fratri eius vxoris duc. viginti mille, quod noluit permittere Gener.

Sextò, quia non solùm vxorem insti-

instituit, sed plura legata reliquit, non solùm Socero, sed & familiæ, & alijs.

Septimo, quia coniuges non habentes filios solent se inuicem instituere, vt mutui amoris signa ostendant. Quibus omnibus perpensis, atquè consi-
54 deratis † fuit Magistratus absolutus, quia non fuerat probatum crimen, vt diximus.

SVMMARIVM.

1 *Rex, contra quem de crimine opponitur, an admittendus ad Regni administrationem.*

2 *Officialis delinquens, ab officio suspendi debet.*

3 *Promoueri non debet is, contra quem aliqua pendet inquisitio.*

4 *Miles creatus, pendente lite de libertate, exauctorandus est.*

5 *Lite pendente super nobilitate, non cessat solita contributio.*

6 *Dignitates gradatim considerantur.*

7 *Infamis apud bonos viros non est ad honores promouendus.*

8 *Inquisitio non impedit perpetuò promotionem ad honores.*

9 *Dispositio c. omnipotens de accusat. cessat, si non fit legitimè processum.*

10 *Impedimentum personale tempore electionis oppositum, non suspendit votum.*

11 *Appellatione pendente à sententia priuationis, potest officium exerceri.*

12 *Instantia Syndicatus perempta, non potest vlteriùs quis de gestis in officio sindicari.*

13 *Officialis, an, & quando de gestis in officio sindicari possit.*

14 *Terminus ad accusandum à lege praescriptus, currit etiam Fisco.*

15 *Inquisitionem, quæ præcedere oportet.*

16 *Querela extraiudicialis ad generalem inquisitionem sufficit, non ad particularem.*

17 *Gesta cum consilio Consultoris, non subiacent sindicatui.*

18 *Decretum Supremi Senatus.*

ARGVMENTVM.

Pendente iudicio inquisitionis, aut visitationis, an possit inquisitus ad aliud officium promoueri, & quid si Iudex inquisitionis multùm immoretur in formanda inquisitione.

DECISIO XVII.



Dùm ageretur de prouidendo officium Præfecti militię Ciuitatis Caietæ, quod vulgariter nũcupatur Capitaneus ad guerram, inter cæteros ad hoc munus exercendum propositus fuit quidam strenuus miles, qui in Regno Sicilię Straticoti Ciuitatis Messanæ munus exercuerat, quiquè nomine Proregis cùm Vicarij titulo, & potestate aduersus delinquentes per totum Regnum Inquisitoris munere functus erat, de cuius gestis in dicto Regno Siciliæ in vtroquè munere, cùm plures querelæ ad aures Magistratuum Regiorum peruenissent, earum Suæ Maiestati notitia data fuit, vndè motus gloriosissimus Rex noster Philippus III. inquisitionē

 fieri

fieri mandauit, destinato ad id munus exercendum D. Ioanne de Torres Syracusano, nùnc Catanensi Episcopo, fuit dubitatum nunquid pendente hoc iudicio visitationis possit promoueri ad hoc officium. Et pro parte negatiua adducebatur Imperatoris Alex. rescriptum in l. 1. C. de reis postul. lib. 10 *Reos* (inquit Imperator) *criminis postulatos nouos honores appetere non debere, antequàm purgarint innocentiam suam & à Diuis Parentibus nostris, & à me sæpè rescriptum est.* Vbi Luc. de Pen. nu. 3. qui proponit quæstionem, & ad partes disputat † in Rege, an possit admitti ad Regni administrationē, si illi fuerit aliquod crimen oppositum antequàm se purget; & licet referat fuisse decisum in Curia Romana, vt non per hoc interdicatur ei administratio; tamen rationes pro contraria parte faciunt contra officialem promouendū, sicut aliæ fauēt dignitati regali, & quæ capitur à sanguine. Id etiam Papin. respondit in l. libertus §. in quæstionibus & Paul. in l. lutius §. idem respondi si per accusatorem ff. ad municip. *In quæstionibus* (inquit Papinianus) *nominatos capitalium criminum ad nouos honores ante causam finitam admitti non oportet. Cæterum dignitatem pristinam interim retinent.* Et Paulus ait. *Idem respondi si per accusatorem criminum capitalium non stetisset quominus crimen intrà statutum empus persequeretur; reum non debuisse medio tempore honorem appetere*, & Martianus in l. reus delatus de muner. & honor. ait. *Reus delatus etiam ante sententiam bonores petere principalibus constitutionibus probibetur*, per quem tex. dicit Boer. decis. 150. num. 15. † fuisse suspensum ab officio, quendam Consiliarium Regium, ex quo commiserat falsitatem, quod etiam Summi Pontificis auctoritate statutū est; is enim in cap. omnipotens de accus. ait, *valdè graue est, vt vir, de quo tanta, & talia nunciantur (cùm ante re-*

quiri, & discuti debeant) bonoretur, cuius tex. decisione corrigitur quod Vlpian. decreuit in l. rescripto §. si quis accusatorem de muner. & honor. vbi inquit, *si quis accusatorem non habet ab bonoribus probiberi non debet, quemadmodum nec is, cuius accusator destiterit.* Nàm † etiam ille, qui accusatore caret ad dignitates promoueri non debet; si tamen aut denunciatus fuerit, aut contra ipsum inquiratur, grauata est enim eius opinio, vt interim non debeat promoueri, vt inquit gloss. in d. cap. omnipotens, ponderando verba tex. in verb. nunciantur, vbi ait, *sic ad vltimam partem tituli pertinet, cùm etiam aliquis accusatur, aut denunciatur, aut etiam inquiritur.*

Hanc conclusionem ampliat D. Regens de Ponte de potest. Proreg. titul. de elect. offic. §. 5. num. 3. procedere etiam si tantùm fuerat accusatus, nàm interim non debet ad nouos honores promoueri, ad quod allegat tex. in l. reos criminis C. de infamib. lib. 10. & l. vnica C. de reis postul. eod. lib. Immò num. 4. ait, *& qui habent malum nomen non debent ad officium eligi.* Ibique multa alia ad materiam tradit, quod etiam sequutus fuit Mastrill. de magistratib. lib. 2. cap. 9. num. 2. & seq. & num. 9. subdit, *eoque magis pendente processu criminali.*

Ad quod etiam adducebatur argumentum ex tex. in l. qui de libertate ff. de liberal. caus. vbi † litigans de libertate, si se lite pendente militem faciat, debet exauctoritati, quod supplet Azeued. ad l. 2. num. 9. tit. 7. lib. 3. nou. recoll. dicens, *idest militia remotus à castris eyci*; & licet in conclusione principali teneat non esse suspendendum ab administratione officij illum, qui de aliquo crimine est imputatus; attamen doctrinam illam procedere dicebatur in eo, qui exercitium habebat officij, non autem in eo, qui illud non habebat, sed petebat. His addatur quod notat Bart. in l. si quis

ff. de

ff.de testamentis, vbi dicit. *Et nota quod accusatus de crimine famoso pendente iudicio, dicitur infamis de facto.* & postea subdit. *Et ista est ratio, quare pendente processu non admittitur ad dignitatem, vt ibi suprà dicit, quia infames de facto non admittuntur ad dignitates l.2.C.de dignitatib. lib.12.*

5 Vlterius dicebatur, quia † durante lite super nobilitate tenetur reus delatus contribuere, si antè inquietationem non fuit in possessione nobilitatis, vt post Menchac.lib.2.controuers. illustr.cap.87.num.18.Couarr.var.resol.lib.1.cap.16.num.11.Guttier.practicar.quæst.lib.1.q.25.num.23.tradit Ceuallos comm. contr. comm. vol.2. quæst.831.

Sed hæc conclusio non procedit in eo, qui est officialis perpetuus, & fuit de aliquo crimine accusatus, nàm cùm reperiatur in dignitate constitutus habet pro se iuris præsumptionem, nec dicitur nouos honores acquirere,
6 nàm † licet inter dignitates constituātur gradus, ita vt ad superiorem detur ascensus ex reg. tex. in l. vt gradatim ff.de muner.non tamen nouos dicitur acquirere honores, sed gradus superiores, & cùm lex superiùs alleg. vnic. de reis postul. de nouis agat honoribus, non videtur prohibitus ascensus, quemadmodum inter Angelos, licet sint inter se diuisi ordine Hyerarchiarum, prout sunt Angeli, Archangeli, &c. hoc est ratione ministerij, & secundùm nostram intelligentiam, sunt tamen inter se æquales diuinæ fruitionis, & gloriæ, & licet obstare posset quod dicitur in d. l. libertus §.in quæstionibus, quod pristinam dignitatem retinent, & nouos honores acquirere non possint, intelligendum est de ministris temporalibus, nō perpetuis.

Item quando proceditur ordinariè, ac quod facit quod dicit Bart. in l. si quis ff. de testam. vbi sic ait. *Et potest dari alia solutio, quia ad nouos honores ibi aspirat, iura autem antiquitus habita retinet.*

Pro parte verò visitati dicebatur, regulam prædictam non procedere contra ipsum, nàm licet durante accusatione non est aliquis ad officia promouendus, hoc est intelligendum primò
7 non procedere, nisi † quando visitatus vel notatus de aliquo crimine est effectus infamis apud bonos, & probos viros, tradunt Doctores in cap.meminimus de accusat.quem cæteri sequuntur, & post multos Felyn.in d.cap.omnipotens de accusat. num. 2. Nauarr. cons.6.& 7. num.6. tit.de accusat.lib. 5. vbi testatur hanc esse communem sententiam, quod respectu personæ, de qua agimus dicebatur non esse verificatum, neque sufficere dicebatur rumorem, siuè famam fuisse apud aliquos nàm adhoc, vt aliquis ab honoribus arceatur, requiritur, vt sit illa infamia de qua loquitur Gloss. in cap. qualiter & quando de accusationib. verb. ad inquirendum, hoc est quod sit infamia iuris, & facti, & hanc non concurrere in isto casu dicebatur, sed fortius
8 stringendo dicebat † non debere visitatum perpetuò hoc impedimento laborare, cùm multi menses præterijssent à die, quo literæ Commissoriales factæ fuerunt pro recipiendis testibus, nec infrà tot mensium spatium fuerat certiorata S. M. de gestis per Visitatorem, ex quo arguebatur ipsius innocentia, nam eadem iura, quæ prohibent ipsum promoueri, tempus præfixerunt; l. enim reus delatus, limitat tempus per annum, inquit enim Iureconsultus. *Nec interest plebeius, vel decurio fuerit, sed post annum, quàm reus delatus est, petere non prohibetur? nisi per ipsum steterit, quo minus causa intra annum expediretur.* Et idem expressum est in l. Lucius Titius §. idem respondi si per accusatorem ff. ad munici pal.ibi; *quo minus crimen intra statutum tempus persequeretur, reum non debuisse medio tempore hono-*

rem appetere : idemquè affirmarunt gloff.in d.S. idem refpondi in 3. intelle&tu,Innoc.in cap.accufatum de fimonia ibi, *In alijs autẽ delictis dabitur annus,* Io.de Plat.in l.1.C.de reis poftul. lib.10.vbi fic ait.*Instãtiæ autem huius causæ fauore Reipublicæ hoc casu statutus est annus, vt in casu singulari in l.reus delatus ff.de munerib.& honorib. licet aliàs instantia causæ criminalis sit biennium l.fin. supra,vt infra certum tempus, & si causa infra annum non sit expedita, potest post annum admitti ad honores,nisi steterit per accusatum d.l.reus,& hic in gloss.fin.* Lancellot.de attentat. par. 2. cap.5. num.33. ibi, *nisi sit lapsus annus, quia post annum assumi potest ad tex.in l. reus ff.de munerib. & honorib.* Vndè cùm iam tranfiffet annus, nequè per ipfum fteterit, quin Iudex potuerit proceffum formare, immò ipfo à Regno Siciliæ abfente,dicebat non effe repellendum ab honoribus,

9 Addebat his tertiò † non effe feruandam regulam cap.omnipotens, & aliorum iurium prædictorum, quando non eft proceffum fecundùm iuris formam ad tex. in cap.meminimus de accufat. per quem Felyn. in d. cap. omnipotens,& Nauarr. d.conf.6.& 7. dicunt optimè fuiffe prouifum, nàm cuiquè pateret via optimos quoque impediendi, nè ad honores afcenderent, fi fola accufatio, vel inquifitio benè, vel malè inftituta fufficeret ad repellendum aliquem à profecutione officiorum.

Item dicebatur pro ipfo facere quod ait Auendan. in cap.19. prætor. num. 22. in fin. & num.25. ad fin. vbi
10 voluit † non effe repellendum à votando illum, qui dum in aliqua electione votaret fuit illi oppofitum aliquod impedimentum ex defectu per-
11 fonæ. Et idem dicit † fi quis per fententiam fuit priuatus, & appellauerit, quia poteft interim officium exercere, quod hoc in cafu maximè confiderandum videbatur, cùm de geftis in officio Straticoti Ciuitatis Meffanæ patu erit fyndicatui, & refpectu officij Vicarij Generalis omnia gefferit cum confilio Confultoris dati fibi à Prorege, à quo fuerunt omnia approbata.

Et quantum ad primum de fyndicatu dicebatur, hanc nouam accufationem fuiffe inftitutam poft triennium, à fententia abfolutoria Sindicatus, cuius inftantia durat quinquaginta diebus,vt in l.prima,vt omnes Iudices tam ciuiles, quam militares l. Confiliarios C. de affeffor. S. neceffitatem in auth.vt Iudices fine quoquo fuffra-
12 gio † quo termino tranfacto non poffe fyndicari de geftis in officio non folùm in loco adminiftrationis, fed nec in propria patria dixit glof. in l. 2. verb.actio ff.ad l.Iul. repetund.Bald.in l.obferuati S.proficifci nu.3. q.3. ff. de offic.proconf.Abb.in cap. penul. de Iudicijs, vbi Imol. & Cardinal. dicunt ita obtinuiffe in praxi, Anto. Gom. var.refolut.lib.3.cap.1.num.23.in fin. vbi dicit,ita quotidie practicari. Hanc opinionem communem dicunt Clar. poft Boffium in ptaxi crimin.S.fi.q.51. num.6.Azeued.ad l.20.num.5.& l.23. num.13.tit.7. lib.3. nouæ recoll.Paz. in praxi par. 8. in prohemio num. 11. tom. 1. Guttier. Pract. quæft. lib. 1. q. 41. & ex practicis, qui tractarunt materiam fyndicatus Cataldin. in tract.fyndicatus quæft.290.num.184. Amod.in eod.tract. num.178. Par. de Put.in S.an fi poteftas num.13.& S.officialis finito officio num.1.Auila in tract. fyndicatus cap. 3. gloff. num.3. Auend. in cap.prætor.par.1.cap.9.nu. 2.& in refponf. 3.num.5.Bouad.in fua Politica lib.5.cap.3.num.134. verf. lo contrario, vbi dicit id femper practicari, quidquid in contrarium aliqui fenferint, qui dicunt vfque ad 40. annos poffe fyndicari Iudices Io: de Platea in l.ordinariorum num. 3. C. de cohortalibus lib.12.Greg.Lop.ad l. 6.

tit. 4.

tit.4.pag.3.verb. *ellos despues*.

13 In hac tamen controuersia † tres sunt opiniones. Prima, vt possit officialis conueniri in loco administrationis, & in patria. Secunda, vt nec in loco administrationis, nec in patria, vt dicti Doctores allegati tenent. Tertia, vt non possit conueniri in loco administrationis, possit tamen in patria, quam tenet Bald. in l. 2. num. 5. ff. ad l. Iul. repetund. Angel. in l. filiusfamil. num.7.ff.de Iudic. Montal. ad l.6 tit.4. par.3. quod nedùm procedere parte querelante, sed etiam per viam visitationis, dixit idem Bouad. in Polit.

14 lib.5. cap.1.num.170. Nàm † quoties lex præscribit terminum ad accusandum de aliquo delicto, remanet præscriptus actus non solùm parti, sed fisco, ita tradunt Angel. num.1. Salice. num.3. in l. quærela C.de falsis Franciscus Balb. de præscript. 4. part. 4.par. principal. quæst.2.num.6. quia officiũ Iudicis succedit loco accusationis, & præscribitur eodem tempore l. diuus la 2.ff.de custod.reor. quam Alberic. inibi commendat ad hoc, dicens alibi non reperiri Anton.Gom lib.3. variar. resol.cap.1. num.6. vers. quod extende, Bouad. in eius Polit.lib.5.cap.1. num. 174.

Quæ omnia procedere dicebat etiã in officio Vicarij, de quo loquitur tex. in l.1.& 2.C.de offic. Vicar. lib.11. ex verbis edicti Imperialis l.Vn.C. vt omnes Iudices tam ciuiles, quàm militares, & de officio Cap. ad Guerram, loquitur tex. ibi, cùmq; è post regressum ab administratione officij Vicarij fuerit facta relatio omnium in dicta commissione gestorum, & omnia fuerint approbata, sequebatur, vt nullo modo possit impediri consultatio in officio, nec procedi possit contra ipsum.

15 Immò dicebat † fuisse grauatum à Supremo Consilio tàm in mandando, quod procedatur ad inquisitionem contra eum, quàm etiam in modo, quia non præcesserat summaria inquisitio, nec aliqua parte petente, vnde contra solitam seruari formam à iure statutam erat processum. Nauarr. cons.6.num.4. in tit. de accusat. lib.5. Marsil. in prax.S. constante num. 33.& cons.2.num.23.& cons.110. num.11. vbi dicit Doctores omnes ita affirmare Boss. in tit. de inquisit. nu. 2. Fulgos. cons.175.num.1. qui de generali consuetudin. testatur Iul. Clar. in prax. crimin. S. fin. q.20 vers. ad formandum, qui communiter ita intelligi asserit, Mascard. concl.351.num.1. etiam si liberè inquiri posset, semper enim debet intelligi præcedentibus indicijs, & nõ alias glos. in cap. 1. in verb. inquirere quam sequuntur Bal. & cæteri DD de offic.ordin.

Neq; sufficere dicebatur extraiudi-

16 ciales quærelas, & informationes, † quia sufficiunt ad faciendam inquisitionem generalem, non autem particularem, ità ex Innoc. in cap. bonæ memoriæ el primo num.4. de electione Bald. in l.edita nu. 30. C.de edendo, & post alios Iul.Clar in prax.crimin. S. fin. q. 5.vers. scias etiam, & sequentib. cùm certum sit huiusmodi denunciationibus, & memorialibus absquè subscriptione non esse deferendum, nequè concedendam inquisitionem, nisi iudicialiter petatur cap. inquisitionis de accusat. Alber. lib.2. de statut.q.120. num.32. Iul. Clar. S.fi.q.5.num.4. Angel. in l. ea quidem num.5. C. de accusat. Segura in director. Iudicum p.2.c. 3.num.4. & 10. Bouad. in Polit.lib.5. c.1.nu.174. Pinel. in auth. nisi triennale num.16. vers. facit secundò. C.de bon. mater. quod satis clarè apparere dicebatur, cùm infrà tanti temporis decursum, & ipsius à Regno Siciliæ discessum nullus libellus, nulla querela aduersus ipsum fuerit proposita in Supremo Italiæ Senatu. Vnde sequebatur non fuisse processum contra ipsum iuris ordine seruato, & per consequens nec habere locum aduersus ipsum dicta in cap. omnipotens de

accusat. nec posse vltrà progredi contra ipsum, eo magis cùm per se constet ipsum tam in officio Straticoti processisse cum consilio Iudicum stratioralium, & in officio Vicarij cum consilio consultoris à Prorege destinati obtinuisse literas liberatoriales, ideoquè non posse syndicari teste Bal. in rub.C.de pœn.Iud.qui malè iudicauit, vers. quæro nunquid potestas, & in l.mancipia num.3.C.de seruis fugitiu.Fœlin.in cap. Pastoralis num.7. in fin.de Iudic.Alex.cons.65.num.7. lib. 1.Salic.in l.fin.C.de pœn.Iud.qui malè iudicauit Iaf.in l.si conuenerit ff.de re Iudic.

18 Visis omnibus prædictis † fuit resolutum, non obstare contra prædictum strenuum militem processum inquisitionis, quin possit proponi in occasionibus officiorum Suæ Maiestati, ex quo elapsi erant duo anni, à die, quo fuerat iniunctum Proregi, vt inquisitionem formaret contra ipsum, sicuti ante lapsum temporis prædicti fuit difficultatum.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficiorum ad solum Pontificem, & ad eius Episcopos attinet.*
2 *Beneficium Ecclesiasticum quid sit.*
3 *Laicus an possit conferre beneficia Ecclesiastica.*
4 *Reges Franciæ, sede vacante, beneficia conferunt.*
5 *Iuspatronatus ecclesiarum à laicis possideri non prohibetur.*
6 *Beneficia Ecclesiastica, quæ sunt de iurepatronatus Regis in Regno Neapolitano, pro vna vice debent conferri Regnicolis, pro alia ad beneplacitum Suæ Maiestatis.*
7 *Et hoc idem intelligitur de Episcopatibus, cæterisque ecclesiasticis dignitatibus.*
8 *Beneficium vacat morte beneficiati.*
9 *Etiam sequuta morte ante adeptam possessionem.*
10 *Collatio facta statim, tribuit ius beneficiato.*
11 *Decretum Supremi Senatus.*

ARGVMENTVM.

Beneficium, an intelligatur vacare per mortem beneficiati, etiam si non ceperit possessionem, & an Prioratus Ecclesiæ Sancti Nicolai in Ciuitate Bari sit compræhensus sub concessione beneficiorum facienda Regnicolis alternatiuè.

DECISIO XVIII.

Vacante Prioratu Ecclesiæ Sancti Nicolai Episcopi, quæ intus Ciuitatem Barensem in eiusdem Sancti honorem est constructa, cuius collatio ex Pontificia largitione, & antiquissima possessione, spectat ad Regem nostrum Philippum, vti Regem Regni Neapolis, tanquam Ecclesiæ illius patronum per obitum D. Fabij Grisonis Patritij Neapolitani, Sua Maiestas illud contulit in personam D. Ferdinandi Aragonij Sacri Neapoli-

politani Consilij Consiliarij, & inuictissimi Regis Ferdinandi Catholici pnepotis,& in eius personam fuerũt expeditę litterę patentes,cum quibus ex hac Regali Curia discessit,cũq;dũ Neapolim appusinet anteq̃ possessionẽ caperet,immò antequã à triremi in terrã descenderet mortuus esset, actum fuit de electione Prioris in Supremo Italię Senatu,in quo fuit hæsitatumrAn electio deberet fieri ex regnicolis, vel exteris ab inclito Rege Catholico pro obseruantia Capitulorum Regno concessorum,quibus statutum est, vt beneficia conferantur regnicolis pro medietate,& pro alia ad beneplacitum, pro cuius articuli resolutione. fuit de tribus articulis actum.

Et Primò, an Prioratus prædictæ Ecclesiæ sit beneficium Ecclesiasticũ, vel simplex cappellania.Secundò,an sit compræhensus inter Beneficia,quæ ex Regiæ Maiestatis concessione sunt conferenda vna vice regnicolis, altera vero ad beneplacitum. Tertiò, an vacauerit per obitum prædicti D. Ferdinandi Aragonij, qui decessit antequàm caperet possessionem prædicti Prioratus.

Quòad primum dicebatur. Prioratum istum esse quandam cappellaniam maiorem à Rege constitutam,vt Prior præsit clericis in ecclesia prædicta ministrantibus, idquè ex eo apparere dicebatur, quia à Rege confertur, qui cùm laicus sit, conferre beneficia non potest,quæ sunt merè spiritualia,vt habetur in cap. decernimus de iudicijs

1 † Collatio enim pertinet ad Summum Pontificem,& ad Episcopos, vt voluit Duar.tract.de benef.& ad ea pertinentibus lib. 3. cap. 1.& 4. tom.1. 2.part. qui tamen corrigendus erit dùm in c. 1.ait nõ posse secundùm antiquos Canones Romanum Pontificem prouidere aliquem de beneficio extrà suam Diœcesim (inquit enim,) *Cùm ergo Pontifex Romanus secundùm antiquos Canones in alterius ecclesiis neminem ordinare,idest ad ministerium Ecclesiæ promouere possit*, satis perspicuum est *ex his,quæ secundi libri c. 3. diximus, ecclesiastica beneficia totius Orbis ab eo conferri non posse*, nàm licet Diœceses fuerint distinctæ etiam Apostolorum temporibus, & in Concilio Nicœno de hac re fuerit actum, vt testatur Baron.Annal.tom.3. anno Domini 325. fol 297. lit. B. & Episcopis competat beneficiorum collatio, sicut & hodie illam habent, non tamen fuit Romano Pontifici hoc prohibitum, cuius supra alias Ecclesias summa semper potestas fuit, vt diximus in Parhænesi. ad Regem Angliæ.

Sed quod Prioratus prædictus sit

2 beneficium fundabatur ex eo, quod † beneficium secundùm eundem Duaren.d.tract.de benefic.lib.2.cap.4. est res ecclesiastica,quæ sacerdoti, vel clerico ob sacrum ministerium vtenda in perpetuùm conceditur,& dum diffinitionis prædictæ partes declarat nè dubium faceret, quod redditus non sunt res ecclesiasticæ.Subdit. *Dicitur ecclesiastica,quod ea bona Deo,& ecclesiæ dicata,consecrataquè sint,ex quibus huiusmodi redditus constant*, (& paulò post ait,) *quia tametsi prouentus sacri non sint,sed prophani, tamen sacro ita cohærent muneri, vt separationem non recipiant,c.1.c.si quis obiecerit 1. q. 3. cap. ad nostram de Simon. &c. vltimo de rescript. in 6.*

Nec refragatur, quod dicitur, collationem ad laicum spectare mi-

3 nimè posse, quia † hanc potestatem à Summo Pontifice obtentam longissimi, & immemorabilis temporis vsus comprobauit, quod nullam admittit controuersiam,ex cap.1. de præscript. lib. 6. & Duaren. d. tract. de benefic.

4 lib. 3. cap. 11. qui affirmat † Reges Franciæ, dùm ecclesia pastore vacat, omnia conferre beneficia, quæ illo tempore durante vacant,quod eo magis in casu isto affirmandum erat, cùm Rex noster habeat acquisitum ius

istud

istud ex dotatione, & iure patronatus, cum multa donauerint prædecessores eius Ecclesiæ prædictæ. Nàm licet ius patronatus videatur non posse pertinere ad laicos; quia spirituale est, non tamen est de his spiritualibus, quibus laici incapaces omninò sint, vt tradit Cabed. de patronatib. Regiæ Cor. c. 1.
5 num. 4. ideoquè † Summorum Pontificum ordinatione capaces sunt laici iurispatronatus, de quo est tex. in cap. si verò de iurepatron. glos. & DD. in cap. quantò de Iudic. & Couarr. in reg. possessor, 2. p. S. 10. num. 2. deducit idem Cabed. ibid. num. 1. vt animosius laici ad dotandas, & construendas cappellas festinent, ex Abb. & Felyn. tradit eruditissimus D. Io. Aloysius Riccius Canonicus Neapolit. collect. 488. in fin. & decis. 141. par. 3.

Ex quibus constat non esse simplicem cappellaniam, sed beneficium Ecclesiasticum.

Quoàd secundum artic. dicebatur hunc Prioratum esse de comprænhensis in concessione facta Regno, Capitula enim Regno concessa loquuntur de omnibus beneficijs, & prioratibus, quę ad regiam pręsentationem, & collationem spectant, proùt apparet ex verbis capituli per Regem Catholicum Regno concessi anno 1587. die 30. Ianua-
6 rij † quæ leguntur inter capitula Ciuitati, & Regno concessa fol. 58. quæ sic se habent. *Item perche verisimile cosa è, che l'ecclesie del Regno, sono state fundate, edificate, e dotate da regnicoli con intento per Regnicole beneficiate d'esse ecclesie quelle si regessero, e gubernassero, & al presente gran parte d'esse sono collate à forastieri, del che seguita danno all'ecclesie, e li denari del Regno si consumano extra di quello, con iattura della Regia Corte, e delli Regnicoli, & oltre l'altri danni, li Regnicoli vedendo li beni dell'ecclesia godere li forastieri, che si doueuano donare, & beneficiare all'ecclesie. Per tanto supplicano V. C. M. si degni concedere a' Regnicoli tutti li beneficij del Regno, quali spettano à collatione, seu præsentatione di quella qualunque volta vacaranno, e dell'altre la M. V. si degni fare ogn'opera opportuna, & necessaria con la Santità di N. S. e con gli altri à chi spettarà, che le prelature, beneficij, e comende del Regno cuiuscunquè ordinis, nominis, & dignitatis, sempre che vacaranno si conferiscano a' regnicoli, e non a' forastieri, e nel concedere di detti beneficij V. M. habbia consideratiòne di prouidere d'alcuni di quelli all'huomini della Terra doue siano detti beneficij, pure che siano habili. Placet Reg. Maiest.* Et licet non fuerit seruatum Capitulum prædictum vt omnia beneficia obtinerent Regnicolæ, fuit tamen postea seruatum aliud Capitulum concessum Ciuitati Neapolit. & Regno, vt Episcopatus, & alia beneficia pro vna vice concederentur Regnicolis, pro alia verò ad beneplacitum Suæ Maiestatis, vt patet ex cap. 29. fœlicis recordationis Caroli V. Imperatoris, edito in anno 1554. fol. 156. cuius tenor talis est. *Si supplica ancora, che per il buon regimento della salute dell'anime, e delle Chiese si degni V. M. di gratia spetiale prouedere Regnicoli, e naturali di tutti l'Arciuescouati, Episcopati, Abbatie, iuspatronati, tutte Prelature, che spettano alla presentatione, & collatione di V. C. M. Placet Cæsar. & Cath. Mayestati in beneficijs præsentandis, seruari inuiolabiliter alternatiuam, proùt, & quemadmodum in capitulis superiùs calendatis fuit concessum, & declaratum, & insuper naturales Regnicolas repertos habiles, & idoneos erit curæ gratificari, etiam in his, quæ sunt de Regio beneplacito.*

Quibus addendum est etiam aliud Capitulum Inuictissimi Philippi Secundi editum 25. Ianuarij anni 1557. cuius verba sunt quæ sequuntur fol. 158. à terg. *E similmente di tutti beneficij, Arciuescouati, Abbatie, & ius patronati, e Prelature del Regno spettanti alla*

ti illa præsentatione, e collatione della M.C. prouedere li prefati Napolitani, e Regnicoli, oriundi &c. Quo vero ad beneficia ecclesiastica, videlicet Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatias, Prioratus, Canonicatus, præbendas, & cætera beneficia, quæcunquè spectantes, & spectantia ad collationem, seu nominationem, & præsentationem à Cæsar. Maiestat. conferantur pro medietate Regnicolis, & pro alia ad beneplacitum, & cùm vacauerint alternatim prouidean ur, prout seruatur in Regno Siciliæ vltrà farum, hoc videlicet modo, & forma quod beneficia per exteros quomodolibet vacantia Regnicolis conferantur; cùm verò per Regnicolas vacare contingerint prouideantur ad Cæsar. & Cathol. M. arbitrium. Et idem fuit dispositum in cap. 1. eiusdem Philippi secundi Regis nostri anni 1561. fol. 165.

Ex quibus omnibus capitulis tàm in supplicatione, quàm etiam in con-
7 cessione habemus † alternatiuam comprehendere tàm Archiepiscopatus, & dignitates, & beneficia, in quibus Rex noster habet ius præsentandi, quàm etiam illa beneficia, & dignitates, in quibus habet ius conferendi, & per consequens Ptioratum, qui tàm sub nomine beneficij, quàm dignitatum comprehendi potest.

Quoad tertium articulum, an hodie sit vacans Prioratus per obitum supradicti D. Ferdinandi ante captam posses-
8 sionem, cùm certùm sit † beneficium per mortem beneficiati vacare de iure, & de facto ex iuribus, & doctrinis allegatis, per Hieronymum Gonzales ad reg. 8. Cancellar. de mensibus, & alternatiua glos. 15. §. 1. num. 2. dubium faciebat, quod prædictus D. Ferdinandus non cepisset possessionem, ideoquè non teneri Suam Maiestatem conferre illud Regnicolis, sed cui vo-
9 luerit, † in quo articulo Rebuff. cons. 48. sic ait. *Respondeo, tenet collatio licet possessio non fuerit capta, quæ non requiritur*, cuius opinionem probauit insignis Mart. Nauarr. in tract. de orat. cap. 8. num. 29. vbi sic ait: *tunc quia mortuo, prouiso ante quæsitam possessionem beneficij vacat illud per eius mortem*, per tradita per Put. dec. 360. num. 1. & 5. lib. 2. & alios quos sequutus est Gonzales ad reg. Cancellar. 8. glos. 15 §. 1. num. 24. qui num 33. subdit hæc verba. *Quo circa licet prouisus de aliquo beneficio decedat ante apprehensam possessionem dicitur vacare per illum beneficium*; & idem voluit Nicol. Garsia in tract. de benefic. 4. par. cap. 2. in princip. & num. 14. vbi subdit: *Et ideo vacat beneficium per mortem impetrantis, quia signata supplicatione ante literarum expeditionem decessit*, ad quod allegat decisionem Rotæ, licet contrarium seruari in Cancellaria affirmet quando supplicatio tantùm est signata, cuius quidem conclusionis il-
10 la est ratio, quia † per simplicem collationem beneficiatus ius acquirit in illo, ita ex cap. fin. de concess. præbend. lib. 6. dixerunt Domini de Rota decis. 87. in antiquis num. 2. & Couarr. variar. resolut. lib. 3. cap. 16. num. 1. respondendo interrogationi an possit quis habere ius in beneficio, qui adhuc possessionem minimè acquisiuerit, ita inquit. *Quantum ad primam partem attinet receptissimum est sola canonica collatione absquè traditione possessionis, eiusquè appræhensione ius in ecclesiastico beneficio acquiri, ipsamquè collationem ius in re tribuere*, licet requiri acceptationem dicat.

Ex quibus decisionem huius casus apertè liquere dicebatur, nàm non solùm fuerat collatum beneficium, & ab ipso D. Ferdinando acceptatum, sed expeditus titulus collationis in ipsum factæ de prædicto Prioratu. Vnde dicebatur prædictam Ecclesiam vacasse, & per consequens esse conferendum Prioratum prædictum Regnicolæ.

His omnibus discussis in Supremo Italiæ

21 Italiæ Senatu in anno 1623. fuit † rescriptum Excellentissimo Duci Albæ Proregi Regni, vt proponeret Suæ Maiestati etiam exteros, cuius nominatione recepta incidit aliud dubium, fuit enim dictum collationem fuisse nullam in personam prædicti D. Ferdinandi, quia non erat legitimus, nec constabat de dispensatione Summi Pōtificis. Vnde Supremum Consilium proposuit omnia Suæ Maiestati, & per ipsam fuit electus Reuerendissimus D. Franciscus Salutius Episcopus Motulæ, ob eius virtutes, & singularem in sanctum deuotionem.

SVMMARIVM.

1 *Rex habet plenitudinem potestatis.*
2 *Dilatio in præiudicium creditorum à Principe concedi solita, est effectus absolutæ potestatis.*
3 *Dilatio solutionis modicam affert læsionem.*
4 *Lex præfert aliquando posteriorem anteriori creditori.*
5 *Creditor ex causa funerum impensæ potior est cæteris, licet anterioribus.*
6 *Princeps posteriorem creditorem præferre potest anteriori.*
7 *Quod differtur non aufertur.*
8 *Debitor primo venienti soluere potest.*
9 *Nec solutum posteriori auocari potest ab anteriori.*
10 *Hypotheca in pecunia an consideretur.*
11 *Dilatio quinquennalis in præiudicium non concurrentium conceditur.*
12 *Hierosolymitanæ Religionis causa licet iura transgredi.*
13 *Mora modici temporis non potest magnum continere damnum.*
14 *Princeps partem in modico lædere potest sine citatione.*
15 *Modica læsio potest à Principe sine causa inferri.*
16 *In principe non causa, sed persona consideratur, cui voluit Princeps succurrere.*
17 *Princeps priuatorum bona ex publica causa auferre potest.*
18 *Pacis causa publicam continet vtilitatem.*
19 *Causa publica sufficit, vt anterioribus creditoribus præiudicari possit.*
20 *Decretum Supremi Senatus.*

ARGVMENTVM.

Princeps an possit mandare, ùt satisfiat posterioribus creditoribus, non obstantibus Iuribus anteriorum creditorum, quando est cautum anterioribus creditoribus & concurrente iusta, & rationabili causa.

DECISIO XIX.

ILlustrissima Religio Sancti Ioannis Baptistæ Hierosolymitana vti creditrix Illustrissimi Principis Buteræ libellum obtulit Augustissimo Regi nostro Philippo, & ab eo petijt, vt mandaret Iudici delegato creditorum dicti Principis, vt quantitates sibi debitas ex annuis redditibus, siuè censibus (vt Siculi dicunt) debitis, solui mandaret dictæ Religioni, non obstantibus

bus Iuribus anterioriorum creditorum, quibus erat Religio tempore inferior.

Pro fundamento suæ intentionis dicebat, Suam Maiestatem hoc posse
1 facere, ex quo † habet plenitudinem potestatis, & ideo mutat rerum naturas l. 1. C. de rei vxor. action. & potest facere, quæ sibi sunt placita, vt in c. cuncta per mundum, & c. nùnc verò, & c. per principalem 9. q. 3. l. 1. ff. de const. Princ. l. delegati ff. de pœn. Luc. de Penn. in l. prædia C. de locat. præ-
2 dior ciuil. lib. 11. † ex quo fonte manauit potestas concedendi dilationem debitori, in præiudicium creditorum suorum l. quoties, & l. vniuersa C. de precib. Imperat. offerend. c. vniuersi 25. q. 2. Rebuff. tract. de litteris dilat. annalibus, & quinquennalibus, Thesaur. decis. 91. nu. 2. & decis. 186. & ra-
3 tio est, quia † Princeps differendo, modicè lædit, vt diximus post Hostiens. in summa de rescriptis §. quas vires vers. potest autem ad rubr. de Const. Princ. c. 1. num. 65.

Suadebatur id secundò ex eo, quia si lex potest præferre creditorem posteriorem anteriori ex causa iusta, & rationabili tantò magis Princeps, qui est lex animata.

4 Quod lex faciat, probatur, quia † præfertur posterior, qui dat pecuniam pro refectione domus, & nauis, vt habetur in l. interdùm ff. qui pot. in pign. habean. & in auth. de æqual. dot. §. his consequenter. Item ex Principis rescripto præfertur mulier posterior, habens tacitam, creditoribus anterioribus habentibus tacitam pro consequutione dotis l. assiduis C. qui pot. in pign. habean. & qui scripturam habet publicā, etiam si posteriùs sit creditum ipsius præfertur habenti priuatam, etiam si sit anterior l. scripturas C. qui potior. in pign. habean.

Sic etiam in impensa funerum, quæ alienum est æs l. impensa ff. de relig. & sumpt. funer. cum alijs relatis per Dynum in Reg. qui prior de reg. iur. in 6. Angel. in l. priuilegia num. 3. cum seq. ff. de priuilegijs credito. ex his affirmabat Luc. de Penn. in l. prædia C. de locat. prædior. ciuil. vers. vige-
5 simo lib. 11. † Principem posse creditorem posteriorem præponere creditori, anteriori, cuius verba hæc sunt. *Lex animata excessiuè potentior est inanimata lege in auth. de consulib. §. vltimo, & plenè scripsi suprà de expensis Lud. l. 1. in glos. magna q. 2. & infrà dicetur, sed in contractibus priuatorum, putà in pignoribus, & obligationibus ei datur persequtio rei obligatæ secundùm iustitiæ debitum, cui primò noscitur obligata, suprà qui potior. in pign. habeant. l. si fundum, & tamen ex causa in pluribus casibus, lex inanimata priori creditori, hanc iustitiam tollit, & dat eam secundo, quod notat Dyn. de reg. iur. qui prior lib. 6. ergò eadem ratione Rex, qui est lex animata, & potentior lege scripta, & inanimata, poterit ius quæsitum ex sua donatione priori donatario tollere, illudquè in secundum ex secunda donatione transferre, si hoc viderit Reipublicæ expedire, illumquè iudicauerit digniorem, non est ergò dubitandum, quod potior est secundus.* Hæc Lucas de Penna, cuius doctrina procedit in casu fortiori, vt scilicet præferatur secundus priori; Religio autem hoc non petit, vt à posteriori auferatur, sed vt creditoribus anterioribus differatur solutio, quibus certum est posse satisfieri in annis sequentibus cùm pingue sit patrimonium, nàm
7 † quod differtur non aufertur l. destitisse ff. de iudic. c. 2. in fin. 50. distinct. eò magis, quia Religio offerebat cautionem in casu, quo non possit creditoribus anterioribus satisfieri; certum
8 est enim † debitorem posse primo venienti creditori soluere, quod potuisset facere Princeps, si bona non essent sub Iudicis administratione ex l. fin. §. & si præfatam, vbi Bart. & alij C. de Iur. deliberan. l. si non expedierit §. 1.
9 ff. de bon. auctorit. Iud. possid. † Neque credi-

creditor potuisset impugnare prædictam solutionem, & auocare à creditore pecuniam solutam, ita decisum fuisse per Sacr. Conc. per sententiam nomine Regio prolatam testatur Afflict. decis. 190. Paris. cons. 69. num. 2. volum. 4. Capyc. decis. 78. num. 1. & 2. Couarr. practicar. quæst. c. 29. num. 2. & communem affirmat Menoch. cons. 25. nu. 1. & licet hoc patiatur aliquam controuersiam respectu creditorum
10 cum hypotheca, † cùm & super pecunia consistat hypoteca l. idemquè §. fin. ff. qui potior. in pign. hab. l. si fundus §. in vendicatione ff. de pign. Hoc procedit quando pecunia extat, secus si est consumpta, vt patet in d. decis. 190. per Afflict. collecta.

Dicebatur præterea non esse hoc
11 mirum, quia si lex † concedit dilationem quinquennalem debitori in præiudicium creditorum non concurrentium ex l. & suum hæredem §. fin. iuncta l. maiorem ff. de pactis pro salute, & beneficio vnius personæ, tantò magis erat concedendum Religioni, cuius beneficium publicam respicit vtilitatem, & plurimorum commodum, &
12 † pro Religione Hierosoly. transgredi posse iura, tractatur enim de publica vtilitate dixit Felyn. in c. 1. n. 49. vers. fallit septimo de constit. eò magis quia non agitur de toll. Iur. quæsit. nec de graui, & considerabili damno, sed de modico, ad quod ponderabatur lex quoties C. de precib. Imper. offerend. Ibi. *Sine graui alterius dispendio*. vbi Bar. &
13 alij scribentes notant, & † quod in mora modici temporis non possit esse magnum damnum habetur ex l. si debitori de Iud. vnde est quod rescripta Principis debent intelligi absquè graui præiudicio alterius partis, & sic quando rescriptum læderet in modico partem, non est necessaria citatio, quia Princeps potest in modico sine citatione partem lædere, ita Bald. in Rubr. de re-
15 script. n. 5. Ideoquè † in casu isto non est necessaria causa, sed sufficit voluntas l. quoties C. de precib. Imperat. offeren. Anton. Butr. & Abb. in c. quæ in Ecclesiarum de Constit. quia agitur de modico præiudicio secundùm Dinum in Reg. possessor, de reg. Iur. in 6. Gab. lib. com. opinion. tit. de Iur. quæsit. non tollend. concl. 1. num. 24. & sic
16 in Principe † non causa, sed persona consideratur, cui voluit Princeps succurrere l. ex pluribus ff. de administr. tutor. Angel. in l. priuilegio ff. de priuileg. creditor. & sic Regula, quod creditor anterior preferatur posteriori, fallit in 8. casibus.

Sed licet posset Princeps hanc gratiam Religioni concedere absquè causa, & sufficiat eius voluntas, cùm vt dictum est modici sit præiudicij ex prædicta l. quoties C. de precib. Imper. offeren. Anton. de Butr. in c. quæ in Ecclesiarum de Constit Din. in Reg. possessor, de reg. Iur. in 6. Bart. in l. 2. nu. 1. C. de seruit. Abb. in c. de quarta de præscription. Anton. Gabr. com. conclus. tit. de Iure quæsit. non tollend. conclus. 1. vers. 6. limita. hoc tamen casu non solùm considerari poterat causa sufficiens ad illam obtinendam fauore Religionis, cùm maxima sit ratio, quæ pro Religione facit, sed etiam aderat causa publica, quia timebatur inuasio Turcarum ad expugnandum Insulam Melitensem, quæ est propugnaculum fortissimum totius Italiæ, &
17 præsertim Regni Siciliæ, quo casu † Princeps potest auferre bona priuatorum l. lucius ff. de euict. l. item si verberatum §. 1. ff. de rei vendic. Bald. in l. benè à Zenone C. de quadrien. præscrip. & in l. conuentionum ff. de pact. vbi voluit posse remitti damna illata subditis
18 ex causa pacis, † quia consideratur publica vtilitas, quæ in pace consistit, quod latius diximus in Rubr. de Constit. Princip. c. 1. num. 59.

Et quod fauendo Religioni S. Ioan-
19 nis consideretur causa publica, † quæ est sufficiens tollere ius creditoribus, adducitur auctoritas Tiber. Decian. respons.

responſ.51.num.24.vol.3.ibi. *Septimo conſidero, quod hæc exemptio fuit conceſſa ob benemerita iſtius Ordinis in Eccleſiam, & totam Rempublicam Chriſtianam ex eo, quod contra immanes Turcas, & infideles ſtrenuè pugnant, & corpora ſua morti audacter obijciunt, multumquè ſanguinis effuderũt, & effundunt, vt etiam conſiderat Pariſ.conſ.*44. *nu.*20. *vol.*4. *vbi loquitur in ſpecie de priuilegijs conceſſis huic Reuerendiſſimo, & Illuſtriſſimo Ordini, quæ quidem benemerita iuſta ſunt cauſa immunitatum, & exemptionum, vt notat Bart. in l. ambitioſa col.* 2. *verſ. quæro vtrum liceat decurionibus ff. de decret. ab ordin. faciend. vbi latè Alexand. in Apoſtill. & conſ.*30. *vol.*5. Et paulò poſt num.28.ſic ait. *Atqui nulli dubium eſt priuilegium hoc eſſe conceſſum Vniuerſitati, ideſt Ordini tam illuſtri, & ob publicam vtilitatem, nempè ob tutelam totius Chriſtianæ Reipublicæ, ergo non poteſt dici, quod per illa verba generalia, priuilegiati, & non priuilegiati huic priuilegio derogatũ cenſeatur.* Idem ſcriptum reliquit Marc. Anto. Surg.de Neapol. Illuſtr.cap.27. num. 32. vbi de eadem Religione loquens ſic inquit. *Vnde quia ipſa Hieroſolymitana Religio de vniuerſa Chriſtiana Republica ſemper eſt optimè merita, Rex noſter illam ſibi perpetua ſocietate iunxit, quod plus eſt quàm ſi fœdere, vel confœderatione iunctus eſſet, vt propterea vnicum corpus ſit cenſenda cum ſuis conſilijs*, & paulò poſt *ob quam fœderationem, & corporis vnitatem, Rex noſter in ſuis Regnis omnia priuilegia dictæ Religionis ipſius Equitibus ſeruari mandat, vigilanterquè intenditur, vt ſeruentur, quod cum alijs religionibus, putà Diui Stephani, Diui Iacobi, Diui Lazari, & ſimilibus obſeruari non videmus.* & diximus ſupra deciſ.8. num.14.

Ex his igitur omnibus die 13. Auguſti 1614. fuit per Suam Maieſtatem reſcriptum Proregi, Religionem eſſe cæteris creditoribus etiam anterioribus præferendam, & illi iniunctum, vt curaret ſatisfieri prædictæ Religioni de toto eius credito infra duos annos per Deputatos bonorum dicti Principis Buteræ.

SVMMARIVM.

1 *Princeps teſtatorum voluntates tollere non poteſt.*

2 *Teſtandi poteſtas eſt de iure gentium.*

3 *Reſcriptum Principis eſt à iure regulandum.*

4 *Princeps ſubeſt legibus.*

5 *Princeps alterius dominium tollere non poteſt.*

6 *Nec etiam de plenitudine poteſtatis.*

7 *Poteſtas abſoluta an detur in Principe.*

8 *Populus Rom. nunquam fuit vſus poteſtate abſoluta.*

9 *Princeps, ex cauſa publicæ vtilitatis, vti poteſt plenitudine poteſtatis.*

10 *Princeps de plenitudine poteſtatis, teſtatorum voluntates mutare non prohibetur.*

11 *Princeps maioratuum diſpoſitiones mutare poteſt.*

12 *Princeps ex legitima cauſa, maioratui derogare poteſt.*

13 *Item alterius dominium tollere.*

14 *Cauſa legitima, quæ ſit ad maioratus mutationem inducendam.*

15 *Cauſa non præſumitur, ſed probari debet.*

16 *Impenſæ vtiles in maioratu non probibentur, non obſtante vinculo.*

17 *Cauſæ publicæ, & maioratus vtilitates ſemper intelliguntur exceptæ.*

18 *Princeps, vt alios remuneret, poteſt agnatos à feudi ſucceſſione excludere.*

19 *Princeps alienum dominium ab ipſo conceſſum tollere poteſt.*

20 *Res de facili ad ſuam reuertitur naturam.*

21 *Princeps an poſſit feudorum mutare naturam in præiudicium ſucceſſorum.*

22 *Feudum in dubio præſumitur hæreditarium*

Ee tarium

tarium in Regno Neapolitano.
23 *Alienatio feudi hereditarij assensum Regis tantùm requirit, non agnatorum.*
24 *Princeps absquè causa, fœminas admittere potest ad feudorum successionem in preiudicium agnatorum.*
25 *Consultatio Supremi Senatus cum Regia approbatione.*
26 *Agnati sunt citandi, quoties de eorum agitur interesse.*
27 *Fallit si Princeps vti velit potestate absoluta.*
28 *Item in casu quo possit inuito preiudicium inferri.*
29 *Item si sciens, non posset, aut verisimiliter contradixisset.*
30 *Maioratus diminutio ex causa concessa, an sit reficiẽda ex fructibus eiusdem maioratus.*
31 *Decretum Supremi Senatus.*

ARGVMENTVM.

Princeps testatorum voluntates circa fideicommissa, & maioratus an possit mutare, alterare, aut illis derogare; Et an possit id facere non citatis interesse prætendentibus, & casu quo possit, an ex alijs bonis sit satisfaciendum maioratui?

DECISIO XX.



Llustrisimus D. Hector Pignatellus Senior Dux Montisleonis, vir sua ętate celeberrimus quem ad componendas exortas in Siciliæ Regno seditiones, Inuictissimus atquè Augustissimus Quintus Carolus misit, vt illo in Regno præsideret, suasquè vices gereret, facultatem ab eodem Cæsare obtinuit erigendi in maioratum Ciuitatem Montisleonis, & alia bona feudalia, ac burgensatica, quæ continentur in diplomate super hoc expedito sub die 29. Decembris 1526. in Ciuitate Granatæ, in quo prohibuit alienationem bonorum prędictorum, masculos vocauit ab ipso descendentes exclusis fæminis, & in defectum illorum masculum de familia Pignatella, qui esset proximior vltimo morienti. Possidente nunc Ducatum prædictum D. Hectore Pignatello Iuniore, quem ob eius eximiam virrutem, post Præsidatum Cataloniæ Principatus integrè, & supra ætatem prudentissimè, ac magna virtute gestum. Philippus Tertius Regum maximus domui Serenissimæ eius Filiæ Reginæ Franciæ nuptui tradendæ Aloysio Galliarum Regi, verè Christianisimo, & gloriosissimo Principi præposuit, & oratorem apud eundem Regem designauit, qui inquam petijt à Sua Maiestate facultatem, atquè licẽtiam alienandi tot annuos redditus ex ijs, quos percipit ex maioratu prædicto pro capitali ducatorum centum mille, non obstanre fideicommisso prædicto, cui pro dicta quantitare Sua Maiestas derogare dignaretur, pro quo assensu, ac alienandi facultate obtinenda, duas proponebat causas, alteram, quæ bonum publicum, alteram verò, quæ ipsius maioratus beneficium respiciebat. Prima erat, vt oneri sibi imposito cõcomitandi Serenissimam Reginam Franciæ ab hoc Oppido

do Madriti vsquè in Gallias, eiusquè Regiæ domus præfecturam, nec non legationi magno cum splendore, quo decet exercendi, satisfacere posset, quibus muneribus perficiendis, maximæ erant pecuniæ expendendæ, prout talem virum in tali, ac tanta occasione decebat, præsertim cum accederet ad Regnum illud, & Ciuitatem, multis, ac maximis opibus, Regalibusque magnificentijs, & excellentissimorum procerum copioso numero refertam. Secunda erat proxima, ac certa spes eam assequendi dignitatem, quæ apud omnes Regis subditos maxima est, & semper fuit, vt inter Castellę proceres, quos Grandes appellant, cooptaretur, quæ sibi, ac futuris in maioratu prædicto successoribus maximum erat splendorem allatura, pro qua obtinenda, multò maiores sumptus essent faciendi, quàm si Maioratus fundator scire potuisset consequuturos fuisse illius successores, absquè dubio alienationē pro causa, & quantitate relata, minimè prohibuisset.

Ex huiusmodi ergò duobus principijs, Regis nempè obsequio ob causam publicam, & Maioratus vtilitatem deducebat facultatem esse concedendam, pro cuius petitionis resolutione cum diligentia, & studio fuit negotiū pertractatum, & de tribus articulis discussum.

Primus, an Dominus Rex possit testatorum voluntates in fideicōmissis, & maioratibus mutare, alterare, vel illis derogare.

Secundus, an illud possit facere non citatis interesse habentibus.

Tertius an in casu, quo facultas concedatur sit ex alijs bonis satisfaciendum Maioratui.

Quoad Primum Articulum, dubiam reddebat Ducis petitionem receptissima conclusio: Principem † scilicet
1 non posse testatorum voluntates immutare, aut tollere, de quo est casus in l. si testamentum C. de testam. habet enim vnusquisquè licentiam de suis rebus in vltima voluntate disponendi, vt testatur Imperator Constant. in l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. testandi
2 † enim potestas, & de rebus suis disponendi est de iure gentium, vt tradit Fulgos. in d. l. si testamentum, & cons. 61. col. 2. quod pluribus comprobat Peregr. de fideicom. art. 52. num. 117. Dec. cons. 357. num. 5. & cons. 608. nu. 5. Cæphal. cons. 111. num. 38. & cons. 186. num. 37. Ruin. cons. 80. nu. 7. lib. 3. Paris. cons. 9. num. 50. lib. 2. Alber. Brun. cons. 15. num. 15. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. num. 32. Bartholo. Romul. in tract. de testat. præcept. bona extra familiam alienari prohibent. num. 230. cum seq. Melch. Palaez. tract. maiorat. p. 2. q. 1. num. 55.
3 debet † enim rescriptum Principis à iure regulari ex reg. tex. in l. rescripta C. de præcib. Imp. offer. & in l. si quando C. de inoffic. testam. non enim est pręsumendum: Principem velle iura tolle-
4 re, † qui se legibus subditum esse testatur l. digna vox C. de legib. & diximus ad rubr. de Const. Princip. c. 2. & Peregr. loc. cit. num. 119. & 120. cuius quidem rei potissima est ratio, quia Prin-
5 ceps non potest dominium alterius tollere; nàm licet modus acquirendi sit de iure ciuili, ipsius tamen acquisitio est de iure gentium, vt post Bart. num. 6. Iason. num. 44. in l. ex hoc iure ff. de iust. & iur. & alios plurimos DD. diximus ad d. rubr. de Consti. Princip. c. 1. num. 50. quæ conclusio nedùm in fideicommissis procedit, sed in specie illam firmarunt in maioratu D. Præs. Couarr. var. resol. lib. 3. c. 6. nu. 3. vers. contrariam sententiam. Melchior Palaez in tract. maior. par. 2. q. 1. num. 52. & seq. Molin. de primog. Hispan. lib. 1. c. 8. num. 31. Peregr. de fideic. art. 52. num. 116. Canedo inter decis. Lusitan. decis. 51. p. 2. nu. 10. Ferdinand. Mendot. disput. iur. ciuil. lib. 1. c. 5. num. 36.
6 & 37. qui nec † etiam de absoluta potestate id facere posse affirmat aduers.

Paul.Castren.in d. l. si testamentum C.de testam.cum & ipse † absolutam neget in Principe potestatem,eam scilicet,quę omnia,quęcunquè velit permittit,quam & Couar.var.resolut.lib. 3.c.6.nu.8. & Arius Pinell. in rub. C. de rescind.vend.c.2. nu,25. in humanis Principibus negant, & Fortun. Garf.in l.Gallus §. & quid si tantùm de liber.& posth.nu.290. plenam peccandi potestatem appellat,& Tyrannidem Alciat. resp. 23. num.11. lib.5.& post alios plures Ioannes Parlador. rer.quotidian.lib.2.c.fin.§.7. num.10.
8 p. 1. qua † nunquam vsum esse Populum Romanum affirmauit Bald. in tit. de pac.constant.§. libellariæ num.3.& nos diximus ad rubr.de const.Princip. c.1.nu.77.& seq.& suprà decis.5.n.67 cum seq. non enim licet Principi omnia quæcunq; vult facere, sed ea, quæ debet;nam quę facta lædunt pietatem, existimationem,verecundiam,& vt generaliter dixerim, quæ contra bonos mores fiunt, nequè nos facere posse credendum est, quæ verba sunt Papiniani in l.filius,qui de condition.institut.quibus similia sunt, quæ dixit Callistrat.in l.fin.ff.ad l.Iul.de vi priu. Ibi. *Non puto autem nec verecundiæ,nec dignitati,nec pietati conuenire quicquàm non iure facere*.

Ex quibus, quoad hanc potestatem attinet,cum Ferdin.Mendoc.concordamus, quemadmodum illum repræhendere non dubitamus,dum citato loco num.38. minus rectè iudicasse dicit Neapolitanum Senatum referente Afflict.decis.128.nu.12.quem viris eruditis refertum nostræ legalis scientiæ professores,& præsertim Hispani, vnico ore fatentur, & venerantur, & quo ad potestatem absolutam, licet eam negemus in Principe, negare ta-
9 men † non possumus illum aliqua ex causa publicæ tamen vtilitatis posse facere,quæ regulariter non facit, cùm Iure consultus dicat in l. 1. ff. de præscript.verb. plura sunt negotia quàm vocabula, & cùm omnia exprimi non possint,aliquid erat arbitrio remittendum illius,cuius totius Reipublicę defensio, & gubernatio committebatur. ideoquè legitima subsistente causa, tunc non iura tollit, aut illis derogat; sed ex commissa sibi à populis potestate Princeps illa interpretatur,at què declarat, vt tradunt post Couarr. in reg.peccatum §. 11. num.3. & in Epithom.de sponsal.secunda parte c. 6.§. 9.nu.3.& 4.Dominicus Soto lib.1. de iust.& iur.q.4.art.4.& seq. & Menoch. cons.100.num.105.& nos diximus ad rub. constit. Princip. c. 1. num.45. & seq. & ex his dubia reddebatur petitio Ducis.

At pro parte ipsius dicebatur Principem, & si regulariter non possit testa-
10 torum voluntates mutare, id † tamen de potestatis plenitudine facere posse plurimos ex nostratibus affirmare, quos allegat Peregr.de fideic. art.52. num.121.vbi latè rem pertractat, & in maioratu Molin. de primog. Hispan. lib.1.c.8. nu.28.

Secundò adducebatur auctoritas D. Præsidis Couarr. cit. 6. variar. re-
11 solut.lib.3. vbi affirmat † Principem posse maioratuum dispositiones, & clausulàs limitare, & illis derogare, si Regia facultate sint instituti, proùt in casu isto, in quo de re feudali erat erectus maioratus,& tàm illius institutio, quàm omnes illius clausulæ fuerant Principis auctoritate firmatę,& sine cuius consensu,dispositio nullum sortiri poterat effectum ad tex.in c.1.§.donare, qualit. olim feud. pot. alien. & Constitut. Constitutionem diuæ memoriæ,quod sequitur Greg. Lopez ad l.3.tit.13.p.6.col.10.vers.sed in quæstione nostra,immò;& Principem id facere posse etiam si maioratus non fuerat illius auctoritate institutus affirmat idem Gregor.Lopez loc.cit.cuius quidem decisionis ratio illa esse potest,quod licet Princeps non possit alterius dominium tollere, ex causa tamen

men id facere potest, vt omnes citati
12 DD. fatentur, & in † maioratu præsertim affirmant Molin. de primogen. Hisp. lib. 1. c. 8. num 31. & 32. & Pater Molin. de iust. & iur. disput. 649. in princ. qui causa legitima subsistente in republicæ, vel maioratus vtilitatē id facere posse affirmat, & licet ex eius dictis colligatur, non quamlibet sufficere causam, & in casibus, qui exprimuntur ad demonstrandum quando teneatur, vel nè ad emendam damni, quod maioratus patitur, non conueniat: tamen concordat, legitima subsistente causa id facere posse. Hanc autem dicebat Dux in casu suo duplicem esse, vtilitatem scilicet publicam, & maioratus augumentum; ideoquè dispensationem esse concedendam Molin. de primog. Hisp lib. 4. c. 3. n. 1. publicam vtilitatē esse accessum cum Regina Franciæ ad Regnum illud (vt in principio diximus) in quo maxima vtilitas publica verfabatur, vt tantæ Reginæ Philippi Augustissimi Regis nostri filiæ assisteret, & inseruiret vir optimis ornatus moribus, & virtute præstans, qui contractam pacem foueret,
13 atque augeret. Quod autem † ex publicæ vtilitatis causa, possit Princeps alterius dominium contra eius voluntatem auferre, tradunt Iureconsulti in l. item si verberatum §. 1. de reiuendic. in l. lurius ff de euiction. in l. quod semel de decret. ab ordin. facien. l. vt gradatim §. reprobari ff. de munerib. & honorib. & DD. à nobis adducti in rubr. de constit. Princ. c. 1. num. 59. & tradit Melchior Palaez in tract. de maiorat. p. 2. q. 1. num. 61. & 63. vbi dicit, Principem tanquam administratorem Reipublicæ id facere posse, & idē asserit Mattienz. ad l. 7. tit. 7. glos. 5. lib. 5. nouæ recollect. & Ioseph de Sese in tract. de inhibit. iust. Arag. cap. 1. §. 5. num. 45. & seq. qui huius causæ pu-
14 blicæ exempla adducit, & † publicam esse causam dicit, si ad bellum accedere velit, vel vt Regi in aliqua expeditione deseruiat, proût erat in casu isto. nàm vt Regi nostro inseruiret in sibi iniuncto munere, eo splendore, atquè decore, vt occasio petebat, plurimæ
15 erant erogandæ pecuniæ, & † licet causa non præsumatur, sed probanda sit, vt Molin. tradit d. lib. 1. c. 8. nu. 32. non tamen indistinctè hoc seruatur, sed negotij qualitas, & verisimilitudo consideranda erit, vt per eumdem loc. cit, & hic notoriam esse dicebatur, vnde omnis probatio cessabat.

Vtilitatem autem maioratus esse dicebat, gratiam, quam ob accessum prædictum sperabat, quæ postea suum obtinuit effectum, quod scilicet ipse, & eius successores in Ducatu Montisleonis, & alijs rebus maioratui subiectis inter Hispaniæ proceres, quos Grādes appellant essent ascribendi. Quod
16 autem † impensæ pro vtilitate maioratus, non obstante vinculo sint faciendæ tradit Molin. de primog. Hispan. lib. 4. c. 3. num. 2. & Molin. de Iust. & iur. tract. 2. disp. 649. num. 2. verb. altero verò modo.

His ergo sic iactis fundamentis, dicebat Dux non obstare quæ in principio dicebantur; nam ad id, quod dicitur Principem non posse immutare conditiones maioratus, Respondebatur, non habere locum, legitima, & hac publica, siue vtili maioratui subsistente causa, sicuti etiam dominium tollere hoc casu posse, cum in eo nec absoluta vtatur potestate, sed, vt reipublicę administrator faciat, iura interpretando; Intelliguntur enim in contrarium adducta, quando Princeps id faciat ex proprio arbitrio, & absque rationabili causa.

Ad illa verò, quę dixit Molina Theologus, d. disp. 649. num. 2. q. licet possit Princeps dispensare, vt onerentur bona maioratus aliquo censu annuo pro reparandis aggeribus fluminis trāseuntis per maioratus territorium, tamen debet imponi onus possessoribus, vt non solùm soluant censum, sed aliquā

quantitatem quotannis, qua cumulata censum extinguant.

Respondebatur, remedium esse optimum, si redditus maioratus suppetant ad congruam maioratus possessoris sustentationem, atque id iudices curare debere censeo, eorum etenim cura esse debet, vt maioratuum institutorum dispositiones minimè eneruentur, vnde & fraus illis fiat, & damnum sentiant successores maioratus. Sed quando, aut redditus non sufficiunt, aut inde maioratus augetur, aut conseruatur; non videbatur esse huiusmodi onus imponendum illius possessori, cuius tamen, & aliorum in eo succedentium conscientiam onerari arbitror, si ita dissolutè viuant, vt quo tempore aliqua maioratus necessitas, aut vtilitas requiret sumptus aliquos faciant, vires tamen non habeant ad illam supplendam, quemadmodum & in eo successionis spem habentes, id iustè petere posse arbitrio Iudicum relinquimus, quando casus accideret. Quo verò ad exemplum dotis dicebatur, non esse necessariam responsionem, quia licet dotis causa publica sit, non tamen est ita vrgens, vt hæc, de qua agebatur.

Dicebatur preterea pro parte Ducis: non solùm Principem dispensare posse vt bona maioratus alienentur, etiam stante prohibitione alienationis, sed etiam quando in maioratu adesset clausula, nè bona maioratus alienari possint, etiam accedente Regia dispen-
17 satione; quia † huiusmodi causæ publicæ, & maioratus vtilitates semper sunt exceptæ, tradit Molin. lib. 4. c. 3. nu. 1. & 2. qui nu. 36. affirmat idem esse si maioratus institutor cum Regia facultate mandasset, nè huiusmodi dispensationes impetrentur, & casu quo obtinerentur, maioratus ad alios vocatos transiret, semper enim in fundatione maioratus censetur inserta huiusmodi clausula vtilitatis publicæ, & maioratus, vt latius prosequitur Molin. Theolog. de iust. & iur. disp. 650. num. 2.

18 His addebatur † Principem posse ex causa remunerationis excludere agnatos à successione feudi, vt tradit Dec. cons. 270. num. 6. vbi post Roman. cons. 310. dicit posse Ciuitatem ex causa remunerationis alicui faciendæ rem priuati auferre, & quod causa remunerationis à regulis recedatur, immò in isto casu dicebatur adesse etiam causam remunerationis seruitiorum, propter multa, & egregia seruitia per Ducem præstita in administratione Status Cataloniæ, & pro impensis erogãdis pro accessu cum Serenissima Regina Franciæ ad Regnum illud.

19 Et insuper dicebatur † Principem posse tollere dominium alterius; quando ipse fuit causa acquisitionis, vt tradunt Angel. in l. Anthiochensium de priuileg. credit. Greg. Lop. ad l. 3. tit. 13. p. 6. col. 10. & nos diximus ad rub. de constit. Princip. c. 1. num. 69. Quod in hoc articulo manifestè constabat, dùm huiusmodi vinculum in feudo hereditario positum ab ipso Rege manauerat. Cùm igitur ipse fuerit causa acquisitionis, potest etiam esse causa resolutionis, vel modificationis.

Postremò dicebatur, quod si hæc conclusio aliquam potest in maioratibus difficultatem habere, nullam tamen potest habere in feudis, quæ ex mera Principis liberalitate procedunt, res enim de facili reuertitur ad suam naturam, quo argumento vtitur Melchior Palaez tract. maiorat. par. 2.
21 q. 1. num. 59. & si aliqui dicant † non posse Principem mutare naturam feudi in præiudicium successorum, hæc conclusio non est ita simpliciter admittenda, cùm Princeps possit mutare naturam feudorum, c. 1. de feud. non hab. prop. nat. feud. potest etiam feuda vertere, vt tradit Andr. in c. 1. de cõtr. feud. apud par. termin. num. 11. præsertim quia per huiusmodi mutationem res vertitur ad primeuam naturam, vt

vt ait Couarr. variar. resolut.lib.3. c.6. vers. 8. quia plerunquè, prout in casu isto. Princeps enim nil aliud facere debet, nisi tollere impedimentum, quod ipse posuerat, & feudum, respectu huius quantitatis, quam Dux petit, ad primeuam reducere naturam; erat
22 namque hæreditarium, † quod tale esse in Regno in dubio est iudicandum, vt tradit D. Præsid. de Franch. post alios decis.6.num.3. cuius aliena-
23 tio nullū filij, aut alterius successoris assensum requirit, sed tantùm Domini. vt idem D. Præs. affirmat decis.1.num. 29. vnde concedendo licentiam alienandi reduxit feudum ad suam primeuam naturam alienabilem cum assen-
24 su Domini; & † quod Princeps in feudis possit in præiudicium agnatorum fæminas admittere, etiam sine causa dixit Curt.Iun.cons.1. nu.23. & in tract. feud. 3. par. q. 15. & alij per Matthien.adducti in l.7.titul.7.glos.6. lib.5.nouæ recollect. quod eo facilius concedi debebat, cùm huiusmodi vinculum non fuerit appositum in natiuitate feudi, sed postea in progressu ipsius, nulla agnatorum existente petitione, atque consensu.

Quibus & alijs rationibus moti Domini Regentes Supremi Italiæ Consilij, quorum nomina in fine huius decisionis scripta sunt, in eam venere senten-
25 tiam † vt Suæ Maiestati fieret consultatio, posse huiusmodi licentiam, & facultatem concedi alienandi tot bona feudalia, siue burgensatica maioratus, non obstante vinculo vsque ad valorem ducatorum centum mille, quod idem Potentissimus noster Rex rescripto eius propriæ manus edito approbauit die . . . . & pro eius executione fuit expedita licentia prædicta.

Immò cùm idem Dux non inuenisset emptorem tot annuorum reddittuum, vt potuisset inde percipere prædictos ducatos centum mille, petijt licentiam alienandi quoddam Casale situm in territorio Ciuitatis Auersæ, quod erat vinculatum in beneficium secundogeniti, cum hac tamen conditione, vt ex alijs bonis liberis tot bona ascendentia ad valorem dicti Casalis vinculo subijceret, & fuit hoc concessum per Suam Maiestatem, accedente voto Dominorum Regentium Supremi Italiæ Senatus.

Quoàd secundum, an sit necessaria citatio agnatorum saltim eorum, qui proximam habebant spem succedendi,
26 videbatur dicendum † omninò esse necessariam, cùm de eorum interesse agatur, tradit Molin. de primog. Hisp. lib.1.c.8. num.32. & plura Dec. cons. 190. nu. 6. Princeps enim citationem tollere non potest, l. nam ita diuus ff. de adopt.

Sed pro parte Ducis respondebatur primò, in contrariam abijsse sententiam Paris.cons.1.nu.69. lib.2. Peregr. art.23. nu.68. circa fin. & art.52. nu.128. vers. immò, Greg. Lopez ad l. 3.tit.13.part.6.col.10. circa fin. Matthien.ad l.7.tit.7.lib.5.glos.7. num.1. in fin.

27 Secundò dicebatur † regulam prædictam de citatione non procedere quando Princeps id facit in casu, quo potest vti plenitudine potestatis, vt affirmat Peregr. loc.cit.

Tertiò, ex Greg. Lopez loc.cit. dice-
28 batur † non procedere in casu, in quo Princeps posset alicui inuito præiudicium inferre.

29 Quartò si citatus non potuisset contradicere, etiam si sciret.

Quintò, quando verisimiliter non contradixisset, sicuti in casu isto. nemo enim ex istis, qui ad successionem bonorum sunt vocati se opposuit in hac Curia Potentissimi Regis, vndè ex ijs fuit in hoc secundo articulo conclusum, non esse necessariam citationem.

30 Quoad Tertium † an debeat fieri refectio, dicebatur ex Molin.lib.4.c.3.n. 6.de Primog.Hisp.vers.quamuis autē, animaduertendum esse, vt ex redditibus,

bus,& fructibus ipsius Maioratus onera redimantur.

At pro parte Ducis replicabatur, non esse ad huiusmodi refectionem cogendum maioratus possessorem, cùm ob publicam vtilitatem, & maioratus augumentum essent huiusmodi
31 sumptus faciendi † in eam tamen veniebant sententiam, quam Molin. cit. loc. tradit, vt omnes gratiæ dicto Duci concedendæ in maioratus tenderent vtilitatem, decorem, & ornamentum, & ita Supremo Consilio visum fuit, & responsum à Serenissimo, & Inuictissimo Rege nostro Philippo, sub cuius Angelico regimine hæc Madriti scripsi anno Domini 1613. die solemnitatis Natiuitatis Beatissimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ, sub cuius auspicio, & SS. Thomæ de Aquino, & Caroli Borromei colligendis decisionibus initium dedi hoc anno, qui fuit primus huius ministerij Regentis in hoc Supremo Senatu in hoc præclaro oppido Madriti, quam ingressus fui die 5. Martij, & possessionem cepi die 15. eiusdem mensis, in qua decessit Ioannes Velascus Magnus Hispaniarum Comestabulus, & Supremi Italiæ Senatus Præsidens, ob cuius obitum, non amplius in eius domibus, sed in Regali Palatio se congregauit Senatus Supremus Italiæ.

Votauerunt in hoc articulo Domini Don Bernardus de Gueuara Archiepiscopus tunc Salernitanus, posteà Compostellanæ Ecclesiæ Præsul, Supremi Italiæ Consilij Gubernator, Domini Regentes Michael Lanz Hispanus, Ioannes Baptista Cælestis Siculus Marchio Sanctæ Crucis, Don Antonius de Quintana Dueñas Hispanus Marchio Florestæ, Hieronymus Caimus Mediolanensis, D. Bernardinus Montaluus, & ego. Fuit etiam circa hunc maioratum alia quæstio disputata in Supremo Italiæ Senatu.

Præfatus Dux exposuit Suæ Maiestati ipsum filio masculo orbatum duas habere filias, quas nuptui tradere cogitabat duobus de familia Pignatella, vt testatoris voluntati satisfaceret, qui desiderauit, vt bona conseruarentur in familia, verùm quia testator ob defectum masculorum vocauerat illum de familia magis proximum vltimo maioratus possessori, exclusis fœminis petebat à Sua Maiestate, vt assensum præstare dignaretur huic dispositioni per ipsum faciendæ, quam dicebat esse testatoris voluntati conformem, vel esse casum ab ipso non cogitatum, neque præuisum. Nam fundator primo vocauerat descendentes masculos, & in eorum defectum illum de familia Pignatella, qui esset proximior vltimo maioratui possessori. Tertio deficientibus illis, fœminas, quæ tamen nuberent viro, qui nomen & arma familiæ assumeret, vndè hunc casum non esse cogitatum dicebat, & quod si testator cogitasset, vnquam ita disposuisset, nàm alienam sobolem suæ præferre, esset in mentem non habuisse se potuisse consulere, & satisfacere eius voluntati, vt bona in familia conseruarentur. Hæc petitio fuit transmissa ad Proregem Neapolis, vt exquireret vota DD. Consiliariorum Sacri Neapolitan. Consilij, partibus interesse habentibus auditis, qui litteras Suæ Maiestatis exequutioni demandauit, & vota transmisit ad Suam Maiestatem; quibus visis per Supremum Italiæ Senatum fuit facta consultatio, cui nunquam Sua Maiestas respondit, interim mortuus est Dux, & partes se concordauerunt; in Statu tamen Montisleonis successit filius Marchionis Cerchiariç vir eius filiæ secundogenitæ.

SVMMARIVM.

1 *Primo nominatus præcedit alios eodem tempore electos.*

2 *Ordo scripturæ attenditur in electione plurium simul facta.*

3 *Anti-*

8 *Antiquior Consiliarius præcedit minus antiquum, licet in Consilio interueniat vt Aduocatus partis.*

4 *Constitutus in dignitate ratione officij præfertur antiquiori in Doctoratu, si eodem tempore ad idem promoueantur.*

5 *Primò Doctoratus est præferendus, si ad idem Tribunal cum alio posteriori in Doctoratu fuerit simul assumptus.*

6 *Officium actu exercens, si ad maius officium cum eo, qui licet in officio anterior, deposuerat tamen administrationem, præferendus est.*

7 *Antiquior in administratione officiorum præfertur si eodem tempore ad aliquod officium fuerit promotus cum alio, qui etiam in officiorum administratione se execuerit.*

8 *Assumptis simul ad idem Tribunal duobus, & capta possessione ab vno, præfertur alter, si aliquando illud idē exercuerit officium.*

9 *Lector actu legens præcedit eum, qui non sit lector, si simul doctorentur.*

10 *Iudex causarum criminalium præfertur Iudici causarum ciuilium.*

11 *Dominus iurisdictionis ciuilis gaudet prærogatiuis Baronis, non autem Dominus iurisdictionis criminalis.*

12 *Officialis perpetuus à Rege electus præfertur annali, licet ambo per alios exerceant.*

13 *Regens Regiam Cancellariam apud Suam Maiestatem missus ad Cancellariam Neapolis, præcedit Regentem Cancellariam Neapolis, si primò apud Suam Maiestatem fuerit Regens creatus.*

14 *Regentes apud Suam Maiestatem quomodo destinentur.*

15 *Prioritas possessionis præfertur datæ anteriori in duobus ad idem Tribunal electis.*

16 *Datæ anterioritas in præbendis attenditur.*

17 *Datæ prioritas quare attendatur.*

18 *Electus, & admissus ad exercitium præfertur ei, qui fuerat primò electus & postea admissus.*

19 *Qui prius possessionem cæpit præfertur habenti anteriorem datam, etiam cum clausula, quod possessio intelligatur capta.*

20 *Primò præsentans priuilegium officij præfertur, si de possessionis anterioritate non constet.*

21 *Electus à maius digno præfertur alteri, qui obtinuit à minus digno, si de anteriori præsentatione non constat.*

22 *Gratificatio locum habet cæteris paribus.*

23 *Titulatus exterus ad Consilium assumptus non præcedit cæteros de consilio non Titulatos, sicuti Titulatus regnicola.*

24 *Titulati ab alio Principe quàm à Rege creati qualiter admittantur in Regno Neapolis.*

25 *Titulati dicuntur de Consilio Regis, licet non actu.*

26 *Titulatus effectus de Collaterali Consilio præcedit antiquiores eiusdem Consilij non Titulatos.*

27 *Principatus dignitate decoratus an præcedat eum, qui habet vnum ex septem Officijs Regni, si ambo sint de eodem consilio.*

28 *Dux dignior est quàm Marchio.*

29 *Consiliarius Titulatus, & anterior in titulo præfertur Consiliario posteriori in digniori titulo.*

30 *Magnus Admiratus præcedit Magnū Cancellarium licet antiquiorem in Consilio.*

31 *Titulatus ad maiorem titulum cum simplici Barone euectus, præcedit Baronem.*

32 *Marchio effectus postea Comes non præcedit anteriorem Marchionem, qui non sit Comes.*

33 *Titulatus ad Consilium Collaterale assumptus, an præcedat Regentem anteriorem.*

34 *Iunior in dignitate positus præcedit Seniorem sine dignitate in eodem Consilio:*

lio: licet cõsuetudo deferat anteriotati

35 *Prior Sancti Ioannis Hierosolymitani si sit Consiliarius Collateralis non prę cedit, ratione Prioratus cæteros de Consilio.*

36 *Balius Baronis an debeat sedere in loco suo, vel Baronis, cuius personam repre sentat.*

37 *Balius Baronis minoris non intrat locum minoris in Parlamento.*

38 *Titulati præcedunt in parlamento Regentes Regiam Cancellariam ibi vti Procuratores accedentes.*

39 *Regens antiquior, qui dimisit administrationem, an debeat præcedere Regẽ tem Iuniorem, qui actu administrat.*

40 *Titulatus qui est de sanguine Regio, alios Titulatos pręcedere debet.*

41 *Præsidens Sac. Cons. creatus Collateralis Consiliarius an præcedat Locumte nentem Regiæ Cameræ, qui fuerat ante ipsum creatus Collateralis Consiliarius.*

42 *Præsidens Sac. Cons. an debeat præcedere Regentes in Collaterali.*

43 *Regius Consiliarius effectus Præsidens Regiæ Cameræ præcedit alios Præsidentes creatos post ipsum.*

ARGVMENTVM.

An præcedere debeat, qui primò fuit electus quàmuis non cæperit possessionem, vel qui primò cæperit possessionem, quàmuis posterior fuerit electus, & plures congeruntur in prę cedentiarum materia frequetiores casus.

DECISIO XXI.



PER obitum DD. Regentium Io. de Montoia, & Cardona pro Regno Neapolitano, & D. Philippo de Haro pro Ducatu Mediolani in anno 1621. Sua Maiestas elegit in Regentem pro Regno Neapolis D. Petrum Iordanum Vrsinum, & pro Ducatu Mediolani D. Io. Rodriquez de Salamanca: fuit propositum in Consilio cum maxima vrbanitate per D. Regentem Petrum Ior danum Vrsinum, vt decideretur, vter eorum debeat præcedere. Dubium oriebatur ex eo, quia D. Regens Vrsinus prius fuerat electus à Sua Maiesta te, sed D. Regens Salamanca post illũ electus, prius cæperat possessionem in Consilio; & quia huiusmodi præcedentiarum controuersiæ quotidie solent accidere; visum fuit mihi in vnum colligere aliquos casus decisos, vt facilius iudicantes, atquè causarum patroni, casus, qui occurrerinr, valeant decidere, prę oculis ranquam in specu lo habentes controuersiarum decisiones, & illarum rationes, vtquè ex illis pateant fundamenta huius decisionis, sed breuirer, nàm in hoc casu Consilium Supremum decreuit debere prę cedere D. Regentem Salamancã, quia primò cæperat possessionem officij, licet fuisset electus post prędictũ D. Regentem Petrum Iordanum Vrsinum.

Primus casus est, quando sunt duo æquales dignitate, & vno, eodemquè tempore sunt electi à Rege, vel Summo Pontifice, an debeat præcedere, qui primò fuit nominatus, vel ad alias coniecturas sit recurrendum, in hoc
1 articulo resolutio est † illum debere præcedere, qui primò fuit nominatus per tex. in l. qui soluendo non erat, seruum primo loco, vbi Glos. in

in l.qui soluendo non erat duos Apollonios in verb. Apollonios ff. de hæred. instit. glos. in clem. vnica in verbo Regum de baptism. quam singularem dicit ibi Abb.glos. in cap. alienus 24. quęst. 1. in verb. vt conueniat, latè Nicolaus Boer. de auctorit. Magni
2 Consilij ante num. 141. qui voluit † hoc casu attendi ordinem scripturæ, & post Bald.in cap.cùm M. Ferrariensis num.65.de constit.& Gulielm.de Bened.in c. Rainutius verb. testamentum el secundo vers. & præmissa sunt vera nu.27.de testam.fol.86.Fab.de Ann.cons.40.nu.12.Hunc casum proposuit D.Pręsid.de Franch.decis.138. in principio,& concludit esse iudicandum in beneficium primò nominati, licet ipse voluerit litigare cum D.Ioa: Felice Scalaleone, qui eodem tempore creatus erat Consiliarius, quo ipse D. Vincent. de Franch.qui erat primò nominatus, & cùm sententia D. Præsidis concurrit D. Garzias Mastrill. decis. 130. num.23. lib.2. & de Magistrat.lib.4.c.14. num.48. vbi dicit esse idem iudicandum, si alter ipsorum esset nobilior, & de meliori sanguine Felyn.in Rub.de maior.& obed. num. 1. in fin.

Secundus casus est, quando sunt duo æquales dignitate, sed vnus interuenit in Consilio tanquam Iudex, & alter tanquam Aduocatus partis, præuia dispensatione Illustrissimi Proregis, & iste qui interuenit tanquam Aduocatus est antiquior illo,qui inter uenit tanquam Iudex;hic casus fuit disputatus inter duos Regios Consiliarios,& in illo D.Præsid.de Franch.decis.138.affirmat fuisse decisum,& resolutum,
3 † vt præcedat ille antiquior Consiliarius, licet vt Aduocatus partis interuenerit in Tribunali, quamuis ipse referat plures rationes,quibus fundatur debere præcedere illum, qui est Iudex.

Tertius casus est, quando vno eodemque tempore duo fuerunt promoti, quorum alter antiquior in Doctoratu; alter verò habebat officium cum iurisdictione, & hoc casu idem D. Præsid. de Franch. decis.144. affir-
4 mat fuisse decisum † esse præferendum illum, qui habebat officium, quia erat in dignitate positus ex text. in l. 1. & 2. ff. de albo scribend. & l. 1. C. de consul. lib.12. Hæc quæstio fuit ventilata inter D.Regentem Dauid, qui erat Aduocatus, & antiquior Doctor, & DD. Regentes Alphonsum de Salazar, & Annibalem Moles, quando eodem tempore fuerunt cooptati inter Præsidentes Regiæ Cameræ, isti enim duo posteriores, electionis tempore Iudices M. C. V.causarum criminalium officium exercebant,ex tex.in l.2.C.vt dignit.ord. seruet.lib.12. & ex eadem ratione fuit idem decisum inter D. Scipionem Bucinum, qui reperiebatur Aduocatus tempore creationis, & D. Bernardinum de Sancta Cruce, qui erat Auditor in Prouincijs Hydrunti, & Barij, vt testatur idem D.de Franch.d. decis. 144.

Quartus casus est inter duos eodem tempore assumptos ad idem Tribunal, qui erant pariter aduocati; & hoc casu esse reperio præferendum illum, qui primò gradum Doctoratus fuerat adeptus. Hic articulus fuit decisus in quæstione vertente inter D. Cæsarem Vitellum, & D.Iacobum
5 Anellum de Bottis, † & fuit prælatus dictus Cæsar Vitellus, qui primò gradum Doctoratus fuerat assecutus, vt habemus ex dictis per D.Præsid. dę Franch. decis. 144. num. 5. quem sequutus fuit Mastrill. qui alios adducit in decis. 130. num. 23. lib. 1. D.Regens Valenzuela cons. 34. num. 33.

Quintus casus est inter duos eodem tempore ad officium Consiliarij electos, qui per prius officium Magnæ Curiæ Vicariæ exercuerant, sed alter ex ipsis habebat actu admini-

nistra-

nistrationem officij; Alter verò non habebat, sed per prius illud administrauerat. Hæc controuersia fuit disceptata inter D. Ferdinandum Fornarium, & D. Augustinum Carauitam, & licet non fuerit decisus, ta-
6 men † prælatus fuit D. Fornarius, cui prius consignatæ fuerunt literæ executoriales, cuius vigore adeptus fuerat possessionem antequàm illam caperet D. Augustinus Carauita, qui per multos annos priusquàm D. Fornarius in officijs M. C. V. Suæ Maiestati inseruiuerat, vt testatur D. de Franc. decis. 144. qui ex dictis in ea per ipsum videtur fauere D. Carauitæ, ex eo, quia si D. Ferdinandus Fornarius deposuisset officium, & Sindicatum præstasset, proùt debebat antequàm Regij Consiliarij munus assumeret, vterquè sine administratione reperiretur, tempore quo superuenerat Officium Regij Consiliarij, & in hoc casu debuisset præcedere D. Carauita, qui antiquior erat in officijs gerendis.

Sextus casus colligitur ex dictis per D. Præsid. de Franch. d. decis. 144. in duobus promotis ad idem officium, qui antea fuerant Magistratu functi,
7 † quia præcedit ille, qui est antiquior in tempore, quod expresè habetur ex l. nemo C. de offic. Mag. officior. ibi, *vt is gradu cæteros antecedat, quem stipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire*. Huic similis est casus, quando duo assumpti sunt ad idem Tribunal, & vnus prius cæperat possessionem, alter verò postea, sed iste posterior in possessione ante
8 administrauerat idem officium, † quia præfertur iste posterior, qui antea semel, vel bis idem exercuerat officium, quod ex Diuo Gregor. habetur decisum fuisse, dùm loquebatur de Consulatus dignitate, is enim homil. 3. in Euang. sic ait, à Baronio relatus Annal. tom. 2. ann. Dom. 175. qui proponit quæstionem, inquiens. *Quod verò gener Imperatoris in Consularibus factis non priori loco, sed posteriori ponatur (nam Seuerus secundò Consul primitus adscriptus habetur) illud planè tunc accidit, quod S. Gregor. Papa tradit his verbis. Fertur apud veteres moris fuisse, vt quisquis Consul existeret, iuxta ordinem temporum honoris sui locum teneret, & si quis posterius ad Consulatum veniens Consul non semel, sed bis fortasse, aut tertiò fieret: etiam illos laude, & honore transcenderet, qui non plus, quàm semel Consules extitissent. Hæc Gregor. sed ex Dione, vt superius diximus.*

Septimus casus est inter duos Doctores eodem tempore decoratos in-
9 signibus Doctoratus, quia † si alter sit lector, ille præfertur, qui est actu legens, D. Regens Lanarius cons. 72. nu. 3. nàm ille præponi debet, qui alium superat cooperatione laborum l. contra publicam C. de re milit. lib. 12. Ibi, *quia honoris augumentum non ambitione, sed labore ad vnumquemquè conuenit deuenire*, dixit in his terminis Boer. de auctor Mag. Cons. num. 145. & sequentibus.

Octauus casus est inter duos Iudices quorum alter habet iurisdictionem criminalem, alter vero ciuilem, vter eorum debeat præcedere. Hic casus accidit inter duos Iudices M. C. V. quorum alter causis criminalibus decidendis erat præfectus, alter verò ciuilibus. Hanc quæstionem disputat D. Freccia de subfeud. lib. 1. tit. de offic. Mag. Iustit. num. 20. & seq. &
10 † præcedere affirmat Iudicem causarum criminalium, quod hodie seruatur, licet ipse videatur inclinare in
11 contrariam partem, ex quo † Dominus Iurisdictionis Ciuilis dicitur Baro, & gaudet prærogatiuis Baronis, non autem Dominus Iurisdictionis Criminalis, vt latè per D. Capic. decis. 27. nu. 21. & 45. Idem Frecc. auctor. 2. nu. 20. cum seq.

Nonus

Nonus casus est inter duos habentes Iurisdictionem, quorum alter exercebat illam ad tẽpus, alter illam exercebat pro alio, qui erat proprietarius officij, non tamen ab illo dependens, sed à supremo Principe, prout sunt Regens M. C. V. & Lo-
12 cumtenẽs Magni Camerarij, † nàm licet Regens M. C. V. exerceat officium Magistri Iustitiarij, qui pręcedit Magnum Camerarium, & habeat Iurisdictionem ordinariam in toto Regno, non tamen præcedit Locumtenentem Magni Camerarij, qui est perpetuus. Regentis verò officium durat per annum; sed Locumtenens Mag. Cam. præcedit Regentem M. C. V. ita colligitur ex dictis per Frecc. de subfeud. lib. 1. tit. de Offic. Magistr. Iustit num. 18.

Decimus casus est inter Regentẽ Regiam Cancellariam Neapolis, & alium Regentem Regiam Cancellariam apud Suam Maiestatem, qui postea fuit electus in Regentem Regiam Cancellariam Neapolis, quia
13 † licet Regens Regiam Cancellariã Neapolis sit anterior in possessione in illo Tribunali, si tamen iste Regens apud Suam Maiestatẽ sit anterior in regendo Cancellariam apud Suam Maiestatem pręcedit anteriorem in Regiam Cancellariam Neapolis, vt in quæstione inter D. Regentem Albertinum, & DD. Regentes Polo, & Villanum, fuit declaratum, dando pręcedentiam D. Regenti Albertino, vt testatur D. Freccia de subfeud. lib. 2. tit. quis dicatur Dux in cap. incip. in quæstione nuper suborta num. 49. ex reg. tex. in l. 1. C. de consulib. l. 12. ex verbis priuilegij, & cedulæ Suę Maiestatis, dicens rõnem esse, quia vna, & eadem Regia Cancellaria Regni Neapolis regitur tàm hic, quàm apud Suã Maiestatem, & sic cũ Regens apud Suam Maiestatẽ sit antiquior illo, qui regebat apud Proregem, ille debet præcedere; imò dubium poterat esse, quod Regens, qui regerat Regiam Cancellariam apud Suam Maiestatem debuisset præcedere alios, etiam si non esset antiquior, ex rationibus adductis per D. Consiliarium Freccia ibi nu. 52. vers. & primo præsuppono, licet dicat aliud esse officiũ Regentis apud Suam Maiestatem, aliud verò apud Proregem, dic aliter se rem habere, nàm licet expediatur priuilegium pro exercendo officio Regentis in Regno, id non fit ex quo adsit differentia, sed vt constet Proregi, & Regno illum esse Regentem, Ideoq;
14 † quando fit electio Regentis apud Suam Maiestatem, non expeditur priuilegium; sed tantùm litteræ dirigun tur ad Regentem, quibus illum in eius Curiam venire iubet, capta verò possessione, dantur litterę S. M. quibus testatur in illũ esse collatum Regentis officium.

Vndecimus casus est in duobus Consiliarijs in eodem Senatu existentibus, quorum alter datam priuilegij priorem habebat, alter verò posteriorem; Sed hic prius cęperat possessionem, in quo articulo contendente eo, qui priorem datam habebat ipsum debere alterum pręcedere, fuit iudi-
15 catum † esse præferendum illum, qui prius possessionem fuerat adeptus, vt testatur Cabed. decisio. 3. dicens,
16 quod licet † in beneficialibus pręferatur ad pręebendam obtinendam ille, qui priorem datam habebat, ex regula text. in cap. eum cui de præben. lib. 6. Dom. Regens Valenzuela consf. 34. num. 36. præferendus tamen est ex stylo Senatus Lusitanię ille, qui prius possessionem est adeptus. Item quia ex Regia ordinatione declaratum est, non esse attendendam
17 prioritatem datæ, & quia † vbi prioritas datę attenditur, id fit, quia gratia per solam signaturam valet, nec requiritur de substantia gratiæ, quod litteræ sint de ea confectæ, aut expe-

hoc vidi seruari in Cappella; bene verum est, quod ingrediuntur aulam, in qua se congregant Titulati Regni, & Illustrissimus Prorex recipit illos cum omni honore, sicut recipit alios Titulatos Regni. Extant tñ de hoc litteræ Suæ Maiestatis, quarum meminit D. Regens Camillus de Curte in diuers. Iur. feudorum in 1. par. in cap. incipiente, videndum est modo nu. 65. in fine, vbi refert illarum tenorem; Sed quę sit ratio cur Titulati Regnicolæ præcedant alios D. Consiliarios etiam antiquiores, illã tradit D. Reg.
25 Lanar. d. cõs 72. & est q. 1 † Titulati Regnicolę eo ipso, quod sunt Titulati efficiuntur de Consilio Regis, sed sinè administratione, quia videtur dormisse administratio durante illo tempore, & sic illa superueniente videtur à somno surgere, quæ cessat in extero.

Ex dictis per D. Lanatium habemus alium casum, qui erit decimus quintus, hic est inter duos habentes idem officium, quorum alter erat Titulatus ante officium, quia
26 † præcedit alios etiam antiquiores ratione maioris dignitatis, vt etiam considerauit Regens de Ponte decis. 8. num. 5. ideoq; Titulati, qui sunt de Consilio Collaterali etiam posteriores in tempore præcedunt D. Regentes Regiam Cancellariam ratione maioris dignitatis; sicuti DD. Regentes Regiam Cancellariam pręcedunt alios Collaterales Consiliarios non titulatos, etiam antiquiores, hoc procedit etiam si dignitas tituli superuenerit, quo casu non videtur militare ratio prædicta, sed quia habent duplicem dignitatē, & quia Titulati pręcedunt D. Regentes Regiam Cancellariam.

27 *Decimussext*^9 casus est † inter duos Collaterales Consiliarios, quorũ alter dignitate Principatus decorat^9, alter verò habebat vnum ex septē Officijs Regni. Hanc quæstionem ponit D. Freccia in quæstione incipiente, Alia etiam fuit quęstio, vbi videndæ erunt rationes pro vtraque parte adductæ, quæ fuit inter Principem Salerni, & Comitem Castri Magn. Cancell. qui ambo erant Consiliarij Collaterales, in qua fuit interpositum decretum per Collaterale Consilium, quod pro nunc præcedat Magn. Cancell. in præsenti Parlamento die 2. Aprilis 1549. & fuit iudicatũ in fauorē Illust. Principis Conchę, qui habebat Officium Magni Admirati, & licet esset vltimus pręcessit Ill. Marchionē Grutulæ, qui erat Decanus Collateralis Consilij. cuius decisionis meminit D. Regens de Ponte de Potest. Proreg. tit. de Assensib. Regis §. 5. nu. 5.

Decimusseptim^9 casus est inter duos Cõsiliarios Collaterales, q. ambo erãt Titulati, sed antiquior Consiliarius erat Marchio, posterior verò Ducatus
28 titulo decoratus, nam cùm † dignitas Ducis sit maior dignitate Marchionis, vt habetur in rubr. quis dicatur Dux, & Marchio, & tradit D. Freccia de subfeud. lib. 1. tit. de Offic. Mag. Iust. n. 29. & 30. & in tit. quis dicatur
29 Dux nu. 43. † Cũq; ratio cur Titulatus Cõsiliarius pręcedat alios Consiliarios non titulatos sit, vt dictum est suprà, quia Titulati eo ipso, quod sunt titulati, sunt de Consilio Regis, sed absq; administratione, videbatur dicendum, vt eodem modo Dux, qui ex sua dignitate pręcedit Marchionē quamprimum exercitium Consiliarij est adeptus debeat pręcedere Marchionem. Hanc quæstionem refert D. Freccia de subfeud. lib. 1. de offic. Mag. Iust. num. 29. fuisse inter Illust. Ducem Montisleonis, & D. Marchionem Vici, qui erat antiquior Consiliarius; & ibi refert rationes pro vtraque parte; dicit tamen fuisse decisum in fauorem Marchionis, ex reg. l. qui prior de regul. iur. & cap. antiqua de priuileg. quæ procedit in honoribus, Rex enim

non insignia dignitatis inquirit; sed animi iudicium, personæ ingenium, & in bellicis dexteritatem, & sic hodie seruatur; nàm inter Consiliarios Titulatos non attenditur dignitas, neque prioritas tituli, sed Officij Consiliarij Collateralis antiquitas.

Decimusoctau⁹ casus est inter duos habentes vnũ ex septẽ Officijs Regni nempè inter Magnum Admiratum, & Magnum Cancellarium, & ambos effectos de Collaterali Consilio, quorum alter, quia erat Magnus Cancellarius erat antiquior in Collaterali Consilio, Magnus vero Admiratus posterior; sed Magnus Admiratus pręcedit Magnum Cancellarium, & in hoc casu fuit per Collaterale Consi-
30 lium decisum † debere præcedere Magnum Admiratum, ratione maioris dignitatis, quia Magnus Admiratus præcedit Magnum Cancellarium; & quia isti Domini habentes septem Officia Regni sunt Consiliarij nati, & solùm illis deficit exercitium, vndè cùm superueniat exercitium, & Magnus Admiratus præcedat ratione officij, debet etiam præcedere post exercitium, vt decisum testatur per Collaterale Consilium D. Reg. de Ponte decis. 8. & in tract. de Potest. Proreg. tit. de assensib. Reg. §. 5. nu. 5. & meminit D. Reg. Fuluius Constantius Marchio Corleti vir doctissimus, & omni virtutũ genere ornatissimus, Collateralis Consilij Decanus, Dñus, & Collega meus, in suis eruditissimis Commentarijs ad l. 1. C. de consul. lib. 12. num. 11. post hæc scripta visus magno meo cũ gaudio, & ego vidi D. Principem de Concha Magn. Admiratum pręcedere Magnũ Cancellarium; nec non etiam pręcedere D. Marchionem Gruttulæ, qui erat Decanus Collateralis Consilij, & D. Princeps de Conca præcessit illum, cùm esset nouissimus, & sic fuit nouissimus primus tradit D. Consiliarius Rouit. consl. 84. num. 14.

Decimusnon⁹ casus est inter duos Titulatos æquali titulo decoratos, veluti inter duos Duces eodẽ tempore
31 creatos † prefertur .n. ille, qui primò fuerat Comes illi, qui erat simplex Baro, quia Comes sedet inter Titulatos, Baro autem non; D. de Franch. decis. 365. sequitur Ann. cons. 40. nu. 32. Mastrill. de magistr. lib. 4. c. 14. n. 25. & 30. qui ex eo colligit, Comitẽ, & Marchionem præferri simplici Baroni, quæ est intelligenda secundùm
32 decis. D. Præsid. de Franch. nàm † si Comitatus superueniet Marchioni, non per hoc ista superuenientia Comitatus efficeret, vt pręcederet aliũ Marchionem, qui per prius præcedebat, quia multiplicatio plurium Iuriũ in eadem persona, quorum nullum de per se sufficiens est ad conseruationem pręrogatiuæ, concessionem eiusdem inducere non censetur, ad quod facit l. spadonem §. qui Iura multa ff. de excus. tutor. Felin. in Rub. de maiorit. & obed. post nu. 2. & al. j, quos adducit Mastrill. de magistrat. lib. 4. c. 14. nu. 28.

Vigesim⁹, Si duo Titulati sunt vno, eodemq; tempore creati, pręcedit ille qui præsentialiter obtinuit dignitatẽ illi, qui acquisiuit per rescriptum Mastrill. lib. 4. c. 14. nu. 58.

Vigesimusprim⁹ casus est si aliquis
33 ex titularis crearetur † Collateralis Consiliarius, an debeat pręcedere D. Regentes Collateralis Cõsilij, qui primò fuerant creati Regentes, & Collaterales. Hanc quęstionẽ disputauit ad partes D. Regens Loffred. in paraphras. feudalib. ad cap. 1. §. omnes in vers. Sed quomodo tunc vassalli fol. 31. à terg. si de feud. fuer. controu. vbi concludit esse pręferendos DD. Regentes Marchioni, qui obtinuerat dignitatem Collateralis Consilij; hodie tamẽ si aliquis ex Titulatis creatur Collateralis Consiliarius, vel si aliquis ex Collateralibus Consiliarijs creatur Titulatus præce-

præcedit alios non Titulatos in sedendo in Capella, sicuti etiam in loquendo, & quando vocantur omnes Consiliarij Collaterales, Titulati, qui non sunt Regentes sedent ad dexteram Proregis, Regentes verò non titulati ad sinisttam.

Vigesimussecũdus casus est qñ ad aliquod officiũ eliguntur duo, quorũ alter habet dignitatem, alter verò illam non habens est Senior, & secundùm consuetudinẽ, Consiliatius Senior prius loquitut alijs, qui sunt Iu-
34 niores † nam licet setuanda sit consuetudo inter æquales, non tamen procedit hoc quando Iunior habet dignitatem, quia tunc dignitas facit, vt ipse præcedat, Fab. de Ann. in cons. 40. nu. 29. vbi probat ex multis digniorem pręcedere alios ante ipsũ electos, qui nu. 43. reddens rationem sic ait. *Quia dignitas est inseparabilis à persona, propterea qui in dignitate est constitutus, si adeptus est aliam dignitatem non relinquit priorem, & ob id alteri habenti æqualem dignitatem præferri debet, cùm prior erat maior, quàm secum habet annexam, licet in consilio interueniat ratione secunda, ad quod in specie facit text. in l. 1. C. de consul. lib 12.* Idem dixit Dom. de Ponte cons. 14. nu. 51. Hęc quęstio fuit inter Illust. Diomedem Carafam Regium Generalem Thesaurarium, & vnum ex Dominis quinque de Sedili Nidi, quorũ vnus erat ipse Dominus Thesaurarius, & per Sac. Cons. fuit prouisum, vt detur terminus in causa, & interim neuter accedat ad Sedile, vt refert idem Consiliarius Ann. citato loco in fin.

Vigesimusterti⁹ casus est inter Cõ-
35 siliarios Consilij Collateralis † an Prior Religionis S. Ioannis debeat pcedere alios, qui nõ habẽt dignitatẽ, D. de Ponte cons. 14. scripsit pro D. Priore Vngariæ, qui fuit Frater Vincentius Carafa; sed fuit pronunciatum contra illum, & propterea obtinuit à Sua Maiestate Titulum Comitis, vt præcederet alios.

36 Vigesimusquartus casus est † an in Parlamento Regni Balius Baronis debeat vocari vt Baro in loco suo, & sedere, vel vt Procurator, hunc casum posuit D. Regens de Ponte, qui dicit fuisse conclusum per Col-
37 laterale Consilium, vt Balij † non tenerent locum sui minoris, nec præcederent alios, decis. 14. nu. 9. ibiquè tradit rationes, sed principalis est, quia (inquit) ius illud honorificum, & speciale personæ, & officibus affixum non euellitur ab eo, quia minor, & sic videmus minores in dies vti Titulatos tractari; sed quia inter decisiones D. Regentis Moles inueni decisionem de hoc tractantem, operępretium duxi hùc illam transcribere.

Quæst. 16. decis. 16.

An Balius alicuius Baronis debeat in Parlamento Generali votare, vt Baro, an vt Procurator.

Refert Marinus Freccia in lib. de subfeud. in primo cap. operis num. 52. obseruatũ semper in Parlamento, quod Barones Titulati sint primi ad votandum, postea Barones simplices, inter quos non seruetur ordo antiquitatis, prout in prioribus, sed tantummodo secundùm dignitatem quilibet constitui debet.

Hoc idem in biennio quolibet in donatiuis continuari videmus, ita vt alia authoritate minimè egeamus, & quia in materia donatiuorum incidimus, placuit inserere casum, qui facillimè in parlamentis donatiuorum accidere potest, proùt accidit in anno 1570 die 17. Octobris in parlamento vnius anni, tempore quo habebat Regni gubernacula Excellentissimus Dominus Dux de Alcalà, qui cætera in materia huiusmodi parlamenti plenissimè enarrauit, & fuit forsitan

omissus; quia fortè suo tempore non euenit.

Tunc igitur Domini Regentes Regiam Cancellariam Gundislaus Bermundez, Thomas Salernitanus, nec non Domini Don Aluarus de Mendoza Castellanus Castri noui, & Cariglius Quesada Præfectus tormentis Bellicis, omnes de Collaterali Consilio non votauerunt, nisi post Barones, quia non fuit considerata persona dignitas, ex quo non veniebant vt tales in illum locum, sed considerata fuit qualitas, cum qua veniebant, videlicet, vt Procuratores Baronum, iuxtà tradita per Frecc. vbi supra, & per Loffred. in c. omnes si de feud. defunct. controuers. fuerit, occurrit postea dubitari in quodam Balio Baronis Terræ Turi, An deberet votare tanquam Baro, An vero tanquam Procurator, & Balius reputetur pro Barone, tamen in effectu Baro non erat, Aliud enim est esse tale, & aliud haberi pro tali, iuxtà Broccardicum gloss. in l. mercis appellatione, ff. de verbor. signific. & fuit conclusum, quod votaret vt Baro, nam Balius habet omnimodam administrationem, & exercitium Iurisdictionis, & Imperij proprio Iure, non Procuratorio, Iuxtà tradita per Doct. in Constitut. Regni minoribus, *& per* Capie. *in inuestit. feud. in verbo feudatarij, & sic votauit vt Baro, & primus in ordine fuit Dominus Alfonsus Sanches de Collaterali Consilio, secundus Dominus Ioannes Fælix Scalaleo Regius Consiliarius; Cæteri Barones postquam votauerunt præfati Domini Procuratores, & inter eos primus Dominus Salernitanus, vt Procurator Serenissimæ Margaritæ de Austria, quæ fuit prima, vt de Regio sanguine per tradita per Cassan. in Catalog. glor. mundi in prima parte considerat. 42. & 43. & per Boer. in tractat. de auctor. Mag. Consil. col. 24. & per Bellug. in prima parte, etiam si esset posterior Titulatis, & præcessit Procurator Domini Ducis Montis Alti, qui etiam erat de sanguine Regio, & qui iam reperiebatur in possessione primus in ordine.*

Et ratio decisionis ea fuit, quia inter eos, qui sunt de Regio sanguine, illum iudicauimus debere præferri, qui proximior Regi extitisset; Dux quidem erat pronepos Regis Ferdinandi Primi, Margarita verò filia Caroli V. tum etiam bis accedebat, quod eadem Margarita erat de sanguine Regio, & Imperiali, nàm filia Imperatoris; Accidit etiam tunc, quod oblato vno millione ducatorum, Barones titulati votauerunt, quod diuisio ita fieret, vt Baronibus contingeret solutio duplicata, & sic summa tantùm ducatorum 760. milia, reliqua verò pars imponeretur populis, scilicet ducati 240. mil. & sic quarta pars tantum, & parùm plus incidebat feudatarijs, Quo verò ad vota Baronum sinè titulo Dominus Felix Scalaleo fuit voti, quod tertia pars soluenda esset à Baronibus, & sic summa ducat. 333333. ⅓ à Vassallis verò duæ reliquæ partes ducat. 666666.⅔ Vtique illi mens fuit, releuandos esse populos, qui quotidie multis, & nouis grauantur oneribus, grauandos esse verò Barones, qui in dies videbantur ditiores, quam rationem fuisse in illorum mentibus conceptam, & ita decisum in prædicto die.

Alius casus, & hic xxv. numerabitur, est respectu DD. Regentium Cancellariam, qui vadunt ad parlamentum vti procuratores, & fuit ordina-
38 tum,† vt illes præcedant Titulati, vt testatur D. Regens de Ponte d. decis. 14. num. 9. Sed ad hoc videnda erunt, quę dicit D. Regens Moles in proximè relata decis. 16.

Vigesimussextus casus est, quan-
39 † do duo Regentes vnus eorum licet antiquior dimisit Officium, Rege assentiente, quem retinere dignitatem,

gnitatem, & omnia priuilegia primę dignitatis, & proprium nomen, licet non habeat administrationem, vt dicût Io. de Platea, & Rebuffus in l. 1. C. de præposi. Sac. cubic. & Plat. in l. decurionibus, C. de silentiar. lib. 12. quos referr, & sequitur Dom. Reg. de Ponte de potest. Proreg. de electio. Official. tit. 3. S. 8. n. 9. an debeat pręcedere aliū Regentem, qui retinet ad ministrationem officij, sed est posterior tempore, in quo articulo licet ex dictis per Dom. Regent. de Ponte nu. 19. loco citato videretur dicen. ium debere præcedere illum, qui habet administrationem, Ego tamen vidi seruari in Curia Regis Nostri Philippi IV. Augustissimi, & virture præstantissimi, vt antiquior, qui dimiserat officium, præcederet Iuniores etiam administrationem habentes, sic vidi seruari in psonā D. Francisci de Contreras Viri integerrimi, & peritissimi, quē postea idē Philippus Rex Noster in Præsidem Supremi Senatus Castellæ elegit, sic in alijs duobus Consiliarijs iubilatis, qui postea magnō cum honore fuere restituti ad administrationē suorum officiorum.

Vigesimus septimus casus est in-
40 ter duos † Titulatos, quorum alter est de sanguine Regio, quia debet præcedere ille, qui est de sanguine Regio, non solùm Titulatum dignitate æqualem, sed maiori dignitate fulgentem, vt per Dom. de Ponte tit. de Assens. Reg. S 5. num. 6. qui dicit itâ fuisse obseruatū cū Duce Montis Alti.

41 Vigesimus octauus casus est inter Præsidentem Sacri Consilij creatum Collateralem Consiliarium, & Locumtenentem Regiæ Cameræ, qui fuerat ante ipsum creatus etiam Collateralis Consiliarius, & isto casu refert Dom. Consiliarius Fabius de Anna cons. 122. propè finem fuisse decisum in fauorē Præsidis Sac. Cōs. propter eminentiorem dignitatē, & pariter iudicatum inter D. Ioan. Alphonsum Suares Locumtenentem Regiæ Cameræ, & D. Petrum de Vera ab Aragonia Pręsidentem Sac. Consil. refert Dom. Consil. Rou. cons. 84. num. 15.

42 Vigesimus nonus casus est, cuius meminit idem Dom Consil. Rouitus dict. cons. 84. quando Pręsidens Sac. Consil. est effectus Consiliarius Collateralis, etiam cū salario, an debeat præcedere Dominos Regentes Regiam Cancell. quando congregatur Cons. Coll. pro rebus bellicis, & licet casus non fuerit decisus, ipse tamen Dom. Consiliarius per plures rationes decidit quæstionem, & affirmat Dom. D. Petrum de Vera S. C. Præsidentem illis acquieuisse.

43 Trigesimus casus est, quando Regius Consiliarius efficitur Præsidens Reg. Cameræ, nam præcedit omnes alios Præsidentes creatos post ipsum D. Reg. Constantius in l. 1. num. 35. C. de Consul. lib. 12. vbi affirmat præcedere omnes alios Præsidentes post ipsum creatos pręter Decanum, prout refert obseruatum in personam Dominorum Consiliariorum D. Didaci de Vera, & Didaci de Salinas.

Quando autem Consiliarij interueni nt in Regia Camera vti adiuncti, licet sit vnus, accipit primum locum ad latus sinistrum, nec post illū sedent Præsidentes R. Cam. sed omnes ad latus dexterum, D. Reg. Constant. d. l. 1. n. 37. qui n. 36. dicit, Præsidentes oēs R. C. pręcedere Reg. Cōsiliariū creatum Fisci Patronum R. C. quamuis antiquiorem.

Et ex his omnibus colligi possunt rationes, quæ mouerunt Supremum Italiæ Consilium, vt decideret, debere præcedere Dom. Regentem Salamancam, etiam quod Dom. Regens Vrsinus Neapoli exercuisset officium Regentis Regiam Cancellatiam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Habens iurisdictionem in Terra, habet in Mari adiacenti.*

2 *Preses quemadmodum debet purgare Prouinciam malis hominibus in Terra, sic etiam in mari.*

3 *Statuta, quę seruantur in Territorio, debent etiam seruari in mari.*

4 *Iurisdictio intra Mare extenditur à littore vsquè ad centum miliaria.*

5 *Iurisdictio in mari acquiri potest.*

6 *Veneti, & Ianuenses longissima pręscriptione acquisiere eorum maria, & prohibent alijs potentiam nauigandi num. 7.*

8 *Reges, maria quoad nauigationis vsū legitima pscriptione acquisierūt*

9 *Barones habent iurisdictionem in mari, territorio adiacenti.*

10 *Dominus territorij imponere potest vectigal per mare adiacens.*

11 *Dux Sabaudiæ supremum habet dominium in Statu suo.*

12 *Principes curare debent, vt viatores tutū habeant ad sua loca accessum.*

13 *Mercis appellatione pecunia continetur.*

14 *Remediū represaliarū est extraordinariū, & iuri naturali contrarium.*

15 *Represalia non conceduntur exteris, sed Ciuibus.*

16 *Exterus præsumitur habere animum redeundi ad locum vnde discessit.*

17 *Represaliæ conceduntur incolis, dummodò sustineant onera Ciuitatis.*

18 *Represaliæ conceduntur mercatoribus, qui permanent in loco, vbi mercaturam exercent.*

ARGVMENTVM.

An possit Serenissimus Dux Sabaudię exigere vectigal in mari adiacenti eius territorio, sicut exigit in terra, & an debeat solui pro pecunia, & massa argentea, & an casu quo ista exactio esset iniusta debeant concedi represalię exteris habitantibus in Hispania cum eius familia, etiam si causa mercimonij incolatum haberent.

DECISIO VIGESIMASECVNDA.



CVM nauis mercibus onusta ex Hispania in Italiā nauigaret, & per mare adiacens Niceæ Villęfrāchæ transiret, fuit illis de Cauana Ianuensibus à Duce, & alijs Officialibus Triremis Serenis. Ducis Sabaudiæ, vt vectigal solueret mercium, quę in ea reperiebantur iniunctum, & inter cæteras merces, fuit inuenta magna pecuniæ argenteæ quantitas, quam ex Hispania in Italiam mittebant dicti de Cauana pro seruitio Suæ Maiestatis, pro quibus quantitatibus, tàm massæ argenteæ, quàm in pecuniam redactæ dicebant Ducales Magistratus esse vectigal soluendum; habuerunt isti recursum ad Maiestatem Regis Nostri Philippi, & ab eo petierunt, vt argenteam pecuniam, & aliam quantitatem in barris consistentem restitui curaret,

quia

quia pro Suæ Maiestatis seruitio in Italiam transmittebatur, & quia nunquam solitum fuerat aliquid pro pecunia, vel massa argentea soluere, cùmq; ipsi essent Madriti incolæ, debeat Sua Maiestas auxilium suum impartiri, & in casu quo restitutio non fieret, prout debet, represalias concedere. Res fuit in Senatum deducta, & de duobus articulis in illo principaliter actum.

Primò, an iustè fuit capta Nauis, iustèq; prętendant Ministri Serenissimi Ducis in commissum incidisse argenteam pecuniam, & aliam quantitatem in massa existentem, ex quo non accesserat ad Ciuitatem Niceæ, vt solueret vectigal, sed per mare transiret, in altum ducendo nauim, vt fraudem faceret iuribus Dohanæ illius Ciuitatis.

Secundò, an casu quo iniustè id actum fuerit, neq; restitutio fieret, concedendæ essent represaliæ.

Et quoad primum Articulum fuit de duobus conclusionibus disputatum. Prima, an Serenissimus Dux iustè possit exigere vectigalia in mari, sicut potest in terra.

Secunda, an pro argentea pecunia, & massa argentea debeat solui vectigal.

Quoad primam conclusionem primi huius articuli dicebatur, receptissimum esse apud omnes, Dominum

1 † habentem iurisdictionem in terra, illam quoq; habere in mari illi adiacenti, quod probatur ex c. vbi periculum, §. porrò, vbi glos. in verb. territorio, de election. in 6. quam inibi sequuntur Canonistę, & Bart. in tractat. de Insula, in cap. incipien. nullius

2 enim, vbi dicit, quod sicut † Pręses debet purgare Prouinciam malis hominibus in terra, ità etiam hoc debet facere in mari adiacenti, quia inibi, & in Insulis, quæ in mari sunt, habet iurisdictionem, quod etiam dicit Bar. in l. 1. C. de class. lib. 11. per illum tex. & inibi Io. de Plat. Rebuff. & nouissimè D. Regens Constantius num. 38. Angel. in l. sanè num. 5. ff. de iniur. & in l. Insulæ, per illum tex ff. de iudicijs Dom. Regens Valenzuela plura cumulans cons. 100. num. 55. cum seq. Bald. in l. penult. num. 3. C. de institut. & substitut. vbi dicit, *reperiuntur etiam fines in mari, & designabitur mare per terram propinquam*, Bartholom. Cœpoll. de seruit. rusticorum prędio. tit. de mari num. 25. Paul. de Castr. in l. deprecatio ff. ad l. Rhodiam de iactu num. 3. vbi dicit,

3 quod si aliquis ex dominis † alicuius Prouinciæ, & territorij cohętentis mari leges conderet, illę, & statuta sunt seruanda in illo mari cohærenti, quia dicitur esse pars illius territorij Mars. in repet. l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. num. 183. Ruin. cons. 28. nu. 15. & 16. lib. 1. Decian. in tract. crimin. lib. 4. tit. de loco delicti, cap. 17. nu. 29. Rodetic. Suar. alleg. 17. in princ. Gregor. Lop. ad l. fin. tit. 20 pat. 2. verb. las missiones, Io. Garsias de expensis, & meliorat. cap. 21. nu. 34. Caued. dec. 56. num. 2. Bellug. in specul. Princ. rub. 30. eiusq. protectioni, & iurisdictioni, maris vsum subiacere, tenet glos. & Bald. in l. quędam. ff. de rer. diui. & Regner. Sixtin. in tract. de rega. l. b. 2. cap. 3. num. 57. licet ibi

4 disputet de dominio; iurisdictio † n. intra mare protenditur à littore vsq; ad centum milliaria, ità post Bart. in d. tract. de insul. num. 1. Paul. Castr. in l. insulæ, ff. de iudic. in l. Cœsar, ff. de public. & vectig. & in l. deprecatio, ff. ad l. Rhodiam de iactu, tradit Dom. Pręs. Octauian. Cacheran. dec. 155. nu. 3. & licet Sixtin. loc. cit. post alios affirmet: maris dominium acquiri non posse, vndè dubitari posset an mare sit de regalibus, an præscribi possit; an prohiberi, nè per illud aliquis transire possit; ti receptissimum

5 est, † iurisdictionē in mari acquiri, & prohiberi posse nauigare volentes, 9 voluit

voluit in specie Bald. in rub. ff. de rer. diuis. n. 4. vbi ait: *& sic Veneti, & Ianuenses habent maria distincta, ex inueteratissima consuetudine*, quod sequitur Angel. Aret. in §. & quidem instit. de rer. diuis. num. 3. vbi inquit, quod licet dicatur in d. tex. quod mare est commune, naturali iure, tamen
6 Veneti, & Ianuenses longissima præscriptione sibi acquisiere eorum maria, quod etiam voluit Io. de Plat. in l. vsum aquæ num. 3. C. de aquæduct. li. 11. vbi ex d. l. infert, quod Ianuenses, & Veneti per tempus longissimũ, cuius non est memoria, præscripserũt Gulfos maris, Principe sciente, & patiente, Angel. de Perus. in cons. 290. vbi agens de capitulationibus initis inter Venetos, & Ianuenses, hæc ait: *Et licet hoc Ianuenses non asseruissent, tamen negare non possent, quod per tẽpora longissima Veneti, & eorum Signoria fuerunt, & sunt in quasi possessione dicti Gulfi. Vnde ratione possessionis longissimæ, in qua fuerunt, & sunt (circumscripta forma pactorum) possent Veneti Ianuensibus, & alijs quibuscunq. nauigare volentibus per eorum Gulfum interdicere potentiam nauigandi, ff. de iniur. l. sanè, vbi est casus secundùm Rainer. de Forlì*, & in vers. descendamus igitur sub nu. 6. affirmat idem esse, quoad Portus existentes in dicto Gulfo, quod possunt omnibus interdicere appulsum ad dictos Portus. & circa fin. d. cõs. inquit, *Et quæ dixi de Ianuensibus nauigare volentibus, dico è conuerso de Venetis quatenus dictum Capitulum vicissitudinaliter fraternizat*, quod Angel. consilium refert, & sequitur in proposito Iason in l. ex hoc iure nu. 27. ff de iust. & iure, Io. de Anan. in cap. 2. de cler. venat. num. 5. Stracc. de mercat. tit. de nauigat. num. 8. Felyn. in cap. de quarta. num. 41. vers. demũ extra de præscript. Bartholom. Cœpoll. in tract. de seruit. rusticorum prædiorum in tit. de mari num. 7. & 10. quo iure Veneti, & Ianuenses acquisiuerunt ius maris, itaùt alijs prohibere possint ius nauigandi, Ruin. cons. 28. pro intelligentia num. 9. lib. 1. ibi, *Quod Veneti, & Ianuenses longissimo tempore præscripserunt Gulfum maris*, & num. 14. ibi: *Quod Veneti, & Ianuenses præscripserunt Gulfum dicto tempore, non solùm contra Principem, sed etiam contra priuatos, quos prohibere possunt*, Franc. Balb. in tract. de præscriptio. p. 4. 5. par. princi. q. 6. num. 6. ibi: *Quo iure Veneti, & Ianuenses acquisiuerunt ius maris, itaùt alijs prohibere possint ius nauigandi*, Bartol. Cœpoll. in d. tit. de mar. nu. 5. ibi: *& similiter Ianuenses in mari suo*, Angel. in §. flumina num. 5. instit. de rer. diuis. vbi dicit: *Ex quo sequitur, quod Veneti, & Ianuẽses præscripserunt Gulfum maris, tempore cuius initij memoria non existit, Principe sciente, & patiente*, ex multis ibi deductis, quæ hic non repetuntur.

Eandem conclusionem probat Bald. in l. 1. C. de sent. ex breui. recitand. num. 5. ibi, *Et nota, quod qui est in mari, quod regitur per Ciuitatem maximam, vt Ianua, & Venetia non dicitur esse extra districtum, vndè ibi ius reddi potest*, idem dicit Cępoll. in d. tit. de mar. num. 28. vbi refert Bal. & ex Hispanis Roder. Xuar. alleg. 17. num. 1. & 2. ibi: *Vt Ianua, & Venetiæ* Menchà. lib. 2. controu. illustr. cap. 89. num. 15. ibi: *Quod sic tẽpore immemoriali Veneti præscripserunt Gulfum maris, idemq; in Ianuensibus*, & num. 16. vbi dicit: *Quinimmò quod plus est tàm Veneti in suo Gulfo, quàm Ianuenses in suo, hoc*
7 *est Pelago maris per hoc tempus immemorabile quæsierunt ius interdicendi, & vetandi reliquis mortalibus potentiam nauigandi*, Idem in effectu licet non nominet dictas Respublicas tenet, & probat Cardinal. Zabarell. cons. 38. num. 3. ibi: *Et idem est de quolibet habẽte ius Reipublicæ*, & n. 5. ibi

ibi; *Ad primum, quod competit facultas nauigandi de iure gentium, tamen cum hoc stat, quod is, qui habet possit prohibere, vt suprà dixi*, idem sentit Caued. in decis. Portugall. 46. par. 2. fol. 157, num. 2. ibi: *qui est in mari, quod regitur per Ciuitatem maritimam, vt Ianua, & Venetiæ, quæ in suo Gulfu ius acquisierũt, non autẽ in mari Adriatico, vt ex dictis patet*, & quod possint prohibere, nè aliquis nauiget, vel pischetur, aliaq; ad vsum necessaria, quę in mari fiunt, tradit Bened. Aegid. Lusitan. in l. ex hoc iure, c. 3. verbo regna condita num. 23. & sequent. ff. de iust. & iur. vbi num. 24. de nauigarione in Indiam cœteris Principibus ab Hispaniç Regibus interdicta agens, sic ait: *His ergo positis, inferendo ad casum præsentem*
8 *dicendum est, Reges † Nostros Orientalium maria, quoad nauigationis vsum, & commercia eorum legitima præscriptione quæsiuisse, habent enim inueteratam consuetudinem, ac possessionem vltra centenariam nauigandi maria illa classibus suis annuis Europæ Principibus, ac Nationibus, quibus id manifestum est, non contradicentibus, nec hunc marium illorum vsum, & commercium in partibus illis sibi attentantibus, siuè quia dignum arbitrati sunt, vt qui ea proprijs expensis, ac magno suorum vitæ discrimine, & laboribus soli inuenerunt, soli fructus inde perciperent, & lucrarentur.* Nec
9 solùm magnis Principibus † sed etiã in Baronibus sunt, qui dicant Barones habentes iurisdictionem in Castro, illam quoq; habere in mari ipsi adiacenti, vt ex Bellug. in speculo Princ. rub. 30. dicit Mastrill. de magistrat. lib. 4. cap. 56. num. 162. sic inquiens; *Nam Princeps concedendo Baroniam cum termino, videtur concedere territorium in mari adiacenti, & sic omnem iurisdictionem in eo,* & subdit: *Maximè si ea vti solitus est vel ex priuilegio expressè sibi concessa fuisset, aliàs enim difficilè esset in praxi: id obtineri:* dicit tamẽ in Regno Siciliæ Baronibus fuisse concessam iurisdictionem in mari, non obstante, quod in concessione fuerit reseruata.

Ex hoc fonte manauit, vt qui est dominus territorij, & per consequens maris adiacentis, possit imponere
10 vectigalia † per mare illud transeũtibus; quia quemadmodum potest facere in terra, ità & in mari, ita Bal. in rub. ff. de rer. diuis. num. 2. & 3. vbi dicit, quod hodie totus Mundus hoc iure vtitur, & sic derogatum est legibus contrarijs, quod idem voluit Angel. Aret. in §. & quidem, Inst. de rer. diuis. num. 3. vbi inquit, *Tamen Veneti, & Ianuenses longissima præscriptione sibi acquisiuerunt, & appropriauerunt partem maris, & per hoc infert, quod possent imponere gabellas, & passus nouos etiam transeuntibus per eorum maria cum mercibus*, post alios tradit D. Præs. Cacheran. decisi. 155. qui in specie loquitur in Serenissimo Duce Sabaudiæ dicens, eum posse exigere vectigalia etiam in mari, & ponit casum consimilem ibi: nõ tamen loquitur in moneta, neq; in massa argentea, cuius conclusionis erit ratio, de qua suprà actum ęst; quia licet Principi facere in mari, quod licęt in terra, & in mari adiacenti, iudicabit saltim per centum milliaria; Cùm ergò Serenissimus
11 † Dux Sabaudiæ habeat supremum dominium in Statu suo, vt post Socc. Iun. consf. 92. num. 4. vol. 2. tradit Cacheran. d. dec. 155. sicuti pro securitare itinerum etiam iusta dicitur vectigalis impositio, & exactio, ità erit dicendum posse iustę imponi pro securitate maris, vt tradit Hostiens. in summ. tit. de censib. n. 10. & Gregor. Lop. ad l. 5. tit. 7. p. 5. verb. seguros. circa impositionem vectigalium loquens, ait: *veluti pro defensione stratæ publicæ contra prædones in terra,*

ra, vel piratas in aqua, Rolandus à Vall. post alios conf. 91. num. 25. vol. 2. & post Sixtin. de regal. lib. 9. cap. 2 num. 4. & lib. 2. cap. 6. num. 14. & sequenr, Mastrill. de magistrat. lib. 4. c.
12 10. num. 210. Principes † enim curare debent, vt viatores tutum habcāt ad sua loca accessum, l. 1. §. summa, ff. de his, qui deiecer. vel effud. l. 3. & l. congruit, ff. de offi. Præsid. l. nè quid ff. de incend. ruin. & naufr. & ideo ex ista causa debet aliquid solui, vt dicit lex 5. tit. 7. par. 4. *quisada cosa es*, inquit Rex, *y con raçon, que pues que los mercaderos sen seguros y amparados del Rey por todo su señorio, que ellos y todas sus cosas le conoscan señorio dandole portazgo de aquello, que à su tierra truxeren à vender, e sacaren ende*; Sunt enim Principes in eorum terris, & possunt omnia in eorum subditis, quæ Imperator in toto Orbe, secundum Dec. conf. 292. Iacob. in inuest. feudor. verbo *Dux*, vers. dubitatur, sub num. 4. qui exemplificat in Duce Sabaudiæ, quos refert Mastrill. de Magist. lib. 1. cap. 16. num. 3.

Quoad secundam conclusionem dicebatur, non reperiri prohibitum de iure pro pecunia vectigal exigere, quod pro omnibus rebus exigi posse statutum est, præter eas, quæ ad vsum proprium, vel ad Fiscum inferunt, vel exercendi iuris gratia reuehunt, vt statuit Imperator Constant. in l. vniuersi, C. de vectig. & commiss. & disposuit lex 5. tit. 7. pat. 5. in quibus iuribus statuitur omnium rerū solui debere vectigal, sic ergò pro pecunia exigi posse dicebatur. Idq; cōprobari dicebatur ex eo, quia mer-
13 cis † appellatione pecuniam contineri, dicit Benuen. Stracc. de mercat. p. 1. num. 75. ibi: *Mercis appellationem ad res mobiles pertinere, l. mercis ff. de verb. signific. Sed mobilium appellatione venit pecunia, ergò & mercis appellatione. Quod autem mobilium appellatione pecunia contineatur probatur in l. mouentium, ff. de verbo. significat. quia mobile omne id dicitur, quod sui natura ad motum, siuè mouēdum est habile*. Atq; plura subdit ad hoc probandum.

Sed in contrariū dicebatur nullo pacto pro pecunia, quæ trāsuehitur esse aliquid exigendum vectigalis nomine, quia pecunia ad rerum æstimationem inuenta est, l. si ità fideiussorem ff. de fideiuss. & vt difficultatibus hominum contrahentium subueniretur, quæ oriebantur ex rerum permutatione, ità ex tex. in l. 1. §. 1. ff. de contrah. empt. voluit Accurs. ad l. fi. quæ sent. sine appell. resciud. non enim ità facilè conuertitur pecunia in mercē, sicut merces conuertitur in pecuniā, vt Iureconsult. voluit in l. 2. C. de const. pecun. ibi: *Sed & possibile est omnes res in pecuniam conuerti*. ubi glo. in verb. conuerti dicit, *Non sic è contra pecunia in res*. Cùm ergò vectigalia sint exigenda de mercibus, non videtur pro pecunia exigi posse, cùm appellatione pecuniæ omnes res comprehendantur, teste Imperatore in d. l. 2. C. de constit. pecu. non sic pecunia mercium appellatione, & ad doctrinam Benuen. Stracc. dicebatur, iura per ipsum allegata non exprimere, quod mercium appellatione pecunia contineatur. Sed tantùm ex illa deduci, quod sit res mobilis, & licet hoc verum sit, non tamē inde sequi, vt veniat appellatione mercium, quod introductum est, vt merces estimentur. Secundò dicebatur id consuetudine fuisse interpretatum, quę est optima legum interpres; fuit enim in facto probatum nūquàm fuisse exactum vectigal pro pecunia, quę per mare illud trāsuehi solet.

His omnibus accedebat, pecuniā prædictam licet nomine illius de Catana trasmitteretur in Ciuitatem Ianuę, & sit propria illorū, tamē illuc trans-

transmitti pro seruitio Suæ Maiestatis, vt ad exercitum in Flandria existentem perueniret; vnde quatenus pro pecunia deberet solui, & esset consuetum, non debet pro hac fieri solutio; quia non transferebatur ex causa mercimonij.

Quoàd secūdum articulum, an sint concedendæ represaliæ, fuit exactè discussum, prout materia requirebat, est .n. † remedium represaliarū extraordinarium, & iuri naturali cōtrarium, vt tradit Iacob. à Canib. nu. 2. & 3. & Martin. Laud. num. 4. & 10. in tract. represal Sed dubium erat, an represaliæ deberent fieri ad instantiam dictorum de Cauana, qui erāt Ciues Ianuenses, exte-
15 ris enim petentibus † represaliæ non conceduntur; sed ciuibus, qui munera subeunt illius Ciuitatis, à qua petitur, vt fiāt pro suo ciue, ita Bart. in d. tract. represal. q. 5. princip. Iacob. à Canib. d. tract. represal. nu. 19. & Martin. Laud. in eod. tract. num. 22. cùm ergo non sint ciues alicuius Ciuitatis Hispaniæ, videbatur d ndū non esse ad eorum instantiam concedendas represalias.

Dicebatur secundò obstare p̄dictis de Cauana, ipsos esse mercatores, qui domicilium mutare solent, & qui videntur huc accessisse mercimonij causa, non animo permanendi, & domicilium contrahendi, semper enim
16 † præsumuntur habere animum redeundi ad locum vnde discesserunt, vt de Scholari dicit Luc. de Pen. in l. 2. nu. 7. C. de incolis lib. 10. Barbat. cons. 52. vol. 2. nu. 10. animus enim permanendi facit quem habitatorē voluit Gramat. decis. 87. nu. 5. Socc. Sen. cons. 35. vol. 1. Camill. Salern. ad Consuet. Neap. in prohem. in addit. ad Napod. ad nu. 179. litt. C. ex quo est, vt solùm perpetuò habitantes gaudeant Ciuitatis priuilegio. Idquè confirmatur ex eo, quia cū ad beneficium represaliarū admittātur Milites, Scholares, & Rectores Ciuitatum ex particulari priuilegio, non obstante, quod non sint Ciues originarij loci, in quo vim passi sunt, vt per Bart. in tract. represal. q. 5. princ. nu. 12. & isti mercatores non sint enumerati, videntur exclusi arg. text. in l. nam quod liquidè §. fin. ff. de pœn. legat.

Sed pro parte illorū de Cauana dicebatur, represalias esse cōcedendas, quia licet ipsi sint exteri, sunt tamen incolæ Oppidi Madriti, in quo subeūt munera, sicut cœteri Ciues, vnde Bar. d. tract. de represa. q. 5. princ.
17 in 1. p. voluit, represalias esse † concedendas ad instantiam incolarum, dummodo sustineant onera illius loci, in quo viuunt, cùm alias non subeunti munera Ciuitatis priuilegia non competant, quod etiam voluit Mart. Laud. d. tract. nu. 22. quod autem subeant munera Ciuitatis, apparet, quia soluunt gabellas, & vectigalia sicuti cœteri ciues, vnde esse cti sunt municipes, quasi munerum participes, recepti in Ciuitatem, vt munera cum alijs subeant, vt tradit Vlpian. in l. 1. ff. ad municipal. vnde si onera Ciuitatis portant, & cum alijs contribuunt, ciues dicuntur, sicuti etiam incolę, qui domicilium in aliquo loco habent, quando maiorem partem fortunarum eo transtulerunt, & assiduè conuersantur, vt per Glos. in c. cū nullus de tempor ordinat. habitando. n. extra Prouinciam originis dicitur deserta Ciuitas originis, vt per Bald. in auth. sed omninò nu. 35. C. ne vxor pro marito, vbi allegat Glos. in l. adoptionem C. de adopt. Affl. decis. 384. nu. 5. & Ciuis ex muneribus. & oneribus agnoscitur, vt per DD. in l. ciues C. de incolis lib. 10. & licet isti non sint propriè ciues, vt dixit Imperator in d. l. ciues, & incolæ non teneantur munera subire, vt dixit Imperator in l. nō est verum C. de incol. eod lib. tū

hoc intelligitur de illis, qui non habent domicilium, vt aduertit Glos. ibi, non de illis, qui habent domicilium, prout isti, & ille dicitur habere domicilium, qui rerum, & fortunarũ suarum summam constituit, vt in d.l. ciues, & l. non est verum animaduertunt Doctor.

Dicebatur prætereà non obstare, quod suprà dictum est de Scholaribus, Militibus, & Rectoribus Vniuersitatum, in illis enim eademmet causa incolatus diuersitatem rationis inducebat, Scholares enim causa studij, Milites militiæ, & Rectores Ciuitatum pro gubernio ipsarum limitatam causam ostendunt, non sic in mercatore, qui non habet temporalem causam, sed tractum successiuum habentem, & ab vtilitate, & lucro dependentem, & de scholari habetur expressum, quod animum permanendi non habeat in loco, in quo studiorum causa incolatum habet habetur expresse in l. 2. C. de incol. lib. 10. & quod lex præsumit pro veritate habetur l. 2. ff. de munerib. & honor. §. & quod sæpè in princ. in auth. de trient. & semiss. vnde ex his dicebatur esse concedendas represalias.

Quoad secundũ de mercatoribus di
18 cebatur illis negari†repræsalias, qui huc, atque illuc vagantur, non autem illis, qui permanent in loco, vbi mercaturam exercent, vt voluit Gramat. decis. 87. quod eò magis cum istis de Cauana dicebatur esse considerandum, qui cum vxore, & familia per aliquos annos in hoc Oppido habitauerunt propriam relinquẽtes patriam, maiorem apud ipsos retinentes partem suarum fortunarum, vt negotientur, ad text. in l hæres absens §. illud ff. de iudic. vbi in §. proinde fit expressa mentio mercatoris respectu fori, quem sortitur ratione contractus, vel domicilij, vt voluit Glos. in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ierit, & domicilium magis quàm origo consideratur, vt per Afft. decis. 384. nu. 14. ex quo etiam colligitur non habere animum redeundi, immò potius permanendi, cùm animus permanendi ex coniecturis desumatur, vt p D. Consiliarium Rouitum in pragm. 1. nu. 9. de immunit. Neapolitan. quæ coniectura sufficiens est ex prædictis, vt ait Vlpian. in l. eius, qui manumisit §. celsus ff. ad municip. ibi *vbi domicilium habeat existimationem animi esse accipiendam*.

His omnibus discussis in Supremo Italiæ Senatu, in quo prudentissimè cuncta tractantur, atquè cum maxima humanitate, & charitate negotia Principum Italiæ secundùm sanctam Suæ Maiestatis intentionẽ digeruntur, fuit resolutum, vt certior redderetur de his omnibus Legatus Serenissimi Ducis Sabaudiæ, vt apud suum Principem ageret pro restitutione pecuniæ, pro qua nunquam fuerat solitum vectigal exigi, & quoad petitas represalias esse prius adeundos Iudices Supremos Serenissimi Ducis Sabaudiæ, vt iustitiam faciant; represaliæ enim conceduntur quãdo iustitia expressè à Iudice, qui intulit grauamen, denegatur.

SVMMARIVM.

1 *Pendente lite super priuilegiorum validitate, est in possessione priuilegiatus manutenendus.*

2 *Gesta contra inhibitionẽ, sunt ipso iure nulla.*

3 *Spoliatus ante omnia est restituẽdus.*

4 *Spoliatus à Principe non restituitur, sed de petitorio est cognoscendum, maximè in iurisdictionalibus nu. 5. & num. 7. 8. & 9. tres afferuntur opiniones.*

6 *Fallit quando Princeps spoliat re allodiali.*

10 Rela.

10 *Relatione pendente nihil est innouandum.*
11 *Iurisdictio delegata maior est ordinaria.*
12 *Text.in l.1.C.de relat.declaratur.*
13 *Rescriptum quotiescunquè subreptionem continet, non est exequutioni demandandum.*
14 *Appellari non potest à* Proregis *mandato.*
15 *Inferior terminum à* Superiore *præfixum restringere, vel ampliare non potest.*
16 *Citatio in quolibet iudicio requiritur.*
17 *Citatio est principium, & fundamentum iudicij.*
18 *Princeps citationem tollere non potest.*
19 *Sententia diffinitiua, ac interlocutoria absque citatione lata nulla est.*
20 *Iudex aliquis esse non potest in causa propria.*
21 *Nullitas ex defectu citationis est insanabilis.*
22 *Statutum remouens appellationem non extenditur ad eum, qui in iudicio non fuit.*
23 *Remedium retinendæ de iure ciuili datur solùm pro rebus corporalibus.*
24 *Priuilegium per non vsum non amittitur, quādo casus nunquàm euenit.*
25 *Immemorialis consuetudo vim obtinet priuilegij.*
26 *Præsumptio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium.*
27 *Citatio omitti potest, quando sine causa cognitione res agitur.*
28 *Possessio absque citatione ablata, absquè citatione restitui potest.*
29 *Regula, Iudicem in causa propria iudicare non posse plures patitur exceptiones.*
30 *Possessio ex actu litigioso procedens nō est manutenibilis.*
31 *Regula, quæ de facto fiunt, de facto restitui debent, quomodo intelligatur.*
32 *Vectigalium impositio est odiosa.*
33 *Pedagiorum exactiones iure ciuili, & canonico regulariter sunt damnatæ.*
34 *Vectigalium exactio est libertati contraria.*
35 *Tributa cum Principibus orta sunt.*
36 *Quies sine armis, & arma sine tributis, stare non possunt.*
37 *Princeps debet esse contentus suis solitis stipendijs.*
38 *Reges tenentur proprijs sumptibus facere omnia, quę ad eorum commoditatem, & Reipublicæ pertinent.*
39 *Cessante causa, cessare debet vectigalium impositio.*
40 *Prorex nihil potest facere contra Superioris praceptum.*
41 *Inferior à Principe non potest ius alteri quæsitum tollere*
42 *Supremis Magistratibus prohibitū est contra priuilegiū aliquid facere.*
43 *Prorex non potest imponere gabellam absquè* Principis *ordinatione speciali.*
44 *Vectigalium impositio est de Regalibus reseruatis Principi.*
45 *Ad iustificationem gabellæ requiritur, vt sit imposita à Supremo Principe.*
46 *Iura loquentia de Imperatore habent locum in Rege non recognoscente Superiorem, prout est Rex noster.*
47 *Vectigalia sunt fauorabilia, quandò imponuntur ex causa publicæ vtilitatis.*
48 *Principem debere esse contentum suis solitis stipendijs, quomodo intelligatur.*
49 *Princeps imponit gabellas, non autem Præses* Prouinciæ.
50 *Potestas imponendi vectigalia non venit cum officio Vicarij, nisi specialiter sit dictum.*
51 *Clausula, alter nos, declaratur.*
52 *Princeps iusta suadente causa nouum imponere potest vectigal, & quæ sint causæ iustæ nu.53.*
54 *Vectigal solui debet de illis rebus, quę vehuntur per Mare, vel per Terrā*
55 *Capitula Regni Siciliæ adimunt Regi potestatem imponendi vectigal, exceptis*

 ceptis

ceptis quatuor casibus.

56 Capitula Regni Siciliæ *circa immunitatem vectigalium, à quo fuerint edita.*

57 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis.*

58 *Dictio, nisi, est modificatiua.*

59 *Capitula Regni Siciliæ cur fuerint edita.*

60 *Priuilegium, quod reducitur ad iniquitatem non est seruandum.*

61 *Melius est occurrere in tẽpore, quàm post vulneratam causam remedium quærere.*

62 *Timor belli æquiparatur bello.*

63 *Timor belli peior est bello.*

64 Priuilegia *à Romanis Siculis concessa.*

65 *Ciuitas fœderata immunis à vectigalibus esse debet.*

66 Ciuitas *Messana Colonia* Romanorum.

67 *Mamertini validè pro priuilegijs pugnarunt.*

68 *Imperator Archadius exemptam à vectigalibus Messanam reddit.*

69 Priuilegium *à Romanis Messanensibus concessum anno 620.*

70 Priuilegium *Archadij Imperatoris.*

71 Priuilegium Rogerij.

72 Priuilegium *Gulielmi.*

73 *Principi aliquid asserenti omninò credendum est, maximè quando affirmat se vidisse, & informatum fuisse.*

74 Priuilegia *conceduntur subditis.*

75 Priuilegia *confirmatoria nihil iuris tribuunt.*

76 Priuilegium *exemptionis cessat ex causa publica vtilitatis, & necessitatis.*

77 Priuilegium *tacitam habet clausulã, dummodò aliud necessitas, vel publica vtilitas non suadeat.*

78 *D. Regens Constantius Marchio Corleti laudatur.*

79 *Immunitas non prodest respectu onerum, quæ belli, vel pestis causa imponuntur.*

80 Priuilegium *quantumcunquè generale nunquàm includit illud, quod publicæ vtilitati obest.*

81 Princeps *ex causa publicæ vtilitatis alterius dominium tollere potest.*

82 Priuilegium *exemptionis, si cœperit alios lædere, reuocatur.*

83 Princeps *imponere potest collectas, quando de suo non habet.*

84 Princeps *tenetur erogare redditus prouenientes ex Regno, in causam, propter quam constituti sunt.*

85 Priuilegia *ex contractu procedentia, illæsa permanere debent.*

86 Priuilegia *gratiosa sunt reuocabilia.*

87 *Vassallus licet teneatur Domino seruire, non tamen tenetur vitam pro eo ponere, præferendo vitam Domini suæ.*

88 *Vectigalium impositio est de Regalibus.*

89 *Nero reprehenditur, dùm vectigalia adimere curat.*

90 *Vectigalium alienatio, siuè ademptio in præiudiciũ successorum est nulla.*

91 Regaliæ *in successorum præiudicium alienari nequeunt.*

92 *Rex non solùm tenetur ad obseruantiam priuilegiorum ex causa onerosa concessorum, sed eius successor.*

93 Princeps *sibi ipsi contrauenire videtur, dùm contra factum venit Prædecessoris.*

94 *Iuramentum licet sit personale ex parte iurantis, est tamen reale ex parte eius, cui iuratur.*

95 *Regaliæ sunt apud Regem duplici modo.*

96 Proprium Regis *est subditos de Regia Maiestate benemerentes remunerare.*

97 *Regula, Regnum esse proximiori restituendum, quomodo intelligatur.*

98 Princeps *Supremus immunitatem concedendo tertijs præiudicium afferre potest, secus in Principe superiorem recognoscente.*

99 Priuilegium *immunitatis propter seruitia egregia concessum, etiam tertio præiudicat.*

100 Pri-

100 *Priuilegium immunitatis est ampliandum, cùm reducat rem ad suã primeuam naturam.*
101 *Priuilegium* Philippi *Secundi, seù transactio anni* 1591.
102 *Rex ligatur ob transactionem, sicut quilibet priuatus.*
103 *Princeps contrahendo videtur se ipsum, vt priuatum legibus subÿcere*
104 *Princeps etiam de potestate absoluta non potest contractus reuocare.*
105 *Contractus dicitur onerosus, vbicunquè pretium interuenit.*
106 *Differentia non est constituenda, an priuilegium sit concessum subdito, vel non subdito, quando transiuit in contractum.*
107 *Vtilitas publica priuatorum vtilitati præferri debet.*
108 *Princeps non potest reuocare priuilegium accepta pecunia, quandò pecunia correspondet valori rei per priuilegium concessæ.*
109 *Successor non ligatur ex contractu, quando in eo adfuit dolus.*
110 *Transactio, an per læsionem rescindatur, tres afferuntur opiniones nu.* 111.112.& 113.
114 *Dolus re ipsa idem operatur, quod dolus ex proposito.*
115 *Ablatiui absoluti important conditionem.*
116 *Dispositio potius præsumitur modalis, quàm conditionalis.*
117 *Interpellatio requiritur, vt modus adimpleatur in contractu descriptus*
118 *Iura adeo lites abborrent, vt si trãsactio non seruetur, non licet regredi in primam causam; sed agi ad contractus obseruantiam.*
119 *Actio non restauratur, si promissa in contractu non adimpleantur.*
120 *Decisio* Supremi Senatus.



ARGVMENTVM.

An ſtante priuilegio Meſſanæ Ciuitati conceſſo, quo facultas Iudicibus Straticotialibus conceditur declarandi litteras Suæ Maieſtatis, vel Proregum eſſe contra priuilegia ipſi Ciuitati conceſſa, poſſint Iudices Straticotiales declarare eſſe contra priuilegia, non citata parte, de cuius intereſſe agitur, etiā ſtantibus litteris S.M. hoc diſponētibus: Priuilegia immunitatis, an cōprehendant caſus publicæ vtilitatis, & imminentis neceſſitatis Regni, etiam ſi ſint conceſſa ex cauſa oneroſa, vel ſeruitiorum, quid attenta iuris communis diſpoſitione, aut Capitulorum Regni, Priuilegiorum à Regibus conceſſorum, ac etiam tranſactione inita cum Catholica Maieſtate, & latè tractatur materia immunitatis.

DECISIO VIGESIMATERTIA.



Vbernante Regnum Siciliæ vltrà Pharū D. Petro Giron Oſſunenſium Duce, cùm grauatum Catholicę Maieſtatis patrimonium conſpiceret, ex quo fiebat, vt nec militibus ſtipendia, nec Iuſtitiam miniſtrantibus ſalaria ſolui, nec pro alijs rebus, quæ Regni defenſionem reſpiciebant, ſubminiſtrari ſumptus poſſent, nec imminentibus Chriſtianæ fidei hoſtibus reſiſti, Illuſtriſſimus Prorex Regni comitijs vocatis hæc omnia propoſuit, cuius petitioni omnia tria brachia, Eccleſiaſticum nempè, militare, & demaniale, in quibus parlamentum conſiſtit, hilari, atquè fideliſſimo animo, nemine diſſentiente obtulerunt ducatos 300. mil. ſingulis annis ſoluendos pro tempore annorum nouem, vt his omnibus neceſſitatibus abundantèr potuiſſet ſubueniri, cumquè Meſſanenſis Ciuitas cum alijs demanialibus Ciuitatibus non concurrat ad votandum, ex quo prætendit præcedere Ciuitatem Panhormi, & propter priuilegium ſibi conceſſum, quod non teneatur ad ea, quæ in parlamento concluduntur, niſi concurrat, fuit poſtmodum eodem Illuſtriſſimo Prorege iubente, conſulētibus aliquibus ex ſupremis Regijs illius Regni Magiſtratibus impoſita gabella ſuper Serico, quod extrahitur à prædicta Ciuitate granorum 25. pro qualibet libra, cuius quidem impoſitionis, conqueſta cùm eſſet Ciuitas apud eundem Proregem, oblatis eius immunitatis priuilegijs, fuit illis non obſtantibus decretum, vt gabella imponeretur, & exigeretur, datis ergo litteris pro exactione prædicta, Ciuitas Meſſanenſis ad ſuum ordinarium remedium conuolauit, declarationis nempè contra priuilegium, Idquè

auctio-

authoritate sibi à Serenissimis Regibus illius Regni concessa,Rex .n. Rogerius anno 1129. inter alia illi fidelissimæ Ciuitati priuilegia concessa illud præcipuè dedit,nè rescripta,siuè mandata Regia, siuè aliorum Magistratuum Ciuitati præiudicium inferentia exequutioni demandarentur, donec fuerit aliud per Iustitiam pronunciatum,sunt.n. eius priuilegij verba. *Addimus etiam, quod Regia Authoritas, non vtatur ibidem, nec contra eosdem absoluta potestate, sed legibus ordinata,quam ex nunc legibus,& Iustitia moderamus, quodquè nunquàm fiat ordinatio,mãdatum,vel scriptura, quæ sit contra ius,statuta, constitutiones, mores,consuetudines prædicta Ciuitatis, & si cõtigerit nulli exequutioni mandetur, donec fuerit per Iustitiã moderatum*, quod priuilegium refert Ioseph Bonfilius in historia Sicula lib.4.fol.186. Idquè confirmauit Guilielmus Rex, vt idem Bonfilius testatur in prædicta historia part. 1. lib.6. fol.233.

Idemq;ratũ habuit Mãfredus Rex in priuilegio 4. Iulij 1272. vbi affirmat prædictum priuilegium Rogerij fuisse per Iudicem Magnæ Audientiæ visum,& recognitum,cuius priuilegij verba sequuntur. *Et si contigerit vobis, aut vestris in posterum successoribus in eodem officio mandatum fieri, quod esset contra ius,priuilegia,consuetudines, aut constitutiones dicta Ciuitatis, illud non exequamini, nec exequatur, nisi fuerit primò per Iustitiam regulatum, quam ordinationem perpetuò volumus seruari.*

Quæ priuilegia cõfirmauit,& ampliauit Rex Martinus in litteris datis Straticoto,& Iuratis Ciuitatis Messanæ,in quibus Iuratis suadere studet, nè ex rescriptis Regijs turbētur,si fuerint in illorum præiudicium emanata, cùm ipsis sit in mandatis datum in exequutione ordinum, & rescriptorum S.M.esse supersedendum,si illi præiudicium inferant, & Regi rescribendũ. Idquè ab Alfonso V. Aragonio sapiẽtissimo confirmatum in priuilegio Septembris 1422. vbi sic ait. *Placet Domino Regi obseruare, & obseruari facere per eius Vicereges, & Officiales alios priuilegia, statuta, prout melius visum fuerit,prouiso, quod si per Iuratos dictæ Ciuitatis allegatum fuerit coram Straticoto, seù alijs Officialibus aliqua emanasse contra priuilegia, statuta,& petitum, quod supersedeatur in exequutione talium sic emanatorum contra dicta priuilegia, & statuta, Straticotus cum consilio Iudicum, & alij Officiales recognitis dictis priuilegijs, statutis coram eis exhibitis, & ostensis, si eis visum fuerit talia emanasse contra priuilegia, & statuta teneantur supersedere in dicta exequutione quousquè per D. Regem, vel ipsius Vicereges sit prouisum.*

Verùm,qa in dicto priuilegio Regis Alphõsi fuerat reseruata facultas declarãdi esse cõtra priuilegiũ, tàm Regi,quàm Viceregi, neq;fuerat limitatum tempus,in quo dicta prouisio, siuè declaratio erat facienda, fuit postea per aliud priuilegium eiusdem Regis declaratum, ad solum Regem spectare,eiusquè responsum esse expectandum, & tempus limitatum priuilegio per eundem Regem dato 22. Nouembris anni 1432. cuius verba hæc sunt.

Placet S.R.M.quod si quæ rescripta emanauerint ab eadem, ac à suis Viceregibus, vel Officialibus quibuscunquè quæ per Iudices Curiæ Straticotialis, Ciuitatis Messanæ fuerint declarata tendere in læsionem priuilegiorum Ciuitatis eiusdem,supersedeatur in ipsorũ exequutione,quousquè ipsa R.M. fuerit consultata, ita tamen quod infra mensem vnum mittatur ad eandem Maiestatem consultatio prædictorum, & responsio expectetur per alios quatuor menses,& non vltrà quibus elapsis,& non habita responsione fiat exequutio

quutio,ipsa verò habita, stetur responsioni.

Et in anno 1440.idē Rex Alphōsus declarauit exequutionem eorum,quæ contra priuilegia fuerint iudicata reuocati, & ad pristinum reduci per Iudices Straticotiales. Verum, quia ipsi differebant iudicium,D.Io.de Monca da Prorex statuit, vt infra octo dies facerent declarationem die 6. Augusti anni 1460.Idquè Io.Rex confirmauit die 15. Nouembris eiusdem anni, sed quia quandoquè horum priuilegiorum interpretatio aliquam patiebatur controuersiam, fuit sollemniter declaratum, quid in hac re esset agēdum, & in anno 1591.per inuictissimum, atquè sapientissimum Philippū Secundum in transactione inita cum dicta Ciuitate die 1. Octobris, dùm contra priuilegia prædicta prętendebat Ciuitas fuisse impositam gabellā Serici per Illustrissimum D.Garsiam Toledo in anno 1591.granorum 25. pro qualibet vntia fuit declaratum, proùt sequitur.

Perche tra l'altre dimande, e gratie sotto il riportamento, delle quali offerisce li sudetti 500.mil scudi si contiene, che li Giudici d'essa Città di Messina, proferendo la sententia contra priuilegia d'alcun ordine, rescritto,lettera, prouisione, ò qualunque altra cosa, che siano si ritroua un priuilegio del Serenissimo Rè Alfonso di gloriosa memoria nell'anno 1432. concesso ad essa Città,per il quale si vede,che se bene detti Giudici tengono tal facultà di dichiarare contra priuilegia,niente dime nō stāno obligati infra vn mese inuiar la consulta à S. M. & aspettar altri me si quattro per ottener la rispōsta, & elapso ditto termino non obtinendo la risposta si esequiscano detti rescritti, e lettere dichiarate contra priuilegia, il quale priuilegio essa Città di Messina con l'obligo sudetto pretende non esser obligata ad osseruarlo per le cause esposte à S.M.in detta petitione, perciò si hà firmato, e stabilito, ch'essa Città di Messina, e Giudici di quella restino obligati à le osseruationi di detto priuilegio del Serenissimo Rè Alfonso con l'obligo di consultare con l'infrascritta moderatione, e temperamento, che nelle cause di contra priuilegio,quā te volte serà dichiarato per li Giodici Straticotiali alcun ordine,rescritto,lettera, prouisione, ò qualsiuoglia altra cosa tendere contra priuilegia della Città,sia obligata essa Città, ò quella persona in fauor della quale sarà stata fatta detta dichiaratione introducere à S.M.e supremo Consiglio de Italia lo eulogio,o processo deciso per la Corte Straticotiale insieme con consulta delli Giudici, che hanno dichiarato il contra priuilegio,e portar fede all'Eccellentissimo Vicerè della presentatione sudetta di detto processo infra termine di mesi otto,qui postea in concessione transactionis fuit ad annum prorogatus, da contarsi dal giorno della declaratione del contra priuilegio deciso per essi Giudici Straticotiali. E quando dopò verrà risposta di S. M. per la quale risposta si confirmarà, riuocarà, ò riformarà l'interlocutoria di detti Giudici Straticotiali,s'habbia da stare alla sudetta risposta di S. M. & inuiolabilmente esequire,& osseruare,e mentre non viene detta rispōsta, si debbia osseruare detta sententia,ò interlocutoria di detti Giudici Straticotiali,e quello che per detti Giudici sarà stato fatto,& esequito,e ridotto ad pristinum,tanto innante, quanto dopoi di dette introduttione à S.M.& in caso, che infra il termine sudetto di otto mesi non sia presentato detto Eulogio,o processo à S. M. & di più ottenuto la sudetta fede della introduttione,presentatione, e consignatione, di detta fede al detto Excellentissimo Vicerè infra il termine di detti mesi otto, all'hora si debbia exequire quelle tale lettere,ordine,o rescritto, o altra cosa declarata per essi Giudici contra priuilegia.

Cuius declarationis obseruantiam mandauit idem Rex in anno 1598. per eius literas expeditas die 25. Februarij. His igitur priuilegijs sic stantibus dicebatur pro parte Ciuitatis mandatum Vicetegis circa impositionem Gabellæ non esse exequutioni demandandũ, sed omnia innouata ad pristinum reducenda, cum ipsa virtute priuilegiorum à Serenissimis retrò Regibus cõcessorum sit in possessione suspendendi rescripta contra illis concessa priuilegia obtenta † assistente illi Summi Pontificis rescripto in c. cum personæ de priuilegijs in 6. & c. cum venissent de Instit. vbi omnes Canonistæ, Abb. in c. 1. nu. 4. Vt lite pendente, vbi voluit pendente
1 † lite super validitate priuilegij esse manutenendam in possessione, seù quasi, quod tradunt egregiè Capic. decis. 189. nu. 1. & Couarr. pract. qq. c. 17. num. 6. quorum priuilegiorum authoritate semper ad pristinum reduxit, quæ contra priuilegia gesta erant, nam cum habeat Ciuitas Messanensis titulum, non solùm coloratum, sed expressum non debet sua possessione priuari lite pendente, cùm docuerit de titulo, qui eius iustificat possessionem, nam vt tradunt in d. c. cum personæ Anchar. 11. not. Gemin. in §. quod si tales nu. 4. & 5. Philipp. Fran. num. 2. is qui nititur iure communi, etiam si priuato resistat non potest aliquid facere aduersus priuilegium sibi ostensum, quod idem tenẽt Abb. & alij citati per Dominos de Rota dec. 41. num. 11. par. 2. diuer. & Menoch. de retinen. possess. remed. vlt. num. 21. & cons. 1002. nu. 31. lib. 11. Pereg. de fideicom. art. 52. num. 142. in fin. vers. nec obstat, Regens de Ponte cons. 97. nu. 16. quod etiam procedere, si adsit titulus præsumptus tradunt Antonius Butr. in c. cum venissent de Instit. Alexander cons. 219. num. 17. lib. 6. Menoch. d. remed. vlt. num. 24. Otalora de nobil. 2. p. 3. p. principalis cap. 5. num. 8. Io. Garsias in eodem tractatu glos. 8. num. 5.

Sed vltrà assistentiã prædicti c. cum personæ addebatur in prænarratis priuilegijs, & presertim Philippi Secundi Domini nostri adesse inhibitionem, atq; prohibitionem Regis inhibentis, nè contra id fiat, quod est concessum, Vnde per supremum Italæ Consilium dicebatur esse declarandum omnia innouata ad pristinum esse reducenda, quod autem fuerit per S. M. inhibitum, nè impediatur Ciuitas declarare contra priuilegiũ esse rescriptum, siuè mãdatum, adducebantur verba literarum S. M. sub die 25. Februarij 1598. quæ sic se habẽt, *Que siẽpre que los Iuezes de aquella Ciudad declarassen que algunas de las ordenes reales, rescrito, Carta, ò prouision, ò qualquier otra cosa semejante dada por el Virrey ò Tribunal de la gran Corte d'esse Reyno era contra sus priuilegios executada la interlocutoria, ò sentencia dada y reduzido todo al primero estado ninguno Official de otro Tribunal del pudiesse impedir la dicha declaracion, ni conocer della otro Tribunal del, si nò solo mi supremo Consejo.*

Qua igitur prohibitione stante
2 gesta † contra ipsam inhibitionem ipso iure nulla sunt declaranda c. non solùm in fine, c. Romana §. quod si obijciatur de appellat. lib. 6. Dec. cõs. 103. dicens factum contra inhibitionem tanquam attentatum reuocari debere, Rom. cons. 330. num. 4. vers. quoad secũdum Lancellot. de attent. p. 2. c. 20. num. 14. & 16. qui nu. 47. dicit factum contra prohibitionem superioris debere tolli, & reuocari tanquam factum, seù attentatum contra legem, & vbicumq; Iudex facit contra prohibitionem hominis inhibentis, vel aliquid mandantis, actus est ipso iure nullus, & dicto cap. 20. ampliat. 10. numer. 1. & 5. dicit

gesta

gesta contra superioris inhibitionem nedum esse reuocanda per modum attentati quatenus de facto fuerunt facta, sed immò quoad Ius ipsum esse ipso Iure nulla.

Quæ tantò magis procedere dicebatur, quando in priuilegijs adest decretum irritans, prout hic, dicitur.n. in priuilegio Manfredi Regis anni 1272. 4. Iulij non esse exequutioni demandanda ea, quæ gesta fuerunt contra priuilegia, & in pristinum statum reuocanda, si aliquid de facto fuerit exequutum, vnde actus redditur nullus ipso iure Stafi.de litt.grat. in 8. forma num. 8. Lancell. de attent. par.2. c.10.nu.27.& c.12.lim. 50.num.24. vbi ait etiã contra ignorantes, hanc clausulam operari ex doctr, Innoc.in c.cum contingat de rescript.

Ex quibus affirmandum dicebatur ante omnia esse restituendam Ciuitatem in pristinum statum, quem habebat antequàm Gabella imponeretur, ad text. in c. non solùm de appell. in 6. Ibi *ante omnia per appellationis Iudicem reuocentur.*

Idquè confirmabatur ex regula,
3 quod ante † omnia spoliatus restituendus est, nec de causæ meritis aliquid loquendum l. si quis ad se fundum C. ad l. Iul. de vi publ.e.r.de restit. spoliat. DD. in l.naturaliter §. nihil commune ff.de acquir.poss. vbi Ripa nu.46.& Rub. nu.142.Menoc. de recuper.remed.1.num.12.Lancellott.de atten.p.3.c.30.nu.160.Quam non solùm procedere dicebatur in particulari persona spolianre, sed etiã in ipso Principe, nam licet spoliatus
4 † à Principe non debeat restitui, sed prius de petitorio cognosci, vt post multos tradit Menoch. de recuper. poss. remed.18.num.56.vers.contrariam, Itaq; sententiam, & presertim
5 † in Iurisdictionalibus, in quibus lex assistit Principi, vt tradit Anchar.cõs.310.nu.3.& alij per Pereg. relati in tract.de fideicommis.art.51. num. 151. Tamen quando loquimur
6 † in re allodiali, & libera, In qua non habet fundatam intentionem de Iure communi, tunc spoliatus restituitur etiam aduersus Principem, vt tenent relati per Menoch. de recuper. poss.remed.8.num.56.& Peregr.de fideicomm. art.52.num.135.& 136. Si verò loquimur de Iurisdictionalibus, in quibus Princeps habet fundatam intentionem, & hoc casu dicebatur tres esse opiniones, quarum Prima est spoliatum esse restituen-
7 dum † etiam non ostenso titulo, vt docet And. in c. Imperialem vers.illud de prohib. feud.alien.per Feder. Afflic. in constit. violentijs num.37. cum seq. licet Isern. in d. §.illud nu. 69.dicat debere fieri sequestrum.
8 Secunda est opinio † illorum, qui tenent, ostendendum esse titulum Principis per ipsius priuilegium, & præscriptionem immemorialem, nam aliter non daretur restitutio Io. Faber in §.retinendæ num.30. Instit. de interd. & plures quos refert Pereg de Iur. Fisci lib.7. tit.3 vers.sequestratio autem, & d. art.52. num. 141. & cons.2, col.5.lib.1. Crauett. cons.624.num.5.cum seq.lib.4.
9 Tertia est opinio † illorũ, qui dicunt necessariam esse ostensionem tituli sed sufficere coloratum tãtummodo, quo præsumptionem Iuris elidat, quod in causis beneficialibus tradit Glos. in clem. 1. de causa possess. & propriet.vers.solo, & hanc dicit communem Abb. in c. in literis num.13. de restit. spol. quod idem dicendum esse in iurisdictionalibus, & alijs, quæ absq; titulo Principis possideri non possunt, vt in specie probat Contard. in repet. l. vn. C. si de moment. poss. lim.2.§.8.num.22. cum seq. vbi affirmat ita fuisse decisũ per DD. de Rota Rom. Boss. tit.de Princip.num. 254.Capic.decis.77.num.14.Io.Baptist. Pontan. de spolio c.6.nu.161. vers.

vers. eiusdem naturæ sit, Menoch. cons. 630. num.14. cum seq. lib.7.& cons.811.num.34.vbi latè,& peritissimus legum interpres olim in Patauino, nunc Ticinensi Gymnasio Marta Voto 185.num.21. Peguera decis.Carhalon.46.num.1.par.2.

Neque his obstare dicebatur, q pro
10 parte Regij Fisci adducebatur, † nil esse nouandum relatione pendente ex l. 1. C. de relat. nam licet vera sit conclusio, non tamen procedit, quando in rescripto, vel priuilegio apponitur, clausula appellatione remota, quę operatur, vt appellatio nō habeat effectū suspensiuum not.DD.in c.pastoralis §.præterea de re iud. Butr.in c.pastoralis circa med.vers.3.effectus de appell.& Lancell.de attent.par.2. c.12.lim.8.nu.1.& 2.Benintend.decis.17.nu.5.Contard.& alij alleg.per Giurb. decis.19. num. 12. quod hoc casu procedere dicebatur, vt est videre in priuilegijs prędictorum Regum.

Neq; dici poterat Curiā Straticotialem attentasse, dum vigore ptiuilegiorum sibi concessorum processit ex Iurisdictione illis concessa, quę cùm
11 † sit delegata, maior est ordinaria
12 c. sanè de off. deleg. & ad tex. † in l. 1.de relat.dicebatur illum procedere quando ante sententiam Iudex relationem facere volebat, vel ob causę grauitatem, vel quia sibi sic erat iniunctum, vt ante sententiam referrer, vt in c. constitutus de appell. vel quando ob dubietatem Iudex Principem consulit ex sua voluntate, vt in c. intimasti de appell. vt declarat Lancell. de attent.par.2.c.8.num.4. quod hoc casu cessabat,nam Iudices Straticotiales sententiam tulerunt, per quam fuit declaratum Impositionem Gabellę esse cōtra priuilegium, & proinde ad pristinum omnia reducenda.

Quod etiam ex Iuris communis dispositione procedere dicebatur, nam
13 quotiescumq; rescriptum † continet subreptionem, vel defectum voluntatis, suspenditur exequutio, vt in c. si quando de rescript. & c. cum teneamur de appell.

Neq; obstare, quod dicitur à
14 mandato † Viceregis non posse appellari, nec reclamari, vt tradit D.Regens de Ponte de Potest. Proreg. tit. 12. de delegat. causarum nu.5. quia licet vera sit regula, non tamen procedit in hoc casu, In quo Iudices non processerunt tanquam subordinati Viceregi, sed tanquam ab ipso Rege dati specialiter ad cognoscendū, quę sint rescripta tàm Regia, quàm Viceregia contra Ciuitatis priuilegia, & ad iubendum nè illa exequutioni demandētur, quia si Rex vult, vt hac Iurisdictione vtantur contra propria regalia rescripta, certum est etiam velle, vt eandē authoritatē exerceant aduersus rescripta Viceregis, nam cui conceditur quod est plus, conceditur quod est minus l.1. in fine, & l. fin.ff.de officio eius, not.in auth.multo magis C.de sacros.Ecclesijs.

Quemadmodum nec obstare dicebatur Iudices Straticotiales fecisse illam declarationē infrà dies concessos ex priuilegio Regis Ioānis, & prorogatos per Viceregem D.Io. de Moncada, qui tempus limitauerunt prędictis Iudicibus ad faciendam dictam declarationem, & cùm ipsi non expectauerint, vt tempus laberetur nullam esse habendam rationem declarationis prędictæ ad tex. in l. siue pars, C. de dilat. c. significante de appell. Nam respondebatur optimè fecisse prędictos Iudices declarando antequàm tempus laberetur, quia tempus illud statutum fuit Iudicibus ad faciendam prædictam declarationem, quo elapso nulla eis remanebat potestas illam faciendi, Ideoq; si declarationem aliquam fecissent elapso tēpore, nulla fuisset iudicāda c. de causis de off. deleg. l. 2. §. si Iudex, & l. si Iudex ff.de iudic.& Vant.de nullit.ex

defect.

defect.Iurisdict.deleg.nu.100.& 115.

Cùm igitur prædicta declaratio facta fuerit infrà tempus limitatum, sequitur vt legitimè dicatur facta.

Neq; obstat, dilationem octo dierum fuisse datam à Vicerege, quia illa prorogatio, aut non potuit fieri in derogationem Regiæ concessionis,
15 cùm † non possit inferior terminum præfixum à superiore restringere, vel ampliare c. cum inferior de maior.& obedien. Curtius Iun.qui testatur de communi cons. 108. num. 37. agendo de termino concesso à Prætore, aut quatenus potuisset à Vicerege fieri, fuit facta extra territoriū Messanense, cum sit ex Regijs priuilegijs prohibitum Viceregi nè extra territoriū Messanæ possit iubere aliquid alijs Iudicibus, nisi Iudicib⁹ Straticotialibus.

Sed quia Supremo Italiæ Senatui visum fuit in hoc iudicio reductionis ad pristinum agi de interesse Regij Fisci, quæ reductio ad pristinum operabatur, vt exactio Gabellæ suspenderetur, datus fuit Aduocatus, qui Fisci partes tueretur, hic equidem fuit D. Alfonsus de Vargas, qui paucos post menses vitam cum morte commutauit, Vir eruditissimus,& probatissimus, qui Fisci partes tuendo dicebat, decretum Iudicum Straticotialium, per quod fuerat dictum ad pristinum esse omnia reducenda, nullū esse, ex quo decretum erat contra priuilegium, nam in quolibet iudi-
16 cio † citatio requiritur l. de vnoquoq; ff.de re iud.c.1.de caus.possess. & propriet. clem. pastoralis §. cæterum de re iudic. nec solùm in iudicio ordinario citationem requiri affirmabat, verùm etiam in quolibet iudicio summario, ac executiuo, nàm licet iudicia exequutiua habeāt instātiam, ex Bart. in l.litibus in fin. C.de agric.& cēsit.lib.11.& Iason in l. ppe randum in princip. C.de Iudic.est tū reus citādus ad sententiā, vt ex l.creditor ff.de distract. pign. notauit Alber. ibi; faciunt l.19.tit.21.lib.4.nouæ recollectionis, Afflict. decis. 358.& Parlad. rer.quotid. lib.2.c.fin.5.par. §.9.num.1.& seq.

Quin etiam dicebat, hanc citationem requiri etiam si in hoc iudicio extraordinario à lege, siue delegatione speciali sit in mandatis datum, vt procedat de plano, & sine strepitu,& figura iudicij, clem. sepè de verb. signif. Ac etiam si adsit clausula, nullo Iuris ordine seruato, non enim est intelligenda de citatione, sed de alia solemnitate iudiciali tradunt Marāt. in 6.par.mēbr.1.n.3. Afin.in praxi §. 1.c.1. nu.28. Vant.tract.de nullit. in Rub.de nullit.ex defect.citat.num.6. Cacher. decis.79. Cartar. decis.Genuēs.21. Gratian.decis.Rot.Marchiæ 231. Milanens.decis.Sicil.21.Ratio.n.
17 illa est, quia citatio † est principium, & fundamētū iudicij c.gratū,& c.relatum de off. deleg. clem.2. vt lit.pendent.vbi Scribentes §.fin. Instit.de pen. tem.litig. Specul.in tit.de citat. §.1. Roland. cons.53.num.16.vol.4. Oldradus cons.43.num.1. Socc.Iun. cons. 108. num.48. lib.2. Cardinalis Mantica decis.204. num.5.qui alios citat; Quam diximus esse vnum de substantialibus iudicij, quod de Iure diuino, atq; naturali initium sumpsit in recollect. Iurium Regni Neap. lib. 3. tit.de citat.ad Constit.in ciuilibus
18 causis, quam † etiam Principem tollere nō posse affirmat Summ. Pontif. in c.1.de caus. possess. & propriet. *Ibi nec nos contra inauditam partem aliquid possumus diffinire*, vbi annotarūt Abb. & Card. Zabarella post alios Couarr. pract.qq.c.25. num.6. *vers. quod quidem locus manifestè probat* Port.cons.2.num.7. Anchar.cons.11. Roland.cons.53.num.22. Dec.cons. 410. Afflict.decis.307.in fin.Neuizan. cons.12. num.155. quia vt ait Fortunius Garsias in l.Gallus ff.de liber.& posth. Citationis materia potius est subiecta Iuri naturali, quàm Iuri positiuo,

sitiuo, nam aliàs non esset Princeps prohibitus absq; citatione procedere, cùm sit suprà ius positiuũ, ad tex. in l.digna vox, C.de legibus, Ideoquè
19 vt diximus nulla erit † sententia absq; citatione; quod non solum est intelligendum de sententia diffinitiua, sed etiam interlocutoria, l.à proce dente, C.de dilat. Bart.in l. quod iussit num. 18. vbi Imol. ff.de re iudic. Ang.in l.recusari in princ. ff.ad Trebell. Innoc.& Card.in c.sacro de senten.excomm.& quod in iudicio summario interim etiam coram Iudice, qui est Iudex iudicij ordinarij requiratur citatio, probat tex.in c.cum venissent de instit.& Iureconf.in l.liberis, § fin.de liber.cauf.& not. Bart. in l.nam,& postea §. similiter ff.de iure iur.& Couarr.practic. quæst.cap.17. num.4. nam si hæc citatio non requireretur, darentur multa specialia, in hoc iudicio.

Primum siquidem esset validum decretum Iudicum delegatorum absquè partis citatione. Secundum, quia esset exequibile appellatione, non obstante. Tertium, quia Iudices functi essent officio suo, cùm nihil eis remaneat agendum, & sic decretum illud haberet vim diffinitiuæ. Quartum, quia non esset agendum coram superiore nisi de causa principali. Quintum, esset etiam speciale in præiudicium partis, si quando agitur de iudicio reductionis ad pristinum pars audiretur, & Fiscus non: claudicaret enim iudicium, cũ tantùm actor adesset in illo, quod esset ab omni iure, & ratione alienum, iuxta tex.in c.porrò de verbor.signif.l.stipulante §.1.ff.de verb. oblig. Imò non solùm in casibus prædictis citationem requiri dicebatur, sed etiam locum habere in illis, quorum sententia est consultiua ad instruendum Iudicem ad decisionem causæ; veluti quando aliquid committitur peritis in arte, tunc etiã debent procedere citata parte, ex regula tex.in l.generaliter §.penult.C. de reb.cred.l.3.C. fi.regund. Bart.in l.Teopompus nu. 11. ff.de dote præleg.& in l.qui bona §.fin.ff.de damn. infect. vbi Castr.Abb.in cap.quia indicante num.6.de præscrip.cum alijs relatis per Couarr. lib.2. variar.cap. 13.num.5.vers.nona conclusio, quod non procedere dicebatur, quãdo Iudex ad sui instructionem extraiudicialiter aliquem consuluit, quando etiam de consensu partiũ, aliquid fit, nàm Iudex non tenetur sequi,& ideo valida erit illius Iudicis sententia, Ang.in l.1.§. quæsitum, ff.de appell. quem refert Anton.Gabr.lib.3.commun.opin.tit.de citat. conclus.1. nu. 501. Et licet pro parte Ciuitatis fuerit allegatum, citationem non requiri in his, quæ sunt modici præiudicij, ex Accurs.in l.nec quicquam, §.vbi decretum glos.1.ff.de offic. Proconf. & in l.sed si interpellatus §.arbiter,& l. diem proferre in princ.ff.de arbitr.& l.recusari ff.ad Trebell.& in dictis locis Bart. hoc tamen dicebat Fiscus non procedere in casu isto, quia præiudiciũ nõ est modicũ, sed maximũ, agitur enim de non exigenda gabella, cuius redditus ascendunt ad duc. 50.mil. agitur preterea de re tam noua,& exorbitanti, vt interim Ciuitas in propria causa ius dicat, & aduersus superioris rescriptum; quæ autem sint modici præiudicij declarat Iason in l.si opus nouum num.4. & 5. ff.de nou.oper.nunc.vbi num.5. sic ait, *Et si quæratur, quæ interlocutoria sit modici, vel magni præiudicij, dic, quod est citatio, seu commissio Iudicis de citando, quæ dicitur sententia interlocutoria, ex glos.in l. cum clericis C.de Episcop.& Cleric. item prorogatio termini, vel dilationum, secundum Bart. in l. quod iussit in penult. colum. Bald. in c.1. in princ. de milit. vass. qui cont. est.* qui etiam exemplificat a nu.6. vsq; ad num. 10. esse magni præiudicij,& requiri citationẽ

Hh in-

in inhibitione Iudicis superioris facta Iudici inferiori, qui de causa cognouit:sic etiam in absolutione, vel habilitatione à iuramento confirmatorio: in omissione articulorum ob prouisiones faciendas:& in sententia interlocutoria lata super obseruatione iudicij, cùm habeat vim diffinitiuę, vt per Bart. in l. consentaneum C.quomod.& quando Iud.Canon.in c.consuluit de offic.deleg.

Quæ omnia multò maioris prǽiudicij considerari dicebatur in casu isto, cùm quia inhibitio fit superiori; tùm quia si habilitare aliquem ad litigandum, non obstante iuramento,nè litibus via aperiatur, est magni præiudicij,quanto magis erit hoc casu, cùm cognoscere de rescriptis Principis aperiat viam litibus, & cognitio ista aut resistat voluntati,aut potestati illius.

Neq; his obstare dicebatur istam suspensionem exequutionis, quæ fit per interlocutoriam reductionis ad pristinum,ex eo esse modici præiudicij, quia breue sit tempus suspensionis, nam debet eulogium transmitti, & præsentari in Supremo Italię Consilio infra menses quatuor, & præsentatum breuiter expediri potest ob diligentiam,& claritatem Dominorũ Regentium. Nam respondetur, neq; tempus quadrimestre esse breue,neq; ob grauitatem negotiorum posse tam breui spatio terminari, occurrunt enim in suprema Curia plurima negotia,eaq; grauia, quæ altrinsecus se impediunt: imò experientiam docuisse multo tempore perdurasse, prout negotium istud durauit per plures menses,& annos,vndè ex hoc magnum præiudicium fieri dicebat Fiscus,aut Regiæ dignitati, aut regali patrimonio,diuturnitas enim temporis impedit quominus rescripta exequutioni minimè demandentur.

Dicebatur prǽterea alia ex causa nullum reddi decretum Iudicũ Straticotialis Curiæ,ex eo nempè † quia in causa propria ius dicunt, sunt .n. omnes ciues dictæ Ciuitatis Messanę,omnes interesse habentes, iuxta ea,quæ tradit Bart.in l.in tantum, §. Vniuersitatis ff.de rer. diuis. Couarr. pract.quæst.cap.18.num.4.vndè obstat illi regula tex.in l.qui iurisdictioni ff. de iurisdict.omn.iudic.& l. vnica C.ne quis in sua causa,cum qua concordat l.10.tit.4.par.3. vbi Gregor.Lopez.

20

Quibus addebatur, prædictos Iudices Straticotiales esse Iudices conseruatores priuilegiorum dictæ Ciuitatis Messanæ, quod ità cùm sit non possunt ipsi procedere absq; partis citatione, quæ posset comparere, & apertè ostendere, factum ex parte actoris propositum non esse ei conueniens,vt animaduertit glos.in cap. 1.de offic.deleg.in sextò, verb. Conseruatores, ibi, *Non enim habet potestatem simpliciter defendendi iniuriã, sed qualificatam notoriam; habet ergo Conseruator vocare reum,& si confiteatur factum benè quidem,si neget super notorio probationes recipiat*.q̃ tradunt inibi Archid.num.3. Ancharan. n.6.vers.ego autem,Philipp.Franch. num.4.Gemin.num.2. vers. secundo oppono,Innoc. in cap. vestra, de cohab.Cleric.& mulier,cùm igitur cõseruatores iurisdictionem non habẽt, circa iudiciaria, sed solùm circa defensionem priuilegiorum,vt ab iniurijs,& violentijs priuilegiatos defendant, tenentur procedere, citatis interesse habentibus, & cognoscere de notorietate iniuriæ, cùm Iudices Straticotiales absq; citatione procedunt,dicendum est igitur eos absquè citatione procedere non posse,cum Iudices Straticotiales sint Iudices competentes articuli, an sit contra priuilegium ex delegatione speciali Principis, & cum præfixione termini ad procedendum, & determinandum, & sic in defensione suæ iurisdi-

dictionis, partis vicem habent.

His igitur sic stantibus dicebat Fisci patronus, sententiam interlocutoriam reductionis ad pristinum tanquam nullam exequutioni mandari minimè debere, ex regula tex. l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. nam is dicitur condemnatus, qui rectè condẽnatus est, quo casu sententia valet, vt ibi inquit Iurecõsultus, nullitas enim
21 quæ procedit † ex defectu citationis est insanabilis, itaut si per legem vel statutum excluderetur dicere de nullitate, non intelligitur de nullitate ex defectu citationis Fely. in cap. qualiter, & quando §. licet autem nu. 15. de accusat. Bar & Fulgos. in l. milites C. de testam. milit. Vant. tit. quis poss. dicer. de nullit nu. 46. & habetur in l. 2. & in l. 4 tit. 17. lib. 4. nouæ recollect. quæ leges omnem nullitatem excludunt, vt post Didac. & Mess tradit Azeued. in d. l. 2. n 37. Et tandem ex alio etiam capite sententiam prædictam non esse exequibilem dicebatur, quia Regnum Siciliæ pro suo interesse litigabat aduersus dictam Ciuitatem, vt scilicet contribuere deberet donatiuo facto per Regnum, nam aliter si Messanenses non soluerent gabellam prædictam tenerentur illam soluere alij non priuilegiati, ex doctr. Bart. & Ang. in l. ab omnibus, ff. de leg. 1. Abb. in cap. accedens de præscript. Alex. cons. 178. num. 19. li. 2. ex quo sequebatur regula, quod exequutio non sit facienda, tertio cõparente pro suo interesse, quæ aliter erat facienda cap. super eo, de offic. deleg. & habetur in l. 41. tit. 3. lib. 2. nouæ recollect. Alex. in l à Diuo Pio, §. super rebus num. 24. de re iud. nam
22 † statutum remouens appellationem non extenditur ad eum, qui non fuit in iudicio, vt ex Bart. in l. 1. §. qui interdum num. 4. ff. quib. appella. non licet Ang. ibi num. 5. Corrad. in repetit. l. vnic. C. si de moment. possess. limit. 23. Boer. decis. 79. Couarr. practicar. quæst. cap. 13. num. 3. latissimè D. Giurba Vir eruditissimus in decis. Concistor. Sicil. 8. num. 15. & plur. sequent. & dec. 90. num. 2. & final.

Ex quo sequebatur, quod si Fiscus non fuisset citatus sufficeret ad impediendam sententiam Regnum non fuisse citatum, quia appellabile trahit ad se non appellabile ex Bal. in cons. 241. vol. 1. Menoch. de adipisc. remed. 3. num. 183.

Neque dicebatur obstare, quod circumscripta dicta sententia reductionis ad pristinum debeat Ciuitas conseruari in quasi possessione immunitatis, in hoc summarijssimo iudicio, nam respondebatur hoc non esse petitum, & sic extenderetur sententia vltrà deducta in iudicio contra l. vt fundus ff. commun. diuid. ibi *Vltra id, quod in iudicium deductum est excedere potestas Iudicis nõ potest.* Ex quo dicebatur, quod causa debebat super isto articulo instrui, & ab vtraq; parte testes produci, vt tradit Couar. pract. qq. c. 17. nu. 4.

Et tandem ad id quod suprà dictũ est pro parte Ciuitatis Messanæ circa quasi possessionem, in qua repetitur immunitatis, dicebatur, quod licet vera sit conclusio non requiri quasi possessionem ad hoc, vt transferatur dominium, sed ex titulo habili ipso iure intelligi translatum, vt in terminis priuilegij immunitatis docet Innocent. in cap. cum nostris de concess. præbend. num. 3. & Capyc. dec. 121. nu. 9. quod esse regulare in priuilegijs à Principe concessis, tradit Angel. in l. officium num. 2. ff. de rei vendicat. & Afflict. dec. 14. num. 8. præsertim cùm sint liberatoria, vnde alia exequutione non indigent, & l. 1. §. si debitorem ff. vt in poss. legat. eatur, cum traditis ab And. Gail lib. 1. obseruat. 113. num. 18. Tamen verum est non transferri possessionem ad hoc, vt intentari possit remedium retinendæ. Huius conclusionis exemplum datur

in beneficijs à Papa concessis, nam si duobus est concessum beneficium primo prouisus habet verum, & reale ius in beneficio, cap. dudum §. nos igitur, de præbend. in sextò, vndè dicebatur considerandam esse possessionem distinctam à dominio, vndè ad effectum continuandi possessionē non attendi ius proprietatis, sed possessionis, ex traditis per Bald. in l. 2. num. 80. C. de seruit. & aqua, post Innoc. in cap. in litteris num. 3. & 6. de restit. spoliat. loquendo in iure prohibendi, in exactione fructuum & in locatione eorum facienda, & idem procedere in iurisdictionalibus, tradit gl. in c. dudum il 2. in verb. deceptæ, de elect. Crescent. dec. 1. n. 1. de confirm. vtil. vel inutil. & Gonsal. ad reg. 8. Cancell. glos. 45. §. 2. n. 16. cum seq. & adest l. 11. in fin. tit. 17. par. 1.

Et tandem dicebatur, quod licet
23 † remedium retinendæ de iure ciuili solùm detur pro rebus corporalibus, vt per Cyn. in l. si certis annis, & ibi DD. C. de pact. vtile tamen competere, licet non directum, respectu quasi possessionis, quæ in iuribus incorporalibus consideratur, vt tradit Arer. in l. 4. num. 2. ff. de acquir. poss. vbi voluit prò iuribus incorporalibus non dari interdictum directum, sed vtile, ex doctr. Bart. in l. 4. §. vnde vi, ff. de vi & vi armat. Menoch. de retinend. remed. 3. q. 20. num. 139. & est elegans tex. in cap. querelam, vbi Innoc. notat num. 2. de elect. & latè D. Consil. Io. Andr. de Georg. alleg. 44. num. 1. & sequent. & comprobatur ex tex. in cap. licet causam, de probat.

Vnde sequebatur, vt in hoc iudicio quasi possessionis debeat adhiberi probatio, vt manutentioni locus sit d. c. quærelam de elect. ibi, *quia liquidè fuit comprobatum*, & in d. cap. licet causam, ibi, *Cùm probationes Ecclesiæ longè sint potiores*.

Cùm igitur hoc non sit probatum non potest Ciuitas Messanensis prætendere, vt manuteneatur in quasi possessione; Imò potius id Fisco competere, qui ante annum 1591. fuerat in possessione exigendi gabellam serici à dicta Ciuitate, neq; post annum 91. fuit Ciuitas in possessione, quia casus non erat, in quo potuisset opponere de priuilegio immuni-
24 tatis, & sicut non potest dici † priuilegium amitti ex non vsu, quando casus non euenit, cùm per non vsum amittatur l. & Attilicinus ff. de seruitut. rust. prædior. l. in filijs C. de decurion. lib. 10. gloss. in cap. Sancti Siluani, de verb. signif. & diximus ad l. fin. de Const. Princ. cap. 1. par. 2. Gizzarell. decis. 73. num. 3. Anna singul. 400. Mastrill. dec. 96. Medic. consil. 63. Itaut si consideretur in priuilegijs quasi possessio, necessarius sit vsus priuilegij, qui si casus accidat, interuenire non potest, & sic nunquā fuit in possessione, quia ante priuilegium soluit, & post non accidit casus, & sic cessant quæ pro parte Ciuitatis dicebantur, spoliatum ante omnia restituendum esse, quia cùm deficiat quasi possessio spoliatio considerari non valet, & sic ex omnibus prædictis dicebatur, sententiam non esse exequutioni demandandam.

Ad quod Ciuitas Messanæ respondebat, nullam in actu isto declarationis requiri citationem, idq; manifestè probari dicebatur ex antiqua consuetudine iudicandi absq; aliqua citatione, vltra priuilegia prædicta, secundum quam in hoc particulari casu Iudices prædicti declarauerunt, nam cùm in anno 1607. Prudentissimus Rex Noster Philippus Tertius mandasset suis datis Regijs litteris, vt talia decreta fierent, atq; promulgarentur, Fisco audito, ijdem Iudices Straticotiales declarauerunt illas esse contra priuilegia Ciuitatis Messanæ, & facta est reductio ad pristinum die

die 20. Nouembris 1608.& introducto Eulogio in Supremo Italiæ Senatu, dicebatur non esse hucusq; de . . sum,ex quo sequebatur standum esse antiquæ possessioni, litteris Regijs nō obstantibus, stante consuetudine immemoriali tempore præscripta innumeris actibus confirmata, cùm nūquam interuenerit citatio, ex qua consuetudine dicebatur duo principaliter deduci. Primum, quia ex ea declaratur, ità in priuilegijs fuisse dispositum, l.si de interpretatione, ff. de legib. cap. cum dilectis, de consuetud. c. cum venissent, vbi gloss. verbo probatum, & verbo fuisse, de institut. l. testatrix §. plures ex municipibus, ff. si seru. vend. ibi, *idq; et à successoribus eorū est obseruatum*, Immò non solùm tam antiquatam consuetudinem id operari, sed sufficere simplicem vsum paruo tempore seruatum; vt tradit Soccin. Sen. in cons. 111. nu. 4. & 5. lib. 1. Crauett. cons. 201. nu. 11. Surd. cons. 140 num. 45. Dom. de Rot. dec. 37. num. 32. & seq. par. 2. diuersorum & dec. 574. num. 2. cum seq. par. 1. diuersorum. Secundum, quod ex dicta consuetudine deducebatur, id erat,
25 quod huiusmodi † immemorabilis consuetudo vim obtinet priuilegij, l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æstiua, cap. 1. de præscript. in 6. cap. super quibusdam §. præterea, de verb. signific. Anton. Gab. lib. 5. commun. opin. tit. de præscription. conclus. 1. num. 44. Guid. Pap. decisio. 549. Verall. dec. 227. lib. 1. & habet vim legis glos. d. c. super quibusdam, §. præterea, vbi Host. n. 5. immò vincit legem Put. dec. 176. lib. 3. & tantum potest, quantū Imperator, quando cū causa procedit, vt dicit Andr. Iser. in c. 1. verb. flumina nauigabilia nu. 7. quæ sint regal. Anton. Gabr. loco cit. n. 67. ex quo dicebatur oriri præsum-
26 ptionem † iuris, & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium tradunt Anton. Butr. in cap. peruenit num. 7. de censib. Fœlyn. in cap. cum nobis num. 7. de præscript. Menoch. cons. 701. n. 96. cum sequenr. lib. 8. Vnde stantibus his prædictis conclusionibus dicebatur esse affirmandum citationem non esse necessariam, neq. id mirum videri dicebatur, cùm in alijs Regnis id fiat, ac obseruetur, nam in Principatu Cathaloniæ, vt te statur Fontanell. de pact. nuptial. claus. 3. glos. 2. num. 9. & in Regno Aragoniæ tradit Ioseph Sese de inhibit. in Anacephaleosi num. 90. cum seq. & in tract. cap. 4. §. 1. per totum, huiusmodi declarationes fiunt sine citatione partis, per quas prouidetur, ne quid fiat contra priuilegia.

Dicebatur tertio, circa eundem articulum id confirmari ex mente Regis Ioannis, qui dum præfixit spatium octo dierum, infra quos causa contra priuilegij terminaretur, virtualiter videtur voluisse, vt nulla citatio interuenitet, cùm infra tam breue tempus non potuisset procedi causa cognità, argumento l. 2. ff. de iurisdict. omn. iud. & sic vbi sine cau-
27 sæ cognitione res † agitur, citatio potest omitti, gloss. in l. 3. §. si causa cognita, ff. de bonorum poss. Bart. in l. 1. num. 3. C. quorum bonorum, Anton. Gabr. tit. de citat. conclus. 1. nu. 347.

Dicebatur quarto, declarationem contra priuilegium non esse sententiam, sed quoddam consilium extraiudicialiter præstitum Iuratis Vrbis Messanæ, quod olim à quolibet simplici Iurisconsulto præstabatur, hodie tamen ex priuilegijs Regis Alphonsi anni 1422. & 1432. à Iudicibus Straticotialibus, cùm igitur in prestatione consilij non requiratur iuris solemnitas, sequitur vt nec Cōsultor teneatur partes citare, l. iubemus, vbi notat Bar. n. 3. C. de appell. Ang. in l. 1. §. 1. num. 6. & 7. vbi Imol. num. 7. ff. eod. tit. Anton. Gabr. lib. 2. commun. opin. tit. de citat. conclus. 1. limit. 113. nu. 501.

501. nam processus ad meram Consultorum cognitionem firmatur. Vnde succedit conclusio, quod quando Iudex ad suam informationem procedit,non tenetur partes citare,Bald. in l.non dubium num.13. C.de legibus,Hyppol.in l.de vnoquoq; nu 81. de re iud.Fœlyn in cap.2.limit. 1.de testibus,Anton.Gabr. d.conclus.1.n. 329.lim.14.Bero. in cap. quoniam contra num.107. de probat. Afin. in praxi iudiciali §.7.cap.5. vers.19. & vers.133.vbi alios refert.Milleus in suo Repertorio in verbo Citatio non requiritur.Quod præcipuè in hoc iudicio dicebatur esse iudicandum,cùm Iudices Straticotiales non procedant in figura iudicij,sed ad eorum instructionem pro veritate inquirenda, an sit contra priuilegium, vel nè, & sic citatio non requiritur, Bart.in extrauagan.ad reprimendum verb. figura in fin.num.22. Afin.in praxi iudic. §. 7. cap.5. vers.34. quæ omnia confirmabantur ex traditis per Affl. decis. 391.vbi voluit ex consuetudine Magnę Cur.Vic.torqueri ex processu informatiuo reos,& sic absq; defensione,& citatione.

Quinto dicebatur,effectum prædictæ informationis Iudicum Straticotialium eò tendere, nè fiat aliquod præiudicium priuilegijs, vtq; violentiam contra illa prohibeant, quod fieri posse, parte non citata,dixit Bal. in l.si qua per calumniam,nu.2.C.de Epis. & Cler.

Sextò respondebatur,prædictam declarationem Iudicum Straticotialium non esse sententiam diffinitiuã, sed interlocutoriam, quam ferri posse parte non citata,dixit gloss.in l.ne quicquam, §.vbi decretum, ff. de offic. Proconsul. verbo decretum, in l.sed & interpellatur, §. 1. verb. Epistolà, ff. de arbitr. in l. recusare, verb.postuletur,ff.ad Trebell. Innoc. in c. auditis, num. 1. de procurat. & Ant.Gabr.loco citato,num.390.Fœlyn.in cap.per vestràs col.2. de sent. excom. Milleus in repert. in verbo citatio.

Et tandem allegabat Ciuitas Messanensis impositionem gabellæ factã fuisse absq; citatione,& sic quemadmodum non citata,neq; conuocata Ciuitate fuerat imposita, ità eodem modo poterat absq; citatione declarari fuisse impositam contra priuilegia, quia quæ de facto fiunt, debent de facto reuocari, l. minor, cum gloss. verb. Seius, ff. de euict. l. 1. §. & hoc edictum, ff. si mul. ventr.nom. Bald. cons. 149.par.3. Crauett.cons.235.num.2. Roland. à Vall.cons.3.num.18.lib.2.Tiraq. post ll.Connub.glos.5.verb.contracter nu. 15.cum seq.Ex quo motus Innoc. in cap.quærelam num.6.de elect.voluit
28 possessionem † ablatam absq; citatione posse etiam absq; citatione restitui,quod dicit etiam Angel. in l.fi. C.si per vim,vel alio modo, & plures refert Lancell.de attent. cap. 25.nu. 45.sicuti etiam exequutio facta parte non citata,debet etiam absq; citatione reuocari, tradit Fœlyn. in cap. qualiter,el primo,num.15. de accus. Dec.cons.97.num.2.& Crauett.consil.607.num.10. lib.4. & regula est, vt quæ sine citatione fiunt, etiam sine citatione retractentur, quod pluribus comprobat Anton.Gabr.de citatione conclus.1.num.430.Loffred. cons.47.n.16. Afin. in praxi iudiciali §.7. c.5.vers. 134. ex quo traditũ est,sententiam interlocutoriam latam absq; citatione partis, etiam absquè citatione posse reuocari, ex doctrina Bar. in l. quod iussit num.20.ff.de re iud. & Anto. Gabr. loco citato num. 134.

Accedat,quod cum Iudices Straticotiales sint competentes ad declarandum aliquid esse contra priuilegia, ex tot Regijs concessionibus, hoc ipso,quod sine citatione alia processerunt, censentur iudicasse nihil pos-

posse opponi contra hanc declarationem, atq; ipsis constare in hoc articulo defensionem aliquam non competere, quo casu citationem neq; esse necessariam, voluerunt gloss.& ibi Abb.in cap. cum olim de re iud. notat Rimin. in l. pacto quo pœnam, col. 2.C.de pactis,Dec.cons. 192.col. 4.Sebast. Sapia,qui alios refert in l. fin.C.de edicto Diui Adr.tollend.nu. 69.ex quibus dicebatur, remanere euacuatam difficultatem defectus citationis.

Quo verò ad aliud pertinet, in quo dicebatur non potuisse eos Iudices esse in causa propria obseruandū
29 † est propositionem illam vario modo declarari. Primò enim non habet locum in causis breuissimis,vt ex l.Senatus,in verbo parcissimè,ff.de offic. Præsidis collegerunt Angel.& Fulgos.in l.qui iurisdictioni, ff.de iurisdict.omn.iud.vt refert, & sequitur Fœlyn.in cap.causam quæ,de off.deleg. num. 3. Rursus neq; attenditur cùm à superiore nominatim quis est Iudex constitutus, qua ratione videmus Episcopum esse Iudicem in causa Ecclesiæ suæ, gloss. in can. si quis ergo,in fine 2.q.7.& in cap. cum venissent de iud.Innoc.in cap. nosti, de electione.Et vlterius licet etiam in causa propria iudicium proferre, quando notoria aliqua iniuria ipsimet fit,cap.1.de pœnis in sextò,can. Belisarius 24. q.3. & vtrobiq; Interpretes;talem verò esse hunc casum apertè constare dicebatur.

Ex quibus omnibus dicebatur pro parte Ciuitatis Messanæ satis abundànter esse satisfactum oppositioni Regij Fisci fundantis suam intentionem in litteris S. M.

His replicabat Fiscus, & præsertim allegatis pro parte Ciuitatis circa immemorialem consuetudinem, nam dicebat nullam esse consuetudinem, neq; possessionem contrariam, quæ possit releuare ob onere citandi. Primo, quia dicta consuetudo cùm in facto consistat non præsumitur nisi probetur l.in bello,§.factę ff.de capt. & postlim.reuers.cap.cum in iure peritus,de offic.deleg.vbi Scrib. cùm ergò hæc non sit probata non præsumitur.

Dicebatur secundo,iudicium Straticotiale, quando fit Fisco inaudito esse adhuc litigiosum, Imò præuentum à decreto Supremi Consilij Italiæ, quia licet fuisset per Iudices Straticotiales declaratum contra priuilegium pręceptum S. M. in anno 1607. per quod fuerat in mandatis datum, vt absq; Fisci interuentu non fierent decreta prædicta, cùm fuisset transmissum eulogium ad Supremum Consilium, reddebatur iudicium litigiosum.Vndè istam possessionem, in qua nunc prætendit stare Ciuitas Messanensis,vt sine citatione Fisci possit fieri declaratio prædicta, nullam firmitatem habere dicebatur,
30 quia possessio, † quæ ex actu litigioso procedit, non est manutenibilis, gl.in clem.1. verbo neutro in fine, vt lite pend. Mohed. dec. 8. de concess. præbend. num. 2. Garsia de benef. 5.par. cap.5. num.108. Ex quo sequebatur,vt actus præcedentes antequàm de hoc litigaretur essent probandi. Sed addebat Fiscus tertio, consuetudinem istam potius dicendam esse corruptelam, quia cùm citatio à iure naturali descendat, nō debet seruari ista cōsuetudo, quæ iuri naturali aduersatur, & sicut per statutum, quod est ius scriptum tolli non potest; multò minus tolli potest per ius non scriptum,vt arguit Alex. de Neuo cons. 86. & post illum, & alios tradit Farinac. 2.tom.quæst.39. num.29. Ex quibus dicebat satis esse satisfactum oppositionibus Ciuitatis, & vltra prædicta non obstare doctr. Marsilij in l.de vnoquoq; n. 82.de re iud.dū voluit esse recipiendos testes absq; partis citatione,quia procedit, quando

quando sunt omni exceptione maiores, itaut nihil contra eos opponi posset, vt ibi per eum, neq; exempla consuetudinis Principatus Cathaloniæ, de qua per Fontanell. de pact. nupt. clauf. 3. gloss. 2. num. 9. & quæ in Aragoneo Regno seruatur obstare dicebat; nam doctrina illius procedit, quando fiunt represaliæ propter grauamina illata Ciuibus Principatus Cathaloniæ, ob vexationem illis in alijs Regnis factam, quo casu nulla requiritur citatio, quia cùm fiant represaliæ de Regno ad Regnum, tunc cùm non possit procedi via ordinaria vtitur hoc remedio represaliarum, vt parti læsæ possit satisfieri, vt ex l. si alius §. bellissimè, ff. quod vi aut clam, & l. pro herede §. si quid tamen cum not. ab Accurs. in gl. magna, ff. de acquir. hæred. & alijs iuribus docet Bart. in tract. represaliarũ q. 2. vers. ad secundum n. 7. & clarum est loqui in materia gabellarum indebitè exactarum, & sic in notorijs, in quibus non seruatur iuris ordo, vt in cap bonæ memoriæ, de elect. & c. cum sit Romana §. præterea, de appel lat. tradit gloss. Abb. & Butr. in cap. ex insinuatione, eod. tit. & ex alijs Hipol. in d. l. de vnoquoquè num. 94. Item quia in casu prædicto incipitur à sequestro bonorum, & tunc non est necessaria citatio, at si vltrà progreditur, processus formatur in forma Iuris, vt idem Fontan. aduertit d. nu. 46. dum ait: *Postea Consiliarij committunt causam alicui ex Assessoribus Ciuitatis ordinarijs, per quem fit prouisio, quod fiat processus ex actis, & portetur instructus*, & omnibus prędictis concurrentibus adhuc Auctorem loqui in materia ista cautè, & cum scrupulo, sentiens difficultatem iuris, & tantùm secundùm practicam admitti; Et ad consuetudinem Aragoniæ dicebatur non esse ad propositum allegatam doctrinam Ioseph Sesse, cùm ibi loquatur Author de quadam tuitione summariè præstita cum fideiussione de stando, & parendo iuri, nè pars, quæ inuocat officium Iudicis molestetur absquè examine instrumenti, aut literarum, per quas via executiua procedi contenditur, quod iustissimum est, vt patet ex verbis eiusdem Auctoris, vbi sic ait, *Vltra quod dictum præsidium non præstatur in materia, in qua ius resistit petenti, nisi eius intentio foueatur ab aliquo titulo immemorabili, aut qui illi æquipolleat*, sic etiam dicebatur non obstare doctrinam Afflicti dec. 391. vbi loquitur de consuetudine Mag. Cur. Vic. secundùm quam torquentur rei ex processu informatiuo, quia id tribuit auctoritati M. C. cùm tempore, quo fuit erectum illud Tribunal erat supremũ omnium Tribunaliũ, residebat enim Magister Iustitiarius apud Regem, vt habetur in Const. statuimus, quæ quidem auctoritas concessa est M. C. V. contra latrones, vt habetur in cap. si cum sceleratis, licet postea sit extensum ad alia delicta grauia.

Dicebatur præterea non obstare regulam, quod ea, quæ de facto fiunt
31 † de facto restitui debent, nàm doctr. prædicta procedit in casu, quo Iudex spoliat sine citatione, & causæ cognitione, vt tradit Ang. in l. fin. C. si per vim, vel alio modo, & Lancell. de attentatis 2. par. cap. 25. de process. in causa attentatorum num. 45. & seq. secus verò in Regijs præceptis, quæ de iure habent executionem paratã, ad tex. in l. 1. ff. de const. Princ. Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 1. p. §. 7. num. 1. Quibus addebatur, quod si vbi pars simpliciter læditur, & vbi simul concurrunt spoliatio, & attentatum, in reuocatione ipsius citatio partis requiritur, & causæ cognitio, vt tradit Specul. tit. de appell. §. nouissimè nu. 29. vers. sed quęro vtrum, & alij, quos refert Lancell. de attent. cap. 25. num. 33. quanto magis requi-

quiritur citatio, vbi contra decreta Principis, aut Supremorum Iudicum per Straticotiales decernitur, vnde ex his omnibus dicebat Fiscus, decretum prædictum reductionis ad pristinum absque partis citatione delatũ esse nullum declarandum.

Verum, quia ad decisionem articuli petitæ restitutionis in integrum, pernecessarium erat cognoscere, an privilegia Ciuitatis prædictæ, quibus immunitatem concessam esse affirmabant, comprehenderent hunc casum impositionis gabellæ, fuit principaliter actum, atq; discussum circa prædicta priuilegia, ac ipsorum obseruantiam, dicebat enim prædicta Fidelissima Ciuitas Messanæ nullo modo subsistere posse istam vectigalis impositionem, cuius immunitatẽ tuebantur ius commune, Capitula Regni plurima, atquè antiquissima priuilegia plus duorum mille annorum spatio confirmata, ac transactio inita in anno 1591. cum Augustissimo Philippo II. dùm eo tempore de intellectu prædictorum priuilegiorũ agerctur, circa eandem immunitatẽ, quam interrumpere conata erat impositio alterius gabellæ super serico, tempore quo D. Garsias de Toledo Regnum gubernabat.

Et licet latissimè tractata fuerit res ista per doctissimos ex vtraquè parte scriptores, breuiter tamen ex immenso Oceano paucam exhaurire aquam decreui, quæ ad labia refrigerandum pro iustitia causæ sufficiant.

Et quoad ius commune diceba-
32 tur † vectigalium impositionẽ odiosam fuisse semper, & à iure improbatam, vt statuit Bonifacius Papa VIII. in cap. fin. de censib. in sexto, vbi sic exorditur. *Quamquam pedagiorum*
33 *exactiones*, † *tàm iure Canonico, quã Ciuili, regulariter meritò sint damnata*. Et Imperatores statuerunt in tit. C. noua vectig. instit. non posse, idquè latè comprobant Ancharan. cons. 264. num. 1. Roland. à Vall. consil. 42. num. 22. & sequent. lib. 3. Est
34 † enim libertati contraria, cùm sit onus, nam hæc munera, aut sunt personalia, aut Regalia, aut mixta, vt in l. munerum, ff. de muner. & honorib. de quo latius diximus ad Rub. ff. de Constit. Princ. cap. 4. num. 36. & seq. & quoquomodo fiat, naturali libertati resistit, cùm omnes homines liberi nascantur, nam vt ait Bulenger. in tit. de vectig. Popul. Roman. cap. 16. sub tit. de nouis illat. *Prouinciales nouas illationes non ferebant Theodoret. lib. 5. & Theodos. bellorum iniuria coactus, illationem quandam nouam Vrbibus imposuerat, Antiocheni nouum tributum non tulerunt, sed videntes exactores in eos inuolarunt.* Vt autẽ manifestius appareat, quàm graue sit indictionibus indictiones addere, audiamus Baroniũ narrantẽ, quid acciderit in Senatu, quando Augustus vigesimam exigi iussit, dicit enim: *Quid dicam de collatione vigesimæ imperata, quid de censito Senatu, quando tam ingens est exacta pecunia, vt multi spontè à Senatu*
35 *abierint*; Et licet tributa, † atquè vectigalia cum Principibus orta sint,
36 cùm nec quies † sine armis, nec arma sine tributis esse possint, vt latè diximus ad tit. de vectigal. in recollect. iurium Regni Neap. in rub. num. 4. & infra num. 46. Non tamen ex hoc sequeretur, vt noua vectigalia imponi possint, cùm debeat Princeps
37 † esse contentus suis solitis, ac consuetis stipendijs, quæ illi à Populis concessa sunt, pro iustitia Populis ministranda, illisque tuendis ab inimicorum incursibus, vt ait Imperator in Authent. vt iudic. sine quoq; suffr. in §. illud in fin. ibi: *Nos autem Imperio sufficientem quæstum putamus, vt Collatores sola fiscalia tributa conferant, & nil aliud extrinsecus quæratur, quod subiectis omnem commoueat vitam.* Quare semper concelebra-

brati summis laudibus Principes illi fuerunt, qui vectigalia potius diminuere, quàm augere tentarunt, quo sensu eleganter Plinius Secundus ad Traian. in Panegir. sic ait. *Feres Cæsar curam, & sollicitudinem consularem, nam mihi cogitanti eundem te collationes remisisse donatiuum reddidisse. Congiarium obtulisse, delatores abegisse, vectigalia temperasse, interrogandus videris, satis nè computaueris, Imperij redditus, an tantas vires habeat frugalitas Principis, vt tot impendijs; tot erogationibus sola sufficiat.* Et Latinus Pacatus in Panegirico Theodosij. *Imperatori propriam Maiestatem ęstimanti non tam id suum videri debet, quod abstulit, quàm quod dedit, nam cùm intra ipsum voluantur omnia, & vt ille (qui cuncta ambit) Oceanus, quas fugerit aquas terris, recipit è terris, ità quicquid in Ciues manat à Principe redundat in Principem, & rei, & famę benè consulit.* Ad quod etiam fundandum adducebatur tex. in l. 1. C. nè rustic. ad vilum obseq. lib. 11. Vbi ad nullũ obsequium auocandos esse statuit, qui sua tributa pręstant, & idem põderauit ibi Luc. de Penn num. 16. & in l. annonas num. 3. C. de erogat. milit. annon. lib. 12. dixit Regem debere de tributis, & alijs, quę à subditis percipit, soluere stipendia, & Affl. in rub. quę sint regal. num. 19. cum seq. dixit Prouinciales, qui soluunt tributa non debere alias operas exhibere, cũ

38 Reges † teneãtur suis sumptibus facere omnia, quæ ad eorum commoditatem, & Reipublicę pertinẽt, & vt inquit Paulus Castren in l. neminem C. de sacros. Eccle. subditi satis grauantur in soluendo Fisco onera annalia, quę soluuntur, vt Milites sustẽtentur, ex quò fit, vt nullũ aliud grauamen debeat imponi, sequitur Ruin. consil. 107. num. 6. & seq. lib. 5. Vasq. controu. illustr. lib. 1. cap. 6. num. 3. Petr. Bellon. de re milit. 2. par. lit. I. col. 1. Luc. de Penn. & alij, quos citat Iacob. de Aiell. in tract. de iure adohę in princ. vsq; ad nu. 7. qui loquendo de Rege Siciliæ, dixit, non posse imponere nouam collectam in Regno, quia suo sumptu Regnum defendete tenetur propter tributa, quę à Regno habet, ex ea enim causa redditus, & fructus Regni ei cõcessi sunt, vt Regnum seruet, & sine subditorũ grauamine iustitiam faciat, ex quo est, vt in vectigalium impositione facienda, maxima debeat haberi ratio; Inuestiganda est enim causa efficiẽs, materialis, formalis, & finalis, vt diximus in rub. de vectig num. 11. cum seq.

Ex quibus dicebat non esse admittendam gabellam, cùm pro alimentis, atq; stipendijs Ministrorum iustitię, militię, & alijs expensis faciendis ad reparationem viarum, & pontium sint à Regno statuta tributa, & plu-

39 res impositiones. Vnde cessante causa, dicebatur cessare debere impositionem tributorũ, vt optimè ponderauit D. Io. Baptista Castell. Vir doctiss. in eius responso pro Ciuitate Messanę fol. 1. & 2. Quod si Regi non est licitum noua vectigalia imponere, quanto magis id prohibitum esse debere dicebat Proregi, ex defectu potestatis, nam licet Vicerex habeat officium maximę excellentię, & authoritatis, vt ex Cassan. in catbalog. glor. mund. par. 7. consider. 10. & in Consuetud. Burgund. rub. 1. num. 84. Bellug. in Specul. Princ. rubr. 25. §. sępissimè num. 1. & seq. Afflict. in cap. Imperialem quęst. 16. num. 3. & seq. de prohib. feud. alien. per Feder. & latè Marcus Antonius Surg. de Neap. illustr. lib. 1. cap. 22. num. 9. & Dom. Regens de Ponte de potest. Proregis in princ. & habeat in eius priuilegio clausulã, alter nos, & idem debeatur honor, & reuerentia sicut Regi, cap. pręcipimus 93. distinct. vbi glos. not. & in cap. cùm olim de offic. delegat.

cum

cum alijs,quæ tradit Menoch.consil. 52.num.1.li.1.& latè per Dom. Marinum Frecc.de subfeud.lib.2.tit.quis dicatur Dux, cùm dicatur Principis imago,vt in l.eos C. de offic. Vicar. ibi, *& indicationis nostrę soleat repræsentare reuerentiam* . Tamen
40 certum est non posse † Proregem aliquid facere contra legem, & præceptum superioris,ex regula tex.in cap.cum inferior de maior. & obed. l.formam C.de offic.Præfect Prætor. gloss.in cap.fin.in versic. figura de hæret.in sexto.Vndè motus Azor.institit. moral.lib.5. cap.15. q.7. voluit non posse supremos Magistratus, & Præfectos,nec Legatos à latere, quibus Vicereges æquantur contra ius scriptum dispensare, nisi in casibus à legibus,& iuribus permissis, ad quod plura adducit Sanchez de matrim. lib 8.disp.6.num.15.& disput.17.nu. 5.ex quo etiam fonte manat non pos
41 se † inferiorem à Principe supremo, quamuis excelsa fulgeat potestate, ius alteri quęsitum tollere,licet Principi non recognoscenti superiorem, in aliquibus casibus pmittetur,tradit Soccin.Sen. cons.164. num.12. in princ.lib.2.Fœlyn.in cap.quæ in Ecclesiarum num.32.in 4. declar. de const. Alex.in l. Ciuitas col. fin. ff. si cer. pet. & post multos Petra de potest.Princ.c.32. §.capio nunc secundam principalem num. 11. vsque ad 23.

Nequè hoc esse nouum dicebatur
42 cùm † supremis Magistratibus Imperatorum,Regum, & Rerumpublic. fuerit etiam interdictum,nè contra priuilegia faciant,tradit Anton. Pet. de potest.Princ.cap.3.quæst.4. num. 18. & 21. Nam, & si eandem haberent cum Principe potestatem,non tamen est permissum id facere, nam essent plura capita in vno corpore, ex quo fit, vt non possint adijcere clausulam,non obstante, idem Petr. loco cit.num.21.& quod non possint quicquam facere contra prohibitionem legis à suo superiore conditæ, tradit Bald.in l.1.§ his cunabulis nu. 6. vers. Adde tamen, quod legatus Cardinalis,ff.de off. Præfect. Prætor. loquens in Legato,cui Prorex æquiparatur,Ex quibus dicebat Messanēsis Ciuitas, non posse Proregem im-
43 ponere nouam gabellam † absquè Suæ Maiestatis commissione, atquè ordine, cùm sit de reseruatis Principi,& de illis regalijs,quę eius ossibus inhærent,ad quod adducebat Dom. Aloys. de Casanate Petrē de potest. Princ. cap.3. quæst. 24. num. 23. & Bellon.cons.28. num.11. adducebat etiam Bald.in l.3.C.de iure Fisci,Salyc.in l.vectigalia num. 2. C. noua vectig.Zuccard.ad rub. C.eod.nu.2. Boss.in tit. qui vectigal. impon. poss. num.4.vbi testatur vectigalia esse de maximo imperio reseruata Principi, Cacheran.dec.155.circa finem, Rosental.in tract.de feud. cap.5. concl. 33.Borrell. de præstantia Regis Catholici cap.11.Et quod Vicarius non possit imponere gabellam, dixit Bar. in l.1.num.5.C.de excus.muner. lib. 10.Comens.cons.162. in fine, quod
44 autem vectigalium impositio † sit de regalibus reseruatis Principi, dixit Dom. Regens Loffred. in paraphr. feud.ad cap.1.§.filij.si de feud. fuer. controuer.col.6. vers. septimo considero fol.36.vbi alleg. c. innouamus, & ibi DD.de censib. cap. super quibusdam §.præterea,de verb.signific. & l.vectigalia, C. de vectig.Koppin, de deman. Franc.lib.1. tit.1.num.6. & tit.10.num.2. Bertach. de gabell. par.1.num.1.Purpur.cons.493.nu.4. Mazzol.cons.56. num.3. Corrad. in templ.omn.iud.lib.1.cap.1.§.4.vers. collectas, & gabellas imponit n. 2. Corset.de potest.Reg.par.4.quæstio. 48.Mysing.obseru.29. cent.1. Ripa respons.181.num.1.Nacta cons. 661. nu.1.Afflict.in cap.1. quę sint regal. verbo regalia num. 82. Sixtin.de regal.

gal.lib.1.cap.2.num.40.& lib.2.c.6. num.14. Cùm autem vectigalium impositio soli Principi supremo competat, vt dictum est, sequitur, vt nullo modo Vicerex potuerit imponere nouum vectigal, & licet Dom. Regēs de Ponte de poteſt.Proreg. tit.4. nu. 1. dicat posse Proregem imponere nouum vectigal, ipse idem declarat quomodo, & quando id facere possit, cuius verba hęc sunt:

Incipiendo igitur à regalibus impopositionibus, donatiuis, & seruitijs, possunt Proreges, & solent cum voto Collateralis Consilij, publicis necessitatibus imminentibus nouas facere impositiones, iuxta dispositionem tex. in l.1.C. de superindict. vbi gloss. lib.10. eadem gloss. in l. fin. in vers. idoneos C. de annon. & tribut. eod. lib. in l. vectigalia, ff. de public. in l.1. & toto tit. C. noua vectigal. instit. non posse, in c. innouamus, de censibus, vbi gloss. & Scrib. tex. not. in l. comparationi, C. de excus. muner. lib.10. Abb. in cap. super quibusdam, de verb. significat. & idem declaratur in Bulla Cœnę Domini, & vt dixi hoc cum causa, alias peccarent Innoc. in d. cap innouamus, vbi Butr. post Hostiens. Isern. in ver. vectigalia, ante num.14. vers. plerumquè, & latè in verb. extraordinaria collatio, vbi quod possit pro bello, pro manutentione exercitus, & militum, & pro defensione Regni, quando non habet vnde prouidere, & vtrobiq; Afflict. eleganter, & idem Afflict. in rub. quæ sint regal. & non solum requiritur, quod causa sit vrgens, sed quod non habeat de proprio, secundum Cyn. & Bald. in l. neminem, C. de sacrosanct. Eccles. Innoc. & cæteri in d. cap. innouamus, Capyc. in §. firmiter, de probib. feud. alien. per Feder. multa per Affl. & ibi Add. in sua decis. 261. qui Afflict. in rub. quę sint regal. num. 90. dixit, quod alias occasione belli in Prouincia Hidrunti fuit imposita gabella caroleni vnius pro modio frumenti, & omnes impositiones factæ per Proreges in hoc Regno sunt ex causis prędictis, vt ex eis est videre, quod pariter dixit Cyn. in d. l. neminē, vt propter bellum faciendum, quando Rex non habet tantum de suo, quod sufficiat potest recipere à subditis, imò ab vna Ciuitate, quando periculum imminet, & postea diuidere per Prouinciam. vbi Bald. notabiliter dixit, quod quando marsupium propriū non sufficit, potest Rex imponere collectas.

Hęc pro parte Ciuitatis Messanę dicta fuere ad fundandum iniustitiam gabellę, ex quibus concludendum dicebat Ciuitas, quod si Principi supremo noua vectigalia imponere non licet, nisi existentibus causis maximis, vt infra dicetur, quanto magis id Viceregi erat denegandū, cū Pręsidibus Prouinciarum denegentur illa omnia, quę Principi reseruata sunt in signum sui supremi dominij, c. quòd translationem de off. legat. cap. frater noster 16. q.1. Gābar. de off. legat. lib.2. tit. de varijs ordin. nomin. nu.120.

Sed pro parte Regij Fisci scripsere peritissimi, atq; acutissimi Viri DD. Regentes D. Petrus Corsetus, D. Ioseph de Neap. & D. Ferdinandus Matute Consultor pro Sua Maiestate in Regno Sicilię, qui iustissimam esse impositionem prędictam dicebant tàm inspecto iure cōmuni, quàm Capitulis Regni, & priuilegijs Ciuitati concessis, Nam quoad primum iusta dicebatur collectarum impositio ex causa efficienti, cùm sit Regio nomine à Prorege imposita, qui eius vices gerit, eiusq; personam in omnibus repręsentat, cùm ab omnibus sit recepta conclusio ad iustificatio-
45 nem gabellę † requiri, vt sit imposita à Supremo Principe, vt statutum est in l. omnes pensitare, C. de annon. & tribu. li.10. & in l.1. C. de superind. lib.10. l. placet, C. de excus. muner. eo. lib. cap. innouamus de censib. cap. si

quis

quis Romipetas 24.q.3.idq; tradunt D.Tho.ad Ducissam Brabantiæ,Caietan.in sum.verb.vectigalia,Siluest. verb.Gabella, Ang.verb.Pedagium, Domi.Soto lib.3.de iust. & iur. vers. vlt.art.vlt.D.Garf.Mastril.de magist. li.3.c.10.nu.219.Sunt.n.de regalibus, & de ijs,quæ soli Principi competunt in signum supremæ iurisdictionis, vt in c.1. verb vectigalia quæ sint Regal.& præsertim in vectigali exigendo in Portu,tradunt And.num.1. Aluarot.nu.2. Affl. verb.Portus num.1. quæ sint Regal.& alij relati à Rosent. de feud.sub tit.de Regal c.31. tradit Auendan. de exeq.mand. lib.2.c.4. in princ.& idem Mastr.loc.cit. Vnde cùm collecta fuerit imposita nomine Regio, & Rex noster nullũ superiorẽ recognoscat;& ideo iura loquentia
46 † de Imperatore habent locum in Rege nostro respectu Regni Siciliæ non recognoscente superiorem, vt ex Salycet. in l. vectigalia C. noua vectigal. instit. non poss. Parlador.lib.j.rer.quotid.cap.3.in princ. sequitur, vt respectu personę sit iustissima vectigalis impositio, quam imponi mãdauit Excell.Dux Ossunæ Prorex illius Regni, potest.n.omnia quæ ipse Rex potest, D.Reg.de Pon. de pot.Proreg in princ.qui hæc verba profert: *Nulli dubium est Regni Proregem representare propriam Regis personam, tùm quia Vicarius, & Locumtenens,quo casu potest omnia quæ ipsemet Rex,secundùm notata per Paul.de Cast.Alex.& Modern.in l.1.ff.de offic. eius,cum alijs cumulatis per D.Frec.in 2.lib.in tit.quis dicatur Dux nu.33.post Andr. in cap. Imperialem num.12. de prohib.feud.alien. per Feder. tùm etiam vigore amplissimorum titulorum,seu commissionum, quas tenet,in quibus constituitur; alter ergo*, & pro hac opinione consuluit Menoch.cons.1201.num.19.qui voluit Proregem Regio nomine consentire posse impositioni gabellæ, cùm post Principem habeat imperium,& loco Principis sit, sicuti olim Præfectus Prætorio, qui facultatem habebat indicendi collectas ex l.vltim. C.de indict. Vectigalia enim cum ipsis Regibus orta sunt,vt ait Bulenger.de vectigal. Popul. Roman.cap.1.cuius verba hæc sunt:*Vectigalia, & tributa penè cum Regibus nata sunt,nam & in Iudæis, Assirijs, & Medis, Aegyptijs, vbi primùm Reges exorti sunt, protinus & vectigalia exorta,vt in sacris litteris videre est Genes.cap.47.vbi Regibus Aegypti pars quinta fructuum tributi nomine præstita narratur, quoniam neque quies sine armis, neque vtrunquè sine tributis haberi possunt; vt Liuius lib.* 1. & nos diximus ad Rubr. de vectigal.in 6.lib. recollectionis iurium nu.4.

Insuper dicebatur non obstare titulum C. noua vectig. impon.non posse,quia ille titulus procedit respectu Vniuersitatum, & inferiorum, non autem respectu Principis, quem vt diximus, certum est posse indictum, ac superindictum imponere, & ad cap.fin de censib. in 6. respondebatur, non negari odiosam rem esse vectigalia imponere, sed hoc intelligi, quando causa iusta cessat, tunc enim nequè potest, nequè debet Rex imponere vectigal, cùm autem hic iusta adsit causa, vt in fine dicendum erit, sequitur vt ve-
47 ctigalia fauorabilia † sint censenda, non odiosa, maximè cùm concurrat publica vtilitas, Parlador.rerum quotidian.cap.3. num.32. qui affert text. in l. 1. ff. de loco public. ibi, *Interdictum hoc publicę vtilitatis causa proponi, palam est, tuetur enim vectigalia publica*: sequitur Gutter. de Gabell.quęst.6. num.5. Ideoquè non esse restrictam potestatem Principis, de quo Summus Pontifex Alexander Tertius in dicto cap. innouamus de censib. ait: *Nec quis-*

quàm alicui nouas pedagiorum exactiones sine auctoritate, & consensu Regum, & Principum statuere aliquo modo præsumat: ergo sequitur assentiente Rege non esse prohibitum id facere; quemadmodum dicebatur non negari vectigalia esse naturali iuri contraria, cùm omnes homines liberi nascantur. Tamen illa indicta esse pro defensione Regni, ideoquè non esse naturali iuri contraria, sed potius illi fauere; Nam quemadmodum in §. ius autem gentium de iure natur. gent. & ciuil. dicitur seruitutem esse naturali iuri contrariam, tamen quia per seruitutem conseruantur homines, nè ab inimicis occidantur, hac de causa dicetur potius fauere iuri naturali, quàm illi aduersari. Ita licet soluere collectam, & tributa sit seruitus, dicente Apostol.ad Roman. cap.13. cuius dicta sunt registrata in cap.omnis anima de censib. *Ideo enim tributa præstatis, quia hæc est probatio subiectionis*; tamen quia per impositionem vectigalium, milites Rempublicam defendentes stipendia recipiunt, qui non solùm Rempublicam, sed etiam particulares homines tuentur, non erit dicendum vectigalium impositionem esse iuri naturali cõtrariam, sed illi fauere, & assistere.

Nequè obstare dicebatur alia, quæ dicta sunt, Principem debere es-
48 se contentum † suis solitis stipendijs, quia intelligitur necessitate non existente, & ita loqui omnes DD. pro contraria opinione allegatos, præsertim Luc.de Penn.in l.annonas C.de erogat.milit.annon.lib.10. debẽt.n.intelligi in alio casu, quàm in isto, de quo agimus; in hoc.n.vt infrà dicemus, plures sunt rationes, quæ iustam reddunt hanc impositionem, & illa præcipuè, quia agitur de beneficio ipsius Regni, cũ Rex noster Philippus III. suis exẽplaribus moribus, atq; virtutibus omnes sanctitate cõspicuos Reges non modo æquauerit, sed superauerit, quod toti Orbi notũ est, nihil suis cõmodis applicare, sed totum patrimonium impendere cupiens pro defensione Catholicæ fidei, vnde iustissima reddebatur hæc impositio.

Sed pro Ciuitate Messanæ replicabatur ad id quod dicitur, Proregem posse tãquam personam representantem supremum Principem collectam imponere; veram esse conclusionem respectu Imperatoris, vel Regis, aut alterius Principis nõ subiecti, sed nullatenus esse veram in Prorege, cùm non solùm id non sit permissum, sed specialiter tàm ciuili, quàm canonico iure prohibitum, dicebatur enim tex. in l.omnes pensitare C. de annon. &
49 tribut.lib.10.Imperatori tãtùm † permittere ius imponendi vectigal, non tamen Præsidi Prouinciæ, imò potius cõtrarium colligi, inquit enim Imp. Constantinus: *Omnes pensitare debebunt quę manus nostræ delegationibus adscribuntur, nihil amplius exigendi, vel remittendi potestatem esse; Nam si quis Vicarius, aut Rector Prouinciæ aliquid iam cuiq; crediderit remittendũ, quod alij remiserit, de proprijs dare facultatibus compelletur*: Ex quibus verbis requiri dicebatur, vt Princeps id faciat, sed in l.1.C.de superindict. eod.lib. expresè id prohiberi Præfectis amplissimę sedis, hoc est Pręfectis Pretorio, vt declarat gl.in l.placet C. de excus.muner.eod.lib.vbi Præsidibus Prouinciarũ inhibetur collectarum impositio absq; Imperatoris prę cepto, sed in casu necessitatis ad Pręfectũ Prætorio referendũ esse, vt ipse Imperatori referat, à quo robur accipiat, ibi, *Vt nobis iubentibus roboretur*: & licet ibidẽ dicatur Præfectũ Prætorio exigere, & exactione facta referre debere ad Principẽ, aliter esse id intelligendũ, verba prædicta demonstrãt;

nam

nàm illud verbum *& eo persoluto*, debet intelligi, vt Præfectus Prætorio perficiat indictionem faciẽdam, quo modo, quo tempore, & quanti, & postea Imperatori referat, & similiter dicebatur non obstare tex in c. innouamus, vbi expreſsè abſquè auctoritate Principum non recognoſcentium Superiorem vectigalia non imponuntur, non autem quod eius Vicarius poſſit facere, vt declarat ibi gloſ. dicit. n. *Reges. n. & Principes tãtum poteſtatem habent noua pedagia constituendi.*

Et ad id, quod dicitur, Proregem repreſentare Regis perſonam, & habere clauſulam alter nos, dicebatur vectigalium impoſitionem eſſe de Regalijs, quæ inhærent oſſibus Prin-
50 cipis, † nec venire cum officio Vicarij niſi ſpecialiter ſit d ctum ad trad. per Andr. in c. Imperialem nu. 13. de prohib. feud. alien. per Federic. & D. Ant. Capyc. in inueſtit. in verb. collectis, eſt. n. ius imponendi collectas de Regalibus primi generis, quæ de Supremo Imperio dicuntur, vt ex Bald. in l. 3. C. de iur. fiſc. lib. 10. & Salicet in l. vectigalia nu. 2. C. noua vectigal inſtit. non poſſ. diximus ſupra nu. 43.

51 Quo verò ad clauſulam alter † nos dicebatur illam eſſe intelligendam, non vt Prorex poſſit omnia, quę Rex poteſt, ſed vt ſubditi maiorem illi reuerentiam exhibeant, quod ſuis literis declaraſſe inuictiſſimum Philippũ Secundum Regem noſtrum dixit idẽ Caſan. in reſponſo huius cauſæ f. 77. de quo etiam diximus ſuprà deciſ. 3. nu. 20.

Iuſtam præterea dicebat Fiſcus eſſe hanc vectigalis impoſitionem ex cauſa finali, cum ab omnibus recep-
52 tiſſimum ſit † iuſta cauſa exiſtente, publicæ nempè vtilitatis poſſe Principem nouum vectigal imponere, & impoſitum augere, ſi redditus non ſuppetunt; plurimæ aũt numerantur
53 † cauſæ à DD. tàm Theologis, quàm iuris Põtificij, & Imperialis, nimirum viarũ cuſtodia, miniſtrorũ iuſtitiæ ſalaria, defenſionis Regni, imminẽt isq; belli neceſſitas ac Regiæ perſonæ, & dignitatis conſeruatio, de quibus D. Thom. ad Ducillam Brabantiæ, ſic ait: *Contingit tamen aliquando quod Principes non habent ſufficientes redditus ad cuſtodiam Terræ, & alia quæ imminent rationabiliter Principibus expetenda, & in tali caſu iuſtum eſt, vt ſubditi exhibeant vnde poſſit cõmunis eorum vtilitas procurari.* & in lib. 2. de regim. Princip. c. 12. exemplificat in cuſtodia viarum, cuius doctrinam alia exempla tradentes ſequuntur D. Antonin. in 2 par. tit. 1. c. 13. Silueſt. in verb. Gabella 3. q. 3. Caieta. verb vectigalia, Armil. verb. Gabella, Medin. de reb reſtituend. q. 15. Lopez p. 2. c 39. q. 5. Blaſius Nauarr. de vectig. c. 2. D. Reg de Ponte de poteſt. proreg. tit de regal. impoſ. §. 1. num. 48. & ſeq. Sixtin. de regal. c. 6. n 43 & ſeq & alij per Maſtr. adducti de magiſtrat. lib. 3. c. 10. n. 225 & per D. Reg. Corſet. in reſpõſ. huius cauſæ, cuius titulus eſt propugnatio vectigalis f. 20 per D. Reg. D. Ioſeph de Neap. in alleg. huius cauſæ fol. 3. & per D. Ferdinandum Matute in reſponſ. huius cauſæ fol. 22. inter quas etiam enumeratur oppreſſio patrimonij, vt ait Cic. lib. 2. offic. *Non eſt dubiũ* (inquit) *propter Aerarij tenuitatẽ, tributum eſſe conferendum, vt omnes intelligant pro ſalute Reipublicæ neceſſitati parendum*: Et quod diximus de conſeruatione Regię perſonæ, & Regni, tradit optimè lex 11. tit. 28. p. 3. ibi, *Los haueres del Rey, y de los Pueblos ſon paraque el Rey ſe mantenga honradamente en ſus deſpenſas, y con que pueda amparar ſus Reynos, y ſus Terras, y guerrear contra los enemigos de la fe*: Et quod iuſtè fuerit impoſita Gabella à Summo Pontifice, ob nõ ſuppetentes redditus Reipublicæ

refert Alexand.conf.216 num.27. in fin. lib. 2. & de tempore belli tradit Guid.Pap.decif.450. & Natt. conf. 487.num.13.& Roland.conf.1. num. 61.volu 2 & quod pro ſtipendijs militum iuſtè imponatur gabella,voluit Menoch.conf.1101.nu.32. Imò iſtis caſibus poſſe cogi ſubditos ad ſoluẽdum vectigal,tradunt Caiet.in verb. vectigalia,& alij citati DD.

Iuſtum etiã dicebatur eſſe vectigal ex cauſa formali; nam vt inquit D. Reg.Corſet fol.20.à ter.& 21.eſt impoſitum in ordine ad neceſſitatem, non enim excedit quãtum neceſſitas petit,ſed minus;pro qualibet enim libra ſerici imponuntur gr.25.quæ eſt quantitas non ſolùm hiſce tẽporibus tolerabilis,ſed etiam tempore D.Garſię de Toleto, quando pretium ſerici erat inferioris quantitatis,q̃ hodie.

Præterea eſt impoſitum habẽtibus vnde id ſoluant,quæ ſunt inſpiciẽda, quando huiuſmodi vectigalia imponuntur.

Et tandem dicebatur eſſe iuſtũ,reſpectu cauſæ materialis,cùm iure cõ-
54 muni†ſtatutum ſit vectigal exigi debere de illis rebus,quæ vehũtur, ſeu transferuntur,ſiue per mare, ſiue per terram,vt iterum vendantur,nam vt ait Toſtat.tom.3.in Matth.c.9.q.39. *Vectigal eſt id,quod exigitur à tranſeuntibus per certa loca, vel intrantibus in ea de mercibus, quæ feruntur, & dicitur vectigal à vehẽdo, ideſt portando,quia exigitur de rebus,quæ portantur*; Cùm igitur ſit impoſitum ſerico,nihil iuſtius eſſe poteſt, nam eſt res quæ extrahitur ob mercimoniũ, & ex his omnibus dicebatur Principem iuſtè impoſuiſſe tributum iſtud ex omnibus cauſis, quas DD. requirunt.

Replicabat tamen Meſſanẽſis Ciuitas, per ipſam nunquam fuiſſe actũ de iniuſtitia vectigalis in abſtracto, neq; impugnare regulas traditas pro parte fiſci, ſed prædictas regulas non eſſe ſuperiores Priuilegijs,atq; Capitulis immunitatem Ciuitati concedẽtibus,imò Capitula,& priuilegia prædicta oẽm iuſtam cãm indicendi vectigal ſuperare,nam quæ pro fiſco allegabantur, procedunt in immunitate ſimpliciter conceſſa, reſpectu cuius cãm belli,& timoris belli eſſe ſuperiorem immunitati, prout conſiderauit Natt.conſ.63. Et quoàd iuſtificationẽ cauſæ reſpectu patrimonij exhauſti dicebatur Primò,patrimoniũ non eſſe ita exhauſtum vt nõ poſſit ſubueniri defenſioni, ac ſuſtentationi Regni,nam vt idem D.Ferdinandus de Matute refert in eius alleg fol.2. redditus Regni aſcendunt ad ſummam duc.597.mil.& hoc non comprehenſis iuribus tractarum frumenti, quæ aſcendũt ad quantitatẽ duc.30. mil. ſingulis annis plus, vel minus, ſicuti etiam expenſæ plurimæ enumerãtur, quæ non ſunt pro defenſione Regni, q̃ etiam modificari poſſent, & ſic non aſcenderent ſumptus ad tantã quantitatem; Regnum enim plurimos redditus dedit Regi pro ſuſtentatione Regni,& alijs expẽſis neceſſarijs erogandis; vnde ſi illi venditi ſunt, hoc non debet cedere in damnum Regni, ſed in damnum illorum, qui redditus emerunt,quod ſi verum eſt, quod ꝓ parte fiſci conſtanter allegatur non poſſe Regem præiudicare ſucceſſoribus,de quo inferius agemus;quomodo igitur præiudicabit ſucceſſoribus, & ipſi Regno,redditus vendendo,ex quo eſt effectum,vt non ſufficiant ꝓ defenſione Regni.

Secundò, principaliter dicebant Meſſanenſes reſiſtere ſupradictæ gabellę impoſitioni Capitula generalia
55 totius†Regni Siciliæ,quibus ipſemet Rex interdicit ſibi poteſtatem vectigalia imponendi, quatuor caſibus exceptis, qui Regias perſonas, ac Regni defenſionem continent, ad quod fundandum adducebatur Capitul. Regis Iacobi, qui ad ſedandos

dos subditorum animos, quos graues impositiones induxerant ad expulsionem Gallorum, eorumq; mirabilẽ necem omnia vectigalia tolli mandauit, quę tanti mali molem generauerant, cuius capituli verba hęc sunt.

DE IMPOSITIONE generalis subuentionis.

Cap. I.

ET ad tollenda subiectorum grauamina, & euitanda pericula, quæ collectarum oneribus, quibus fideles nostri Regni Siciliæ olim tempore quond. Caroli Comitis Prouinciæ Hostis nostri diuersimodè, & intollerabiliter grauabantur in eodem Regno diuersis guerrarũ discriminibus lacessiti, materiam turbationis, commotionis, & scãdali attulerunt ab ipsarum collectarum grauaminibus, quæ inter alia potissima, & principalia fore censentur, consultè prouidimus incohandum, vt ea per nostræ liberalitatis, & prouisionis remediũ eneruata, & distructa noscantur, quæ totius scandali materiam potius, & generalius ministrabant.

De non imponendis Collectis in Regno Siciliæ, nisi in quatuor casibus infrascriptis.

Cap. II.

VT igitur in eodem Regno cesset de cætero onerosa exactio collectarum præsenti edicto, prouisione, ac constitutione valitura perpetuò inhibemus per nos, hæredes, & successores nostros, qui pro tempore fuerint, seù pro nobis, & eis dominantes in Regno prædicto, vel Officiales eorum collectas fieri, & imponi, nisi tantùm in quatuor casibus infrascriptis, qui pro nostra, & nostrorum hæredum salute, & defensione dicti Regni, & nostrorum fidelium statu pacifico sunt vtiles, & necessarij ab eisdem fidelibus per nos, & hæredes nostros subuentio exigatur.

Cap. III.

PRimus est pro defensione dicti Regni, si contingat ipsum inuadi inuasione notabili, siuè graui, per quam possit dicto Regno peruenire periculum, vel euidẽs imminere iactura, vel si superuenerit dicto Regno notabilis rebellio, siuè grauis, per quam dicto Regno possit interuenire periculum, vel euidens imminere iactura.

Cap. IV.

SEcundus pro nostra, nec non successoris, & hæredis nostri persona redimenda de Fisci nostri redditibus, & subuentione, si eam, quod absit ab inimicis captiuari contingat.

Cap. V.

TErtius est pro militia nostra, seù fratris nostri, vel alicuius ex liberis nostris, & post nostrum obitum, nostrorum hæredum, vel fratris, seũ filij, hæredum ipsorum cum huiusmodi frater, & filius decorabitur cingulo militari.

Cap. VI.

QVartus est pro maritanda sorore, vel aliqua ex filiabus nostris, vel hæredum nostrorum.

Cap. VII.

IN prædictis enim casibus, prout qualitas tunc imminentis casus exegerit, licet nobis, & hæredibus nostris in-

eodem anno subuentiones imponere, ac exigere à subditis, dummodò pro inuasione, defensione, seù rebellione prædictis, aut redemptione iam dicta quindecim millium, pro militia quinque millium, & pro maritagio quinque millium vntiarum auri summam subuentiones vniuersales totius Siciliæ aliquatenus non excedant, & si fortè in vno, eodemq; anno, aliqui ex casibus ipsis occurrerint, in anno ipso pro vno ex ipsis casibus, qui tunc occurrerent, iuxtà qualitatem ipsius, præscripto modo, vna tantùm subuentio imponatur, acquisita verò aliqua parte Regni prędicti, liceat nobis, & nostris heredibus pro dictis casibus sicut pro rata contigerit, prędictas subuentiones imponere, & exigere à subiectis Regni prędicti modo prędicto.

56 Quæ Capitula Bouadiglia † Honorio Summo Pontifici IV. tribuit lib. 5. cap. 5. num. 7. quem Aloysius de Casanat. in eius celeberrimo responso reprehendit, sed ni fallor iustè defendi potest Bouadiglia, nàm Honorium IV. idem dispofuisse certum est, vt habemus ex illius Capitulis, quæ in Regno Neapolitano seruantur, vbi eadem disposita sunt, quæ à Iacobo Siciliæ Rege, imò vt Domin. Regens Moles in sua decisione, quā ad litteram exarauimus in tit. de solut. funct. fiscal. quæ decisio ab ipso est situata sub tit. de collect. ait, Capitula prædicta à Gerardo Cardinali Episcopo Sabinensi Legato à Martino V. ad gubernandum Regnum Neapolitanum misso post obitum Caroli I. qui defunctus est die 7. Februarij secundum Dom. Regentem, & 7. Idus Ianuarij secundum Iouiū in vita Martini, edita fuisse, & confirmata postea per Honorium IV. à quo cùm confirmationem habuissent, ab ipso etiam nomen sumpsisse credendum est, quorum Capitulorum cùm notitiam habuisset Rex Iacobus, facilè mihi persuadeo ipsum voluisse disponere idem, quod Martinus, & Honorius disposuerant, qui Summi Pontifices oculum habuerunt ad cōciliandos animos Siculorum cū Francis, sicuti Iacobus ad alliciendos animos Siculorum cum ipso, hęc pro historiæ dilucidatione dixisse sufficiat.

Sed redeundo ad Capitulum prędictum Regis Iacobi dicebatur, attēta Illius dispositione nullatenus posse tractari de nouo vectigali imponendo, Rex enim ille in quatuor tantùm casibus disposuit posse imponi, cœteros excludens; Vnde cùm in principio Capituli secundi firmauerit regulam, per quam perpetuò statuit collectam imponi non posse, tollendo omnes alias impositas, & quatuor tātùm casus exceptuauerit, videtur per ipsam exceptuationem regulam firmare, & exceptis istis quatuor casibus nullum alium dari, in quo verificari possit impositio collectæ, exce-

57 ptio † enim firmat regulam in casibus non exceptuatis, l. præuaricationis, §. fin. ff. de præuaricat. l. illam, C. de collat. Dec. cons. 246. num. 8. & cons. 442. nu. 14. Crauett. cons. 214. num. 13. & 15. quem ad hoc allegat Io. Bologn. cons. 1. num. 12. qui num. 13. ait: *Ex quibus apparet, quod in hoc Regno Rex non potest pro quacunquè causa, etiam vrgentissima, & insolita, & per necessitatem belli, vel rebellionis, uel alia quacunque necessaria, & improuisa causa imponere collectam, seù gabellam, exceptis dictis quatuor casibus cum suis qualitatibus expressis*, ad quod fundandum dicebatur ponderandam esse dictionem, nisi, quæ ponitur in d. cap. ibi: *Nisi tantùm in quatuor ca-*

58 *sibus*, † quæ cùm sit modificatiua, vt tradunt DD. in l actione, vbi Ias. nu. 3. C. de transact. Alber. in l eum qui, §. qui iniuriarum n. 16. ff. si quis caut. Menoch. cons. 3. num. 16. Barbos. de diction. dict. 184. num. 6. & cùm adsit etiam dictio *tantùm*, quæ est exclu-

clusiua casuum non expressorum, vt apud Dec.cons.183. num.1. Gozad. cons.31. num. 22. Cotta in suis memorabil.in verb.tantùm, Tiraq.de retract.consang.§.1. gloss.6. num.2. & 8. quos cum alijs refert, & sequitur Pereira de renouat. emphyteus. quæstio. 11. numer. 151. Leo in thesaur. suo Eccles. part. 2. cap.2. num. 3. Menoch. consil.362. num.36.sequitur, vt saltem ex dictis clausulis non possit fieri extensio, Farinac.cons.76.num.13.par.4.quem refert,& sequitur Barbos.de dictionibus,& claus ul.dict.349.num.3.in fin. etiam si adesset similis,vel maior ratio ex Roman.cons.131.& 138.tanto magis, quia hic adsunt dictiones geminatæ,nisi, & tantùm, tradit Ias. in l.si constante num.32.ff.solut.matrimon. Albens.cons.168.nu.12.& in proprijs terminis, quando agimus in materia gabellarum, nam facta prohibitione de impositione gabellæ, cũ exceptione nonnullorum casuum,casus non exceptus remanet sub regula prohibitiua tradit Dec. cons. 189. num.6.& 152.num.1 & egregiè tradit Alex.Raudens. resp.1. num. 288. cum seq.vol.2.& in tract. de analog. 4.par.num.61. voluit in concessione immunitatis facta per viam transactionis inter Dominum, & vassallum in omnibus casibus excepto vno, quod ex ea exceptione illius casus expressi Princeps non possit collectare pro quacunque causa,etiam prætextu belli, & notabilis inuasionis, etiam in quocunq; casu concernente publicam vtilitatem, tàm cogitato, quàm incogitato, & quod non possit imponi gabella etiam pro totius Reipublicæ conseruatione,tradit Mysinger.decad.7.resp.64. motus generalitate verborum, dicens Principem nil imputare debere, quia clarius nõ est loquutus,ex regula tex. in l. præteritus,ff.de pact.tradit Petr.de Gregor.de concess.feud. par.7.q.7.num. 11. & q.3. num.36. Intrigl. de feud. cent.2.art.93.nu.136.Anton. Capy. in inuest feud.verb. collectis,vers. in Regno Siciliæ fol 118.vbi sic ait, *In Regno autem Siciliæ isti casus necessitatis sunt scripti, & limitati per Papã Honorium in suis Capitulis editis in anno 1288.extra quos non potest Rex modo aliquo collectare*, & postea subdit, *Et ad propositum eorum, quæ proximè dicta sunt vide Lucã in l. si diuina,C.de exact.tribut. lib.10. dicentem,quod collecta, quæ imponitur per Curiam Regis non est certa, sed variatur secundùm imminentes necessitates,& exigitur tantùm in casu Papæ Honorij, Ita quod si nunquam aliquis ex illis casibus emergeret, nunquam exigi posset, & sic si omnes vno anno euenirent simul, vna tantùm collecta imponi posset*, & paulò infra voluit, Reges non posse indicere munera extraordinaria in casibus non exceptis per Honorium sine authoritate Papæ, And.de Isern.in c.1. §.sed nec alia iustior,quæ sit prima caus.benef.amitt.& idem dixit Iacobus de Ayell.de iur. adoh.nu.9. quẽ refert Alex.Raud.resp.1.nu.334.vol. 2. & nouissimè tradit Auditor Capiblancus in tract. de baronib, prag. 10 num.15.24.& 25.vbi voluit, vltra prædictos casus contentos in Cap. Papæ Honorij,& repetitos in Constitutione prædicta,non licere Principi suṗmo adiutoria exigere, nec collectas indicere,& alia onera imponere.

Dicebatur præterea dicta Capitula fuisse confirmata per Regem Federicum Tertium in eius capitulo 2. sic etiam confirmasse Regem Martin.cap.20.& cap.54. vbi in specie confirmat capitula prædicta, Adducebatur præterea confirmatio prædictorum Capitulorum per inuictissimum Alphonsum V. Aragoniæ Regem, cap. 358. cuius verba hæc sunt.

Item,quod deinceps a li Siciliani in

lo

lo ditto Regno non si poza per la Sua Maiestati, o altro qualuncha suo Officiali imponere collecta, datio, gabella de sale, o gabella, & esattioni noua, ouero alcuna altra grauezza, quocunque nomine censeatur, etiam ob nomine Regio *pro quacunque causa, & necessitate etiam vrgentissima, ne li gabelli consueti, e dritti antiqui iam imposti si possano plui augumentari, Ita q li Siciliani non siano plui de cætero vexati ne grauati, sed tantùm siano tenuti pagare li gabelli ordinarij da lo* Regno, *e li collecti contenti in li Capituli de Re Iacobo tantùm secundum formam eorundem Capiiulorum, Et si per lo passato altri collecti, grauizi, o exattioni fussero stati imposti, e pagati, quilli de cætero non si pozano allegari, ne vsari, cosi como fussiro mai im poste, e pagati.* Placet Regia *Maiestati.*

Quod idem confirmauit in c. 497. & 507. Ex quibus Capitulis satis apertè constare dicebatur vltrà casus prædictos non licere Regibus collectam imponere, & hodie de nullo prædictorum casuum agi, & licet pro parte Regij Fisci allegaretur prædictam impositionem gabellæ esse cõprehensam in capitulo primo, dum loquitur de inuasione Regni, Respõdebatur pro parte Ciuitatis Messanæ multum distare casum præsentis necessitatis ab illo, de quo capitulum loquitur, vt latius infrà dicetur in responsionibus ad fundamenta Fisci.

Sed pro parte Regij Fisci respondebatur Capitulis prædictis, & præsertim Serenissimi Iacobi Aragonij, quorũ verba superiùs adducta sunt, dicebatur enim primò Capitula præ-
59 dicta edita † fuisse ab illo Rege, nè Capitula Papæ Honorij edita ad alliciendos animos Siculorum in fauorem Francorum progressum facerẽt, Nouerat enim ille S P. qui rebus Caroli Primi fauebat, quantum illi nocuisset vectigalium impositio, quibus grauatum Regnum Siciliæ illam tã horribilem exhalationem fecerat, quę omnes Gallos gladio extinxerat, moderauerat igitur S. P. in vtroquè Siciliæ Regno immodicas exactiones, quod cùm cognouisset Iacobus Rex eandem ad sibi reconciliandos animos subditorum edidit Constitutionem. Vnde quod ex vna causa fuit dispositum in beneficium, non debet hodie retorqueri in damnum ipsius Regni, itaùt necessitatibus vrgentibus non possit Rex imponere vectigal pro salute ipsiusmet Regni, cùm nullum reddatur statutum, etiã si iuratum fuerit, quando est contra publicam defensionem Regni, & Supremam Principis potestatem, etiam si transisset in vim contractus, vt ex cap. quanto, & cap. intellecto de iure iur. tradunt DD. nam priuilegium,
60 † quod reducitur ad iniquitatem non est seruandum, cap. suggestum de decim. vbi Scrib. & nos diximus ad l. fin. de const. Princ. part. 2. c. 4. nu. 18. cum seq.

Dicebatur secundò, nõ solùm prędicta Capitula non aduersari prædictæ impositioni, imò in dictis Capitulis comprehendi casum ipsum. Si enim Capitulum prædictum expressè reseruat Regni defensionem, ibi, *Primus est pro defensione dicti Regni, si contingat ipsum inuadi inuasione notabili, siuè graui, per quam posset dicto Regno peruenire periculum, vel euidens imminere iactura.* Sequitur, vt nullo modo possit nequè Ciuitas iuuari prædicto priuilegio, nequè in controuersiam deduci, nam licet Capitulum pędictũ loquatur de inuasione notabili, quasi velit dicere, quod iàm inimici fuerint Regnum ingressi, subdit tñ alia verba, quę casũ istũ decidebãt dicit. n. *vel euidẽs imminere iactura.* Ex quibus apertè habemus sufficere periculum, atquè iacturã Regni, si ergo huic remedio cõsuli potest

potest cum impositione moderata absquè periculo Ciuium, absquè illis molestijs, quæ ex bello perueniunt, de quibus Petr. Gregor. Thosolan. de Republ. lib. 11. c. 1. nu. 5. antequàm inimici aduenîant, cur ergo expectare debemus aduentum inimicorum in ipso Regno, cùm melius sit occur-
61 rere † in tempore, quàm post vulneratam causam exitum vindicare tradunt Imperatores in l. 1. quando liceat vnicuiq sine iudic. se vindicar. & in l. fin. C. in quib. caus. in integr. rest. non est necess. ibi: *Melius est. n. intacta eorum iura seruare, quàm post vulneratam causam remedium quærere.* Non. n. tenetur quis expectare læthales percussiones, imprudentiæ .n. ascribi potest, quando is, qui potest prçcauere à malo incidit in illud, nàm si ijs remedijs, quibus infirmitates iàm acquisitas possumus expellere vti possumus ad eas præcauendas, quis sanæ mẽtis compos audebit affirmare, expectandam esse infirmitatem, & postea vti remedijs ad eam expellẽdam, inde est, qđ dicunt DD.
62 timorem belli † æquiparari bello, Natt. conf. 163. Surd. conf. 210. Roman. conf. 163. & Anchar. conf. 88. vbi ait, *qui quidem timor, & suspicio habetur pro tempore guerræ, arg. l. Pedius in princ. ff. de incend. ruin. & nau frag. & quod notatur in l. 1. §. si suspicio eod. tit. Hinc dicitur, quod sufficit terror armorum*, & paulò infra ait,
63 *Peior † est bello timor ipse belli*, quem sequitur Andr. Barbat. in add. ad Bal. ad c. 1. de pace constant. §. vassalli, & quod idem iudicetur de timore belli, quod de bello, dixit Ann. alleg. 21. n. 4. Sebast. Medices tract. de fortuit. casib. tomo 7. tract. q. 1. nu. 14. fol. 211. Petr. Bellin. de re milit. tit. 1. in 6. par. oper. nu. 15. & in terminis vectigalis, quod ita debeat fieri excomputum si adsit bellum, ac si timor belli dicit idem Bellin. tract. de re milit. in 5. par. tit. 2. in fin. vbi allegat Cicer. dicentẽ in oratione pro lege Manilia hæc verba, *cæteris in rebus, cùm venit calamitas, tùnc detrimentum accipitur, at in vectigalibus non solùm aduentus mali, sed etiam metus ipse affert calamitatem.*

Hæc pro Fisco allegabantur, sed replicabat Ciuitas, & primo ad doctrin. Natt. conf. 163. & Surd. conf. 210. non procedere. quæ ipsi dicunt, in casu, quo specialiter est prouisum posse imponi vectigal, quãdo inuasio fieret, vel rebellio, nàm loquuntur præfati DD. in terminis iuris communis, nullo existente priuilegio speciali, sed in simplici immunitate concessa, idquè dicebatur satis liquere ex Epistola Diui Thomæ ad Ducissam Brabantiæ, cuius meminit Natt. conf. 557. nu. 9. & quantum ad doctr. And. de Isern. in c. 1. §. sed nec alia iustior, quæ sit prima caus. benef. amict. dicebatur illum loqui in casu, quo tenetur vassallus seruire Domino extra Regnum, & quando inimicus esset in aliqua parte, & progrederetur versus Regnum, & sic etiam non obstare doctr. Io. Vincentij de Ann. qui loquitur, quando bellum imminebat, & erat intra triginta miliaria inimicus, vt aduertit citato loco num. 17. quod non procedit, quando non esset formatus exercitus, sed color tantùm, seù timor belli, quod potest esse, non quod sit, quod ponderat Sebast. de Medic. de fortuit. casib. par. 2. q. 1. num. 13. & 16. Neque dicebatur credendum esse Regnum, & eundem Regem ignorasse, quid intersit inter imminens bellum, & bellum imaginarium, nàm ad destruendum verba prçdicti Capituli semper allegari posset timor belli, qui non sufficit in proximis Prouincijs adesse, quia tùnc dicitur bellum remotum, quod nullius considerationis est, sicut esset si motũ fuisset bellum in propria Prouincia, vt post Bart. in l. cotem ferro §. qui maximos num. 7. ff. ad municipal. declarat

clarat Riminald. Iun.conſ.282. num. 26.quod tanto magis creſcit, quanto eo tempore, quo Capitula fuerunt edita, Iacobus Rex habebat bellum præſens inter ipſum,& Regem Francorum,& S.P.

Tertiò,principaliter dicebat Ciuitas Meſſanenſis ad maioris gloriæ cumulum in ſuæ fidelitatis teſtimonium,& amoris erga Regem,& Dominũ ſuum adducere plurima ſibi conceſſa priuilegia, quæ dùm fidelitatis, atquè ſeruitiotum præbent teſtimonia,prębent quoque liberalitatis,atq; munificentiæ Regum,qui illa conceſſerunt, & vt à Populo Romano, qui prius fœdere,& amicitia cum Meſſanenſibus erat cõiunctus, licet poſtea Dominus effectus ortum habuiſſe
64 oſtenderet adducebat † priuilegium conceſſum anno ab Vrbe condita 483. Appio Claudio, & Q Fabio Cõſulibus,cuius verba hæc ſunt, quæ ad curioſorum ſolatium, & antiquitatis amatorum tranſcribere volui.

S. P. Q. R.

Appio Claudio, Quintoq; Fabio Conſu. Altero Meſſanam Siciliæ Ciuitatem claſſe profecto,reſerãte percepit, Hieronem Syracuſanorum Regem, pœnorumq;copias Hieroni cõiunctas,tàm celeriter ſuperatas,vt App.Claud.Conſu. ad hanc rem gerendam potius Ciuitas ſuæ virtutis admiratorem,quàm belli ſuſciperet adiutorem, nàm Rex, pœniq; Vrbis, non tàm multitudine, quàm animoſa nobilitate propulſi victos priùs, quàm ſe ſe didicere congreſſos, qui ante Conſulis aduentum vltra Leontinum profugi pacem expoſcentes, Rom. gloria, Meſſanenſium nobilitate, propriaq; multa,ducenta talenta Aerario oluenda ſupplices expoſcerunt, ob quod ſtatuit Vrbem ipſam titulo nobilitatis extolli, aliíſque Prouinciæ Ciuitatibus, Sacerdotes eiuſquè Ciues Romanorũ honore, Siciliæ Caput, illic fungi poteſtate Romana. Lapides eius à Leontino vſquè ad pactas extendi, nàm id ſpatium cæteris deficientibus Romanæ ditioni ſeruauit. Chirographum hoc faſtis Rom.adiunctum, laudem Ciuitatis oſtentans adſcribi. Romanamque gratitudinem meritò reſpondere, approbatum eſt præſens decretum patrum à Cn. Collatino plebis Tribuno poſt Vrbem conditam anno 483. Remp. primo bello punico conturbante.

Verùm quia rei tam antiquæ teſtimonium poterat claudicare, eo magis cùm ad præſens non reperiatur, adducebatur auctoritas Gulielmi Regis, qui ipſum vidiſſe teſtatus eſt, vt ex priuilegio prædicti Regis Gulielmi apparere dicebatur, de cuius Regis teſtimonij validitate infra erit agẽdum,ſunt autem verba Gulielmi quæ ſequuntur.

Gulielmus Diuina fauente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ laude optata fruimur: Cum benemeritis,quæ virtute lucrantur noſtri fauoris gratiam renouamus,renouataq; habilius confirmamus. Apud noſtram itaq; Maieſtatem comparentes Sindici nobilis Ciuitatis Meſſanæ nobis explicuere, quod in Theſauro ſcripturarum eiuſdem,ſint aliquæ authenticæ ſcripturæ dictæ Ciuitatis à Romano dominio tempore, quo dominabatur indultæ, quibus annotantur aliquę pręrogatiuę, immunitates, & exẽptiones dictæ Ciuitatis quæ ſenectute cauſante deficiunt. Antequàm igitur euaneſcant dignaremur ipſas videre, diſcernique, facere, per noſtrumq; priuilegium renouare, vt noſtra Regia auctoritate munita vim poſteris hæc noſtra renouatio clari pendat, quàm dictæ originales authenticæ ſcripturæ dediſſent. Nos autem iuſta poſtulatione commoti voluimus ad ipſorum Sindicorum rogamina ipſas pro prijs luminibus intueri, quas vidimus admirando,vetuſtatem ipſorum meditantes

tantes, erant autem authentica, propriaquè forma, omniquè vitio, & suspi ctione carentes, ideo reputauimus illas ualidiores, ac fide dignas, quæ integrè consistentes solo tactu deficere videbantur, ipsasque deniquè venerabilibus Gualterio Panormitano Archiepiscopo, Rinaldo Barensi, & Bartholomeo Agrigentino Episcopis tradidimus reuidendas, ac eis imposuimus, vt de verbo ad verbum in hoc priuilegio nostro scribi facerent, & fideliter annotari, quæ fuerunt de verbo ad uerbum nulla facta mutatione, diminutione, uel addimento tenoris instantis.

S. P. Q. R.

APpio Claudio, Quintoquè Fabio Consulibus altero Messanam Ciuitatem classe profecto referante percepit, Hieronem Syracusanorum Regem, pœnorumquè copias Hieroni cõiunctas, tàm celeriter superatas, ut App. Claud. Consul. ad hanc rem gerendam, potiùs Ciuitas suæ uirtutis admiratorem, quàm belli susciperet adiutorem. Nam Rex, pœniq. Vrbis, non tàm multitudine, quàm animosa nobilitate propulsi, uictos priusquàm se didicere congressos, qui ante Consulis aduentum ultrà Leontinum profugi pacem exposcentes, Rom. gloria. Messanensium Nobilitate, propriaquè multa ducenta talenta Aerario soluenda supplices exposcerunt. Ob quod statuit Vrbem ipsam titulo nobilitatis extolli, alijsquè Prouinciæ Ciuitatibus, Sacerdotes, eiusquè Ciues Romanorum honore, Siciliæ caput illic fungi potestate Romana. Lapides eius a Leõtino usquè ad Pactas extendi, nàm id spatium cæteris deficientibus Romanæ ditioni seruauit, Chirographum hoc fastis Rom. adiunctum laudem Ciuitatis ostentans adscribi Romanamquè gratitudinem meritò respondere. approbatum est presens Decretum Patrum a Cn. Collatino plebis Tribuno post Vrbem conditam anno 483. Rempub. primo bello punico conturbante.

S. P. Q. R.

SEruio Fuluio Flacco P. Calfurnio Pisone Consulibus Vrbem Messanam à Prouinciæ Coloniæ tributis, cuiuslibetquè vectigalis fixi, mobilisquè põdere per omnia secula liberauit, quia dùm Siciliam graue, formidabilequè bellum seruorum multitudine conspirantium, instructu copiarum potẽtiaq. magnitudine subiugasset, quod priùs Romanos Prætores disperserat, Consules quoquè terruerat, seruos Messana sagaciter habitos pace matura frenatos. Quinto Publio Calfurnio Consule resignando luem Siculis Reipub. stimulos, & à se futurum compar abstulit nocumentum, vtquè se vili seruitute surripuit, pretiosa libertate gauderet, ex hoc.n. præsens Chirographum fastis Rom. adiunctum laudem Ciuitatis ostentans decreuit scribi, vt gratiam meritis Rom. circumspectio coæquaret. Approbatum est hoc patrum decretum ab Octauio Tribuno plebis anno post Vrbem conditã 620. Remp. bello seruili conturbante.

Et nobis exinde supplicato, vt contenta in authenticis scripturis eiusdẽ prædictæ Ciuitatis confirmaremus, & largiamur, Nos autem considerantes ipsam Ciuitatem à tempore tàm remoto notabiles gratias easdem valuisse mereri, quodquè magnificis Progenitoribus nostris, nobisq; talia propinauit, & quotidie præstat valore, & maiori præmio sublimitatis, gratias, & prærogatiuas easdem dictæ Ciuitati, suisq; Ciuibus perpetuò confirmamus, nunc largimur, & donamus, Hac autem, & sint à nobis Ciuitati prædictæ confirmata, concessaq; ab omnibus hæredibus, & successoribus nostris, ac subditis semper statuimus, & præcipimus obseruari, & ad confirmationem, perpetuumq; robur præmissorum, hoc no-

nostrum priuilegium per manus Alexandri nostri Notarij scribi præcepimus, nostroq; signaculo declarari, anno, mense, & indictione subscriptis. Datum in Vrbe felici Panbormi per manus Gualterij Venerabilis Panbormitani Archiepiscopi, & Matthæi Regij Cancellerij, & Reinaldi Venerabilis Siracusani, & Ioannis Gaietani Episcoporum Domini Regis familiariorum, Anno Dominica Incarnationis 1182.4. Maij Indictione 15 Regni verò Domini Nostri Guillelmi Dei Gratia magnifici, & gloriosi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ Anno 17. fæliciter Amen.

Verùm, quia Fisci partes tuentes huius priuilegij validitatem impugnabant, acerrimè conati sunt partes Messanæ Ciuitatis tuentes alijs grauissimorum Auctorum testimonijs illa comprobare, Et primo, auctoritate Cicer. in Verr. orat. 5. vbi videtur idem affirmare, quod in prędicto priuilegio disponitur. Inquit enim

Inter Siciliam, cæterasq; Prouincias in agrorum vectigalium rationibus hoc interest, quod cæteris, aut impositum, est vectigal certum, quod stipendiarium dicitur, vt Hispanis, & plerisq; pœnorum, quasi victoria premium, ac pœna belli, aut censoria locatio constituta est, vt Asiæ lege Sempronia Siciliæ Ciuitates sic in amicitiam, fidemq; recepimus, vt eodem iure essent, quo fuissent eadem conditione Populo Romano parerent, qua suis antea paruissent. Perpauca Siciliæ Ciuitates sunt bello à maioribus nostris subactę, Quarum ager cum esset publicus Populi Romani factus, tamen illis est redditus, is ager à censoribus locari solet, Fœderatæ Ciuitates duę sunt, quarum decuma venire non soleant, Mamertina, & Tauromitana, quinque præterea sine fœdere immunes Ciuitates, ac liberę Centuripina, Halesina, Segestana, Halicienfis, Panbormitana, pręterea omnis ager Siciliæ Ciuitatum decumanus est.

Quod idem Cicero repetijt act. 6. in Verrem, vbi socios fuisse Mamertinos affirmat, & Lucius Florus in epith. historiarum Titi Liuij lib. 2. cap. 2. sic ait: *Sed ecce vltro ipsis viã pandentibus fatis, nec occasio defuit, cùm de Pœnorum impotentia fœderata Messana Ciuitas quęreretur.*

Cùm igitur ex prædictis constet
65 † fœderatam, atq; sociam fuisse Ciuitatem Messanensem, sequitur etiã, vt à vectigalibus libera, & immunis fuerit, vt probat Carol. Sigon. de antiquo iure Prouinc. lib. 1. cap. 3. vers. quin etiam. Nàm Ciuitates fœderatæ, & in socias receptæ iisdem prerogatiuis fungebantur, quibus & ipsa Romana Ciuitas gaudebat, eodẽ Sigon. teste de antiquo iure Prouin. lib. 1. cap. 1. §. quoniam autem, & de antiquo iure Ital. lib. 1. cap. 1. versic. quæ cùm ita sint, constat etiam Co-
66 loniam † fuisse effectam Romanorũ, ex eodem Cicer act 6. in Verr. dum ait: *Qua Colonia est in Italia, tàm bono iure, qua per hos annos, tam commoda vacatione vsa sit omnium rerum, quàm Ciuitas Mamertina per triennium*, idemq; tradit Carol. Sigon. de antiqu. iure Ital. lib. 2. c. 2. vers quod si Coloniæ, ex quo etiam iure Coloniæ descendit immunitas, & exemptio ab omnibus vectigalibus, quæ cœteris Ciuitatibus imponebantur, tradit îdem Sigo. de antiq. iure Ital. lib. 1. c. 16. & licet Fisci partes tuẽtes hoc priuilegiũ impugnare fuerint conati, dicentes, Siciliam subditam non fuisse Romanis, nisi primo bello Punico iàm completo super aquis Carthaginensibus, idquè accidisse sub anno 300. ab Vrbe condita, vt ex Sigon. de antiq. iure Prouinc. lib. 1. cap. 3. dicebatur ex historijs cõtrarium apparere, cùm ex illis appareat Mamertinos à Hierone, & Cartha-

tha-

thaginensibus obsessos Populi Romani auxilium implorasse, & App. Claudium Consulem Messanam venisse, Hieronem, & Carthaginenses vicisse, ex quo tempore in amicitiam Populi Romani fuisse admissam, & Populo Romano subditam, sicut alias Ciuitates fœderatas, vt Sabellic. testatur Aenead. 4. lib. 9 dicens. *Erant tùnc Consules App. Claudius, qui cognomento caudex fuit, & Marcus Fuluius Flaccus (pro Fuluio apud quosdam Quintum Fabium reperio) fuitq; hic annus 90. supra 400. ab Vrbe condita, Claudius cum exercitu Mamertinis opem ferre nixus est, de cuius aduentu illi certiores facti Carthaginensium Præfecto, qui paucorum studio fuerat in arce collocatus partim terrore, partim dolo vrbe eiecto, Romanum ad se Consulem accessum Ciuitatem, vrbemquè illi tradunt*, quod idem probatur auctoritate Polib. lib. 1. historiarũ c. 3. & ex Lutio Floro in Epithome historiarum lib. 2. c. 2.

Preterea id comprobari dicebatur auctoritate Plutarchi, is. n. in vita Pō-
67 pei tradit † Mamertinos validè pugnasse pro suis priuilegiis, vnde non est mirum, si hoc idem hodiernis faciant temporibus, verba igitur Plutarchi hæc sunt. *Perpennas statim ei Sicilia cessit, vbi afflictas Ciuitates recreauit, omnibus præstitit se humanũ extra Mamertinos Messanæ, detractantibus. n. Tribunal suum, & iurisdictionem, a qua contendebant veteres* Populi Romani *formula esse exemptos, non desinetis nobis (inquit) gladio accinctis citare leges.*

Idquè confirmari dicebat Ciuitas Messanensis authoritate Arcadij Imperatoris anno Domini 407. vbi hu-
68 iusmodi priuilegij fit mentio, ibi: † *exẽptam, & liberam facimus, vt illam Romani fecerũt ab omnibus angarijs, perangarijs, taxis, dohanis, & contributionibus vbicuuque sitis.*

Præterea dicebatur huius Romanorum priuilegij authenticum probari ex priuilegio Gulielmi Regis Siciliæ, vocati *il Buono*, cuius verba infrà suo loco referemus, sed nunc dicebatur sufficere ipsum Gulielmum testari de eius ordine fuisse insertum prædictum Romanorum priuilegium, quod factum Gulielmi probauit Fasellus in historia Sicula decade 1. lib. 2. cap. 1. & Ioseph Bonfilius in historia Sicula par. 1. lib. 6. in fine, vbi sic ait: *Concesse il Rè Guglielmo il Malo vn priuilegio alla Città di Messina dato in* Palermo *à 12. di Maggio l'anno di Christo 1160. nel 10. del suo Regno, Fù però dal* Rè *Guglielmo il Buono fatto transuntare l'vno, e l'altro priuilegio de' Romani concessi alla Città di Messina dall' Arciuescouo Gualterio, sincome si vede nel trãsunto originale dato in* Palermo *à 4. di Maggio l'anno 1182. & il 17. del suo Regno.*

Quod quidem priuilegium corroborāt plures historiarum Scriptores, nimirum Thomas Fasellus de rebus Siculis lib. 2. decad. 1. cap. 2. Maurolicus in compend. Sicularum rerum lib. 2 fol. 58. Ioseph Bonfilius in història Sicula lib. 3. fol. 111. & in historia Messanensi lib. 8. fol. 67. Ianus Gruterus, Ioseph Scaligerus, & Marcus Velserus in Codice, quem inscripserunt, inscriptiones antiquæ totius Orbis Romani, Typis Officinę Commellianæ anno 1602. Paulus Orosius vetustissimus historiographus lib. 4. Romanę histor. vbi sic ait: *Anno ab Vrbe condita 483. App. Claud. Q. Fabio Cõsulibus, Mamertinis quorũ Messana nobilis Siciliæ Ciuitas erat auxiliata contra Hieronem Siracusanum Regẽ, & Pœnorum copias Hieroni iunctas App.* Claudium *Consulem cum exercitu misere* Romani, *qui tam celeriter Siracusanos, Pœnosq; superauit, vt ipse quoq; Rex rerum magnitudine perterritus ante se victum, quàm cõgressum fuisse prodiderit, qui ex infractis viribus, amissaquè fiducia cum pacem*

supplex rogaret ducentis argenti talentis iussu Consulum multatus accepit.

Et licet fidem prædicti priuilegij Romanorum conati fuerint impugnare Fisci partes tuentes, ex quo eo anno, quo priuilegium datum esse affirmatur cum App. Claudio, non Q. Fabius maximus, sed Lutius Florus Consulatum exercuerint, Respondebatur pluribus modis tàm ab Aloysio de Casanat. quàm à Io. Bapt. Castellio, & Octauio Gloritio ad illius fidem comprobandã sufficere testimoniũ Philippi Regis, & alia de quibus suprà, vt apparet ex eorum alleg. impressis, Historiam enim nemo negare audet, nam licet Sabellicus dubitet, an cum App. Claudio Consul fuerit Marcus Fuluius Flaccus, vel Q. Fabius, historiam tamen illum, & cœteros Authores suprà relatos tradere, inquit enim Sabellicus Aeneade 4. lib. 9. fol. 299.

Mamertini vna aduersa pugna facti, suisquè viribus diffisi alij ad Carthaginenses confugiunt, eisquè sese, & arcem dedunt, alij legatione, ad id prius missa Ciuitatem Romanis tradunt, Dubitatum aliquandiù Romæ est, an Mamertini auxilio iuuandi essent, quod alienam Vrbem infanda proditione occupassent, quum id scelus in Reginorum *gratiam nuper ipsi grauiter in legione vna vindicassent*, Cæterum *quia Carthaginensium opes non in Sicilia, & Africa solùm, sed in Hispania quoquè maioribus in dies augebantur incrementis quantum sibi, & cœtera Italia esset, auxilia* Populus *decreuit, nè Messana à Pœnis capta in eorum potestate foret quoties libitum esset, velut ponte ad id paratoin Italiã transmittendi: Erant tũc* Consules *Appius* Claudius, *cui cognomentum Caudex fuit, &* Marcus *Fuluius Flaccus (pro Fuluio apud quosdam Quintum Fabium reperio) fuitq; hic annus 30. supra 40. ab Vrbe condita Claudius cum exercitu Mamertinis opem ferre iussus est, de cuius aduentu illi certiores facti Carthaginensium Præfecto, qui paucorum studio fuerat in Arce collocatus partim terrore, partim dolo Vrbe eiecto Romanum* Consulem *ad se accessurum* Ciuitatem, *Vrbemq; illi tradunt.*

Sed quatenus inter se certarent istæ temporum varietates, dicebatur esse standum dictis priuilegijs Regũ, atq; historiarum Scriptoribus comprobatis; cœtera à nobis consultò omittuntur, cùm istius causæ fundamentum non consistat in priuilegio à Romanis concesso, sed in alijs vltimis priuilegijs.

69 Secundum priuilegium † etiam à Romanis Messanensibus concessum anno 620. ab Vrbe condita immunitatem Ciuitatis Messanæ fouere dicebatur, cuius verba hæc sunt.

S. P. Q. R.

SEru. Fuluio Flacco P. Calfurnio Pison. Consulibus Vrbem Messanam à Prouinciæ Colonia tributis, cuiuslibetquè vectigalis fixi, mobilisquè pondere per omnia sæcula liberauit; quia dùm Siciliam graue, formidabileque bellum seruorum multitudine conspirantium instructu copiarum, potentięq; magnitudine subiugasset: quod prius Rom. Pratores *dispersetat, Consules quoquè terruerat seruos Messana sagaciter habitos pace matura frenatos Q. Publio Calfurnio Conf. resignando, lucem Siculis Reipubl. stimulos, & à se futurum compar abstulit nocumentum, vtquè se vili seruitute surripuit, præciosa libertate gauderet. Ex hoc enim præsens Chirographum Factis Romanis adiunctum laudem Ciuitatis ostentans decreuit inscribi: vt gratiam meritis Rom. circumspectio coæquaret. Approbatum est hoc Patrum decretũ ab*

ab Octauio Trib. Pleb. ante post Vrb. cond. 620. Reipubl. bello seru. conturbante.

Et licet contra prædictum priuilegium opponatur Primò, quod dum asseritur datum in anno 620. ab Vrbe condita Consulatum exercentibus Seruio Fuluio Flacco, & P. Calphurnio Pisone, cùm in illo anno non fuerint illi Consules, sed P. Scipio Aphricanus Emilianus, & C. Fuluius Flaccus. Secundo, ex quo in priuilegio dicitur Bellum seruile Siculum contigisse in anno 620. cùm potius deuictum fuerit à P. Ausilio Consule anno 631. Multa tamen respondebar Ciuitatis Aduocatus Aloysius de Casanate, quæ leguntur num. 114. & sequenti.

Tertium priuilegium adducebatur
70 esse illud † Arcadij Imperatoris, in quo egregium Messanensium facinus refertur in fauorem Imperatoris Arcadij aduersus Constantium rebellantem, & Imperium occupantem, ex quo exemptam, & liberã Messanã fecit Imperator, nullamq; vexationẽ realem, & personalem Ciuibus eius inferri decernens, verba autem huius priuilegij sic se habent.

Arcbadius Sancta brachio Trinitatis in Orbe Monarcha Christianorum basis, & Protectorum Romanorum Augustus Imperator. Hanc notari iussimus Chrysobullam, per manus Arsenij Durachi scribæ nostri Ciuibus, & Ciuitati Messanæ, vt propter honorem, quem ex illa consequentur pateat omnibus auxilium, quod nobis, & Imperio præstiterunt. Eramus in Ciuitate Thessalonica à Bulgaris nostris hostibus, & imperij rebellibus obsessi, qui adhæserant Constantio proditori, præuaricante Constantinopolim ferè, totamq; Thraciam, & alijs Imperij Prouincijs. scripsimus multis gentibus pro succursu, quæ nequeuntes defecerunt: Siculos non tetigimus, quia molestabantur ab Agarenis. Sed prædicta Ciuitas Messana non requisita, nec citata classem animosè parauit, quæ ab insperato superuenit, galeas, quæ nos obsidebant in pelagò, vicit, subitoq; impetu prostrauit hostes, qui nos terra coercebant, vt sic enarrent dispersi, quod fuga turpi sine vexillo, & nomine fœdam haberent salutem. Quibus voluerunt seruitijs, seruitia cumulare, & ad nostri petitionem, nostram personam, nostros etiam eorum Class. Constantinopolim honorificè detulerunt. Vbi Ciuitate nobis reducta Constantius factionis caput cum proditoribus, in Megapalatio se tutarunt. Quod Messanenses expugnantes, cœperunt, in manibusq; nostris Constantium, & cæteros proditores assignarunt. Propter quod iustum duximus, Ciuitatem, & ipsos Ciues maximis præconijs decorare, cùm maxima promereantur. Ideo facimus ipsam Ciuitatem in tota Magna Græcia, & Sicilia Protbometropolim. Dominium loco nostri, & successorum nostrorum, totius Siciliæ tibi perpetuò dedimus; exẽptam, & liberam facimus, vt illam Romani fecerunt ab omnibus angarijs, perangarijs, taxis, dobanis, & contributionibus vbicumq; fuerint. Stolum motu proprio fecit, in nostrum, & Imperij succursum. Propterea nullus Messanensis cùm noluerit ad armatam per mare, nec terram ire cogatur. Dignificamus etiam ipsam sic, quod æquetur Cõstantinopoli. Nulla etiam vexatione substantiali, vel personali Ciues eius grauentur, sed vbiquè præhonorentur. Nullus ei, vel eorum alicui contumeliam, vel iniuriam audeat inferre, conscius illã Imperatori fecisse, sequè in magno crimine incidisse, & habere sceptrum Imperatorium pro vltore. Et ipsius Ciuitatis Stratigotus licet nõ

fuerit miles ad ipsius Ciuitatis bonorē, dū in officio præstiterit, militū insignia portet, & cùm transfretare voluerit Imperator Messanensium galeam ascendat, cui cætera de classe reuerentiam præstent, sibiquè cedant, etiam si persona Imperatoris absfuerit, Rhegium Ciuitatem, & Himeram ipsi Ciuitati assignauimus peculium. Et Imperatoriæ Coronæ de membris nobilibus constituimus in æternum, à quo nullo euentu segregetur. Vtquè sit notum omnibus quantum cupimus ipsam Ciuitatem *eminere sibi nostrum dedimus vexillum, & arma, quæ portabit honore summo, nostris æquali cæterarum armis, & vexillis subiacentibus excellere ipsam decreuimus, velut extulit semetipsam nobis, & Imperio succurrendo. Præsentem Chrysobullam proprijs manibus Metrodoro, & cæteris* Ciuibus *Messanæ consignauimus. Constantinopoli in Campo Panbierio congregatis, illic* Patriarcha *Reuerendo, Archiepiscopis, Episcopis, Magnatibus, & plebe, nobis* ad bonorem, *& gloriam ipsius Ciuitatis in throno Imperatorio, cum insignijs considentibus. Post mundum creatum anno* 5602. *à Natiuitate verò Domini* 407.

Vndè cùm in dicto priuilegio fiat mentio immunitatis à Romanis concessæ, Ibi *vt illam Romani fecerunt ab omnibus angarijs, perangarijs, taxis, dobanis, & contributionibus*, duo dicebat Ciuitas ex eo colligi, Alterum Romani priuilegij testimonium, Alterum verò immunitatis conseruationem, verùm quia etiam huiusmodi priuilegij fidem impugnabant, qui pro Fisco scripsere, Respondit Aloysius de Casanat.n. 171. & seq.

Dicebatur præterea etiam huius priuilegij meminisse grauissimos Authores iam suprà allegatos, nempè Maurolicum in Compendio rerum Sicanicarum libr. 5. fol. 184. Thomam Fasellum in historia Sicula, decade prima, libr. 2. cap. 1. versic. Theodosius Imperator, Bologn. consil. primo, num. 52. Bonfilius in historia Sicula par. prima, lib. 4. fol. 148. & in historia Messanensi lib. 8. quam etiam historiam alios Authores Græcos, & Latinos referre affirmabat, & in specie adducebatur Antonius Sabellicus Aeneade 7. lib. 9. vers. Ruffinus pag. 216. qui hanc recenset historiam, affertur etiam historia Græca Regia authoritate translata, quæ in Archiuio Ciuitatis Messanæ conseruatur, cuius verba hæc sunt.

Die nono victo Megapalatio, & postratis proditoribus, Sanctus Imperator Mitrodorum, & Messanenses publicè fecit accersiri, coniunctisquè Magnatibus, & Ciuibus Constantinopolitanis taliter inquit. Hi (Ciues mei) profugium, & salus mea, Ciues laudandi, & perpetua benedictione exaltandi, Nunquid ex cunctis, & talibus Vrbibus nostro Imperio *subiectis, quæ nobis sufficerent ad mundum subijciendum ex tàm exiguo hoste potuit victoria capi? Ciuitas derelicta, & quasi pro nihilo reputata prudenter vires exercuit suas, vt meritò cæteris Vrbibus præferatur. Rubeant Constantinopolitani hoc audiendo, sileant* Proceres; *qui perpetuis donis nostris potiuntur, & obmuteant cætera Vrbes. Tu sola grata* Imperio, *quia vicissi dominum tuum* Imperatorem. *Quare si non iusta merita vobis præmia dabo, vestræ prudentiæ meam imbecillitatem excusabunt.*

Ideo tu *Messana Protbometropolis sis, quod latino sermone caput magnarum Ciuitatum interpretatur. Princeps Vrbium, &* Imperatrix *Regnorum*

rum sola Siculis domineris. Exemptā te facio ab omnibus collectis, angarijs, & perangarijs, nullis dobanis, nec gabellis, tam in te, quàm in alijs Ciuitatibus obligeris. In capite domineris, quemadmodum nostra Imperialis persona, & quia stolum in nostrum succursum te nullo cogente fecisti, volo, quod nullus Messanensis inuitus ad stolum ire cogatur. Ac Messana caput, & porta eris Imperij.

Exinde producto vexillo, in quo arma Pariologorum erant picta quatuor literis, quæ nomen Imperatoris ad indicandum fuerunt additæ Messanensibus tribuens ait: Gaudete, quia soli promeruistis Pariologorum sancta arma gestare. Quia soli restitistis, vt non perderetur. Ideo vestra sint arma, quæ velut Vrbium Imperatrix Messana portabit. Ego namquè gentium Imperator. Tu verò Ciuitatum Imperatrix. Hæc tua arma cunctis eminebunt Regum, Ciuitatum, Ducum, & Baronum, meis verò æquabuntur. Præmijs alijs pecuniarijs, feudis, & donis secundùm personarum qualitatem traditis, vt etiam infimi nautæ se tenerent contentos. Messanensibus pro expensis reficiendis Regium, & Himera Vrbes in capite, & membris tradidit.

Messanenses captis armis, & eiectis illis, quæ gestabant Castrum, scilicet nigrum in viridi, & in rubeo cāpo vocibus, & plausu psallentes sublimibus bastis infixis, Sanctum Imperatorem, & eius dona laudantes in ratibus imposuerunt.

Perimander verò Constantinopolitanus Miles, & Baro Magnus (hic nec prauis Constantij Consilijs adhæserat, nec contradixit) reputans Imperatorem fatuum Mitrodorū sequutus est dicens. Mi frater, non licet cuiquam Pariologorum arma sancta gestare. Ideo donum istud, nec Imperator vobis dare potuit, nec vos inde portare. Idcirco dimittatis hæc arma, & aurum cape, vt tu cum tuis perpetuò diteris. Mitrodorus ad hæc. Mi frater, arma ista nostra sunt, non gratia data, sed præmio dare potuit Sanctus Imperator Messanensibus. Quia si Messana non fuisset, arma ista turpiter capta in manibus hostiū deuenissent, nobis aurum dedit gratia Sancti Imperatoris sufficiens. Quare sile.

Perimander verò ad Imperatorem cessit, & percussis genis suis, & veste scissa multum redarguit tale donum inconsultè largiri, quod dedecus generabat in sæculum omnibus eius successoribus. Sanctus Imperator vilipendens Perimandrum dixit. Siluisti dum me ab hostibus exiguis vidisti perpressum, cur istam audaciam contra Constantinum dum turpius Imperij dominium excecabat non exercuisti? Cur potuisses tuum honorem vtiquè fabricare, & iustis verbis Tyranno insistere, nunc autem non suo auxilio vis dominium aliorum viribus subleuatum verbis iuuare. Vade ergo, & sile. Tunc loquaris, cùm tempus postulat. Credo equidem Messanam non fore præmeritam sibi Imperium si cęderem, quia dum tu timore territus, & alij tacuistis neminem timendo Messanenses plusquam dominum tenebantur, refulgerunt. Post dies sex impetrata licentia cum pleno Imperatoris fauore recesserunt.

Ad cuius etiam priuilegij confirmationem addebatur, illius fieri mētionem in priuilegijs Rogerij anni 1129. Io. Aragonei Siciliæ Regis anni 1459. Imperatoris Caroli V. anni 1517. Philippi II. anni 1591. quæ omnem excludere maculam dicebatur.

Quartum priuilegium, quod ad-
71 ducebatur erat Rogerij † Primi Siciliæ Regis in anno 1129. cuius in-

teger tenor à Bonfilio recitatur in historia Sicula par. 1. lib. 4. fol. 187. in quo priuilegio narratis insignibus obsequijs Coronæ Regiæ præstitis, immunitas conceditur ab omnibus gabellis,& impositionibus,eius enim verba sic se habent.

Rogerius Siciliæ Rex.

IN *nomine Dei æterni Saluatoris Nostri Iesu Christi Amen.* Rogerius *diuina fauente clementia Primus Rex Siciliæ, Apuliæ, & Principatus Capuæ. Optimè statuit prouida moderatione vetustas, vt sui recipiant præmia laborantes, qui publicis vtilitatibus obsecundant, nè quis præteritus reputetur, qui probabili fuerat actione, laudandus. Nouimus itaquè narratione, scripturaquè vetusta pariter, & moderna, quot labores, damna, & prælia substinuerit, nobilis, & laudanda Ciuitas Messanæ, & eius Ciues, vt Christianum dominium, expulsis Agarenis in Sicilia refulgeret. Nam magnificum quondam Patrem nostrum ad illam capessendam introduxerunt ipsum ope, & opere praiuuantes, cum maxima substantia, & sanguinis effusione, donec in ipso patris nostri dominio, exclusis infidelibus, fuit tranquilla serenitate pacatum, & nobis etiam in cunctis necessitatibus eorum ostendere virtutem. Propter quod debitè stringimur ipsam Ciuitatem, & Ciues antiquis prærogatiuis, & honoribus præseruare, nec minus de nouo concedere, & remunerationis præmio retribuere. Et quoniam authenticis scripturis indicantibus, ea Ciuitas velut Regni caput semper extitit prahonorata non solùm tempore Romani, & Græcorum Imperij, sed etiam dum esset ab eisdem Agarenis occupata, dignum arbitramur, ideò ex nunc pro eius labore iuuante, colitur ibi Sancta Religio Christiana meritis prærogatiuis extollere igitur perpetuò statuimus.*

Addimus etiam, quod Regia auctoritas non vtatur ibidem, nec contra eosdem absoluta potestate, sed legibus ordinata, quam ex nunc legibus, & iustitia admoderamus, quodquè nunquã fiat ordinatio, mandatum, vel scriptura, quæ sit contra ius, statuta, constitutiones, mores, consuetudines prædictę Ciuitatis, et si contingerit nulli exequutioni mandetur, donec fuerit per iustitiam moderatum, nec vnquàm in eadem noui statuantur Officiales siuè de nouo, ac omnes Officiales statuendi à Regia Serenitate, siuè ad vitam, siuè ad beneplacitum, & tempus, pro quacunquè iurisdictione, vel exercitio sint Ciues eiusdem non suspecti, nec infesti Populo, aut molesti. Insuper, & omnes Ciuitates, & loca, quæ sunt à Leòtino vsquè ad Pactas iurare teneantur manutenere honorem Messanæ, pro qua & Ciuium vindicta (ad eiusdem Ciuitatis mandatum) facere teneantur armatam per mare, vel per Terram exequendo, quæ ipsa Ciuitas mandauerit, eis Regia fidelitate præsalua, & quia caput est Regni, & Regiam continet potestatem, ordinamus, quod Rex qui fuerit ad tempus ad ipsius Ciuitatis honorem semper sit, & reputetur Ciuis coronatus in eadem, in qua Regia Status Regni, & regiminis omnia conseruentur exempla, sitq; præ alijs Regni Ciuitatibus in Regijs, alijsquè conuocationibus, & Synodis sedem primam, & locum obtineat principalem.

Præterea Ciues, & habitatores prædictos liberos facimus perpetuò per totum nostrum dominium, quod nunc habemus, & fauore diuino nos, & cæteri Reges Siciliæ habebunt in posterum, de omnibus, & singulis gabellis, dobanis, & alijs solutionibus quibuscunquè tàm de magnis rebus, & mercibus, quàm de paruis stabilibus, & mobilibus

bus

bus in mari, quàm in terra, tàm in Terris Regis, Ducalibus, Ecclesiasticis Comitum, & Baronum.

Adiungimus quod nullo vnquam tempore in eadem Ciuitate, & extra per suas villas, & rura, talia, collecta, angaria, perangaria, vel onus, gabella, mutuũ, extorsio, iaceatur, imponatur, vel colligatur etiam si Rex quacunq; necessitate perductus contra Regni statuta, vel secundùm collectaret, peteret, aut cæteros cogeret pro re quacunquè necessaria liberi sint dum causauerint, aut conueniantur à trino pro centenario proquè rebus communibus, & publicis, ac negotijs Ciuitatis, nec à Regijs Epigrammatis intra, nec extra prædictorum cogatur ad solutionem.

Et nunquam vllo tempore gabella de nouo, nec impositio quomodolibet imponatur in rebus quibuscunquè, nec in mercibus tàm in rebus, quæ fuerint à Ciuitate, quàm quæ portantur ab extra, etiam si essent res inuenta de nouo.

Minera, aqua, & similia, quæ in locis Ciuium inuenirentur sint Ciuium ipsorum, præter ea, quæ in prædijs Regis concessis ipsis Ciuibus reperiuntur.

Præterea, quod per omnia maria piscari valeant absquè aliqua solutione, & pro eorum necessitate capere possint ex terrenis littoribus propinquis, nec minus pro vsu ipsorum ligna capere, vel capi facere à nemore quocunquè pro nauigijs ipsorum Ciuium construendis, aut reparandis nulla solutione præcedente.

Addimus quod nullus Ciuis Messanensis ad stolum, & armatam quãcumque Regalem etiam per mare, seù per Terram ire cogatur inuitus, præter ad hoc opus manere ad stipendia sublimatus.

Demum præcipimus, & mandamus omnibus successoribus nostris, quod pręsens nostrum exemplar eidem Ciuitati, & Ciuibus obseruetur, & perpetuò firmamento custodiant, faciantq; ab vniuersis Officialibus effectualiter obseruari. Rogerius Rex. Datum est hoc exemplar originale de nostro mandato Petro de Camuglia, Aloysio de Trano militibus, Ioanni Columnæ Iurisię, & Philippo Bursæ Philosopho Sindicis dictæ Ciuitatis per Iacobum de Maliscalo militem de Messana.

Cuius priuilegij fidem tuetur idẽ Aloysius Casanare obiectis respondens num. 184. & seq. vsquè ad num. 191.

Adducebatur quintò priuilegium
72 † Gulielmi Regis, quod cœteris clarius esse dicebatur, ibiq; fit mentio antiquorum priuilegiorum Romanorum, & ordine S. M. fuerunt exemplata, cuius verba supra retulimus sub num. 64. vers. Gulielmus.

Ex quo priuilegio duo pro se adducebat Ciuitas Messanensis. Primum, quod per illud probantur prædicta duo priuilegia Romanorum, itaut amplius non possit de illorum
73 fide dubitari, quia si Principi aliquid asserenti omninò credendum est, clem. 1. de probat. cap. nobilissimus 95. dist. cum alijs latè congestis per Gabr. concl. 2. de probat. & per Mascard. in suo speciali tract. de probat. conclus. 1227. quam conclusionem non solùm procedere in Summo Pontifice, sed in quouis Principe sæculari Superiorem non recognoscente, tradunt Bart. in l. ambitiosa num. 28. ff. de decret. ab ordin. faciend. Alex. cons. 112. lib. 7. Cæphal. consil. 170. num. 49. cons. 185. num. 9. lib. 2. etiam si de facto alieno testetur, Afflict. dec. 305. num. 15. Tantò magis
74 cùm affirmet se † vidisse, & informatum fuisse, ex Ang. cons. 368. col. 2. Soccin. Corn. & alijs quos adducit Menoch. cons. 100. nu. 23. & nos diximus supra dec. 5. num. 45. quod nullam dubitationẽ habet, & si DD. disputent de consuetudine totius Orbis,

bis, vt probat Menoch. d.conf. 100. nu.26.post alios.

Alterum verò quatenus Romanorum priuilegiorum atteſtatio non prodeſſet ſaltim in vim nouæ conceſſionis Ciuitati fauere, dum ibi dicitur, *& nobis exinde ſupplicato; vt contenta in ſcripturis authenticis prædictis Ciuitatis confirmaremus, & largiamur*, & poſtea *dictæ Ciuitati, eiuſq; Ciuibus perpetuò confirmamus nunc largimur, & donamus*. Nam vbi in confirmatione priuilegiorum antiquorum non ſolùm confirmantur priuilegia, ſed etiam de nouo conceduntur, non eſt quærendum, quæ ſint cõceſſa, & quæ confirmata, nam ſi non valet vt confirmatio, valet vt noua conceſſio, videtur enim ſuam voluntatem demonſtraſſe, vt in omnem euentum valeant, Ruin. conſ. 31. nu. 6. & conſ. 231. num. 5. verſ. & vbi lib. 1. Imò etiam ſi non adeſſent illa verba, largimur, & concedimus ſtandũ eſſe priuilegio confirmatorio Præpoſ. in cap. ſi Romanorum num. 17. verſ. & idem dicerem, diſtinct. 19. Abb. ex mente Innoc. & aliorum in cap. inter dilectos num. 9. verſ. & credo, & ibi Fęlyn. num. 7. de fide inſtrum. Alber. in l. 1. num. 2. verſ. & ſumitur argumentum, & ibi Caſtr. num. 4. C. de Epiſcop. & cler. Boer. dec. 247. nu. 3. verſ. fallit in priuilegio, Grammat. conſil. ciuili 122. num. 2. Bellon. conſ. 36. num. 7. Pariſ. conſ. 13. num. 9. ll. 1. Quod eò magis augetur, quando priuilegium fuit conceſſum ex certa ſcientia, Præpoſit. in d. cap. ſi Romanorum num. 17. verſ. Item priuilegiũ 19. diſt. Ruin. conſ. 31. nu. 5. & conſil. 231. num. 3. lib. 1. Anton. Gabr. lib. 6. de clauſulis concl. 1. num. 35. Bellon. conſ. 36. num. 9. & 10. & licet hic non adſit clauſula ex certa ſcientia, adeſt alia maior probatio, & declaratio, Nam Princeps notitiam habuit eorum, quæ in priuilegijs anteceſſorum Regum continebantur, & ab ipſo confirmabantur, ex regula text. in l. idem Vulpianus, verſ. ſciens quidẽ, ff. de excuſat. tutor. Ancharan. conſ. 288. Fęly in cap. nonnulli in 2. Reg. lim. 4. verſ. pro iſta fallentia, de reſcript. Non enim erit opus priuilegia relata exhibere, ſi nouum priuilegium vtatur verbis relatiuis, Aret. conſ. 76. num. 5. verſ. quibus præmiſſis, Fœlyn. in cap. 2. num. 10. de reſcript. latè Grammat. dec. 59. nu. 21. & 24. & quando conſtat de mente Principis volentis aliquid concedere, quod non fundat ſe in priuilegijs relatis tantùm, tunc priuilegia non eſſe verificanda, tradunt Card. Zabarell conſ. 118. num 4. verſ. contrarium, Boſſ. de Princ. num. 358. verſ. ſi autem in prædicto originali, & Card. Pariſ. conſ. 33. nu. 15. lib. 1.

Sextò adducebantur priuilegia alia Sereniſſimorum Regum hanc immunitatem concedentium, & primo Imperatoris Henrici VI. qui anno 1194. conceſſit Ciuitati prædictæ priuilegium immunitatis, cuius meminit Bonfilius in hiſtoria Siculæ par. 1. lib. 7. fol. 250. & in hiſtoria Meſſanenſi lib. 7. f. 53. cuius verba ſic ſe habent.

Item concedimus eiſdem Ciuibus Meſſanæ, vt habeant plenam perpetuò libertatem in Meſſana, & per totum Imperium, & Regnum vendendi, & emendi tàm per mare, quàm per Terram in introitu, & exitu tàm in paruis, quàm in magnis rebus, & nullum ius, nec commercium inde tribuant tã nobis, quàm & alijs. Verùm nec taliam, nec collectã aliquam in ipſos fieri faciamus.

Item bonos vſus omnes, & conſuetudines, quas hactenus habuerunt eis cõfirmamus.

Demum volumus, & concedimus, vt omnes habitatores Meſſanæ tàm Latini, quàm Græci, & Hæbrei habeãt prædictam libertatem, quàm de gratia noſtra eis conceſſimus, ſicut prælegi-

gi-

gitur vendendi, & emendi per omnes Terras Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, & etiam Religiosarum personarum, Ducum, Principum, *Comitum, Baronum, & etiam feudatariorum, qui in* Imperio, *vel* Regno *nostro sunt sine aliqua datione, & vllo iure inde tribuendo, omni remota exceptione, & violentia.*

Et anno 1196. idem Imperator aliud etiam concessit priuilegium, cuius meminit idem Bonfil. in prædicta historia Sicula par. 1. lib. 7. fol. 150.

Quod habemus confirmatum à Constantia prædicti Imperatoris vxore anno 1198 cuius meminit Bonfil. in historia Sicula part. 1. lib. 7. fol. 152.

Nec solùm præfati Reges, & Imperatores priuilegia concesserunt, sed postquam Regnum prædictum in ditionem Aragoniæ Regum fuit translatum, ijdem Reges priuilegia prædicta confirmarunt, & de nouo concesserunt, Federicus enim Primus Siciliæ Rex anno 1199. confirmauit, & de nouo côcessit prædicta priuilegia, vt testatur Bonfil. par. 1. lib. 7. f. 250. his verbis.

Concedimus igitur vobis, & successoribus vestris in perpetuum, vt per totum Regnum nostrum in mari, & Terra liceat vobis mercimonia, & quaslibet res vestras liberè ponere, & extraberè, & cum eisdem intrare libere pariter, & exire.

Præterea Iacobus Rex Aragoniæ idem concessit in anno 1286. cuius priuilegij verba sic se habent.

Quia propter multas diuersitates iurium, Dobanarum, Portus, & Terra Ciuitatis eiusdem nostra Curia, debitorum de rebus, & mercibus alijs, qua per Mare, vel per Terram immittuntur in Ciuitate Messanæ, & ab inde extrabuntur mercatores ab exercendis negotiationibus resilere quodãmodo cogebantur, vnde Curia *nostra, &* Ciues Ciuitatis *eiusdem damna non modica sustinebant, Nos tàm Curia nostra, quàm ipsorum fidelium incommoditatibus præuidentes, statuimus, & mandamus, quod ab anno 15. Indictionis proximè futura in antea de omnibus rebus, & mercibus, quas per mare, & per Terram per quoscunquè exteros in eadem Ciuitate immitti, & portari contigerit, & ab inde extrabi in prædictis* Dobanis, Portus, *& Terra intrando, & exeundo venditiones, & emptiones mercium, & rerum ipsarum illis per quosuis ipsum debebitur Gabellotis, seù Credenzerijs Dobanarum ipsarum, qui pro tempore fuerint tribuant, & exoluant, & ad soluendum maiorem, vel aliam quantitatem pecunia in eisdem Dobanis pro ipsorum iuribus, per nostram* Curiam, *seù Officiales ipsius minimè compellantur constitutione seù consuetudine aliqua non obstante.*

Immunitatem autem, & gratiam indultam prædictis Ciuibus Messanæ per prædictum Dominum patrẽ, quod prædicti Ciues victualia liberè à iure maris per mare possint extrahere de portubus, & maritimis Siciliæ ferenda ad Ciuitatem prædictam eis confirmamus.

Item & Federicus Tertius Siciliæ Rex alia tria priuilegia concessit, Primum, anno 1296. in quo confirmat priuilegium inserto eius tenore Federici proaui sui, de quo supra proximè.

Secundum, in anno 1302. vbi ita ait.

De certa nostra scientia concedimus, & pleno fauore Regio confirmamus, quod ipsi, & hæredes eorum in perpetuùm à subuentionibus, promissionibus, collectis, mutuis, quibuscunquè alijs exactionibus, qua in Sicilia pro quibuscunquè causis, & negotijs vllo vnquam tempore per Curiam imponentur sint, & esse debeant omninò exempti, liberi, & immunes, quodquè in-

in eadem Ciuitate *Messana, & tenimento eius pro prædictis causis, & negotijs nullo vnquàm tempore per* Curiam *imponatur, distribuatur, taxetur, & recolligatur à nostris fidelibus habitatoribus prædictæ* Ciuitatis, *& tenimenti eius, & quos de cætero contigerit habitare, propter quod Straticoto Messanæ, & cæteris Officialibus* Curiæ *præsentibus, & futuris præsentis priuilegij auctoritate mandamus, quatenus in eadem* Ciuitate, *& tenimento eius pro prædictis causis, & negotijs nihil imponant, taxent, distribuant, & recolligant à nostris fidelibus memoratis, imò eis prædictam libertatem, & immunitatem inuiolabiliter obseruent, & faciant tenaciter obseruari, non obstantibus* Constitutionibus *Serenissimi Domini Iacobi Aragonū, & olim Siciliæ Regis Illustris Domini fratris nostri, per quas in certis casibus pecunia subuentio facienda permittitur.*

Tertium eodem anno 1302. vbi sic loquitur.

Indulgemus, vt ab omnibus collectarum, mutui, subuentionis, & cuiuslibet exactionis alterius quocunq; nomine nuncupentur præstationibus perpetuò sint immunes, ab eis, & ipsorum aliquo nulla census publici pensitatio flagitetur, quoniam ipsis, vt plenissimè mentis hoc nostra Serenitatis indulto ex certa nostra scientia Maiestatis, & publici census remittimus, & alia præscripta collectarum mutui subuentionum, & exactionum quarumlibet grauamine relaxamus, ipsos etiam in omnibus Regni nostri Siciliæ portubus, tàm in Ciuitatibus, Terris, & locis ditioni nostræ subiectis, quàm in alijs, quas nobis diuina permissio subiugauit, siuè fuerint nostri demanij, siuè Comitium, aut Baronum, vel Ecclesiarum quarumlibet Regni prædicti liberos facimus, & exemptos ab omni iure dohanarum, maris, & Terræ, vt liberè in eis mercimonia inferant, & exinde transferant, nullo iure exinde per eos alicui nostro, & dictarum Ciuitatum, Comitum, Baronum, & Ecclesiarum Officialibus esoluendo.

Exhibitum etiam fuit priuilegium Ludouici Regis die 4. Febr. 1356. quod ita loquitur.

Quodquè Vniuersi Ciues, & districtuales prædictæ Ciuitatis Messanæ sint exempti, liberi, & immunes ab omnibus oneribus personalibus, & realibus, nec non quibuscunquè subuentionibus, oneribus, collectis, & hospitiorū, seù raube, ac arnesiorum præstationibus, & quibuscunq; auerijs, seù collectis, quocunquè nomine nuncupentur. Concedit etiam vt possint à quibuscūquè locis Regni, & aliarum Prouinciarum Regi subiectarum extrahere, & deferre ad quamcumquè partem mundi, quæcunque comestibilia, & incomestibilia, venalia, sine solutione gabellæ, seù dobanæ, vel iuris exituræ, & cuiuscunq; dirictus quocunq; nomine nuncupentur.

Fuit etiam exhibitum aliud priuilegium Reginæ Ioannæ anni 1363. & aliud Federici Regis anni 1367. confirmantis priuilegium Federici Aui sui, quod seruari mandat, & insuper addidit.

Et si fortè pro tempore elapso in aliqua, seù aliquibus Ciuitatum, Terrarum, & locorum Siciliæ prædictorū pro exterminio imminentis guerræ prçterita, ac seditione Regni nostri magnatum, seù aliqua quauis causa prædictæ immunitates, & gratia in prçdicto priuilegio denotatæ, ac etiam confirmatæ Messanensibus ipsis præsentis Regni fidelibus, qui etiam maiore merentur; non fuerunt obtentæ, & etiam obseruatæ (quod non credimus) singulis personis, & Officialibus tàm nostrç Curiæ, quàm Ecclesiarum, Comitum, & Baronum prçdictorum iterato districtè mandamus exprçssè, quatenus priuilegium ipsum eiusdem nostris Messanensibus, & cuilibet ipsorum ob-

obseruent, & faciant inuiolabiliter obseruari.

Adducebatur præterea priuilegium Ferdinandi Siciliæ Regis anni 1403. omnes confirmans immunitates, item aliud priuilegium Alphonsi Aragonij Siciliæ Regis die 15. Aprilis 1440. Secundum eiusdem anni die 21. Aprilis, Tertium 22. Maij eiusdem anni, Quartum die 24 Octobris 1447. vbi hæc leguntur verba,

Præterea eidem gloriosissimæ Maiestati supplicabitis, quod dignetur dictæ suæ Ciuitati concedere, quod cùm contingerit in dicto suo Regno Siciliæ fieri Coadunantiam, Congregationem generalem, Curiam, Synodum, vel Parlamentum, & ibi præponetur, tractabitur, examinabitur, & concludetur contra aliquod ex priuilegijs, contra præeminentias, vel bonos vsus dictæ Ciuitatis, quod talis conclusio, prouisio, & deliberatio non possit præiudicare dictis priuilegijs, præeminentijs, & bonis vsibus, nec ligare habeat dictam Ciuitatem, nisi Syndici dictæ Ciuitatis legitimè constituti expressè in dicto Parlamento, Synodo, Curia, Congregatione, vel Adunantia consenserint illi conclusioni, aut deliberationi præcedente vniuersalium Ciuium congregandorum, iuxta morem solitum dictæ Ciuitatis, in Constitutione Syndicorum hactenus obseruatum consensum, cum speciali mandato, nec dici, aut allegari possit, quod maior pars præiudicat minori, si per maiorē partem fuerit quid tale deliberatum, & conclusum, etiam generalem legem condendo. Placet Regiæ Maiestati.

Item adducebantur tria alia priuilegia Io. Aragonij Regis 26. Octobris 1459. 30. Octobris eiusdem anni, 15. Ianuarij 1465. in quibus obseruari immunitates Messanensibus Ciuibus præcipit.

Sic etiam confirmationes adducebantur Reginæ Ioannæ matris Ferdinandi Regis Catholici anni 1464. nec non eiusdem Regis anni 1467. & anni 1495. similiter, & Imperatoris Caroli V. & Ioannæ matris anni 1517. in quo hæc leguntur verba,

Ex certa nostra scientia deliberatè, & consultè omnia, & singula priuilegia, capitula, iurisdictiones, consuetudines, & bonos vsus scriptos, & non scriptos, seù scripta, & non scripta tàm per Consules, & Imperatores Romanos, & Græcos, quàm per quoscunquè Serenissimos Reges prædecessores nostros indelebilis memoriæ, Messanæ, eiusq; Ciuibus, & Vniuersitati concessas, & concessa, & tàm confirmatas, vel confirmata, quàm per longum vsū in vim priuilegij transitas, & transita laudamus, approbamus, & ratificamus, & quatenus opus est de nouo concedimus.

Alia confirmatio Philippi II. Regis anni 1556.

Et tandem eiusdem Philippi II. priuilegium, siuè transactio anni 1591 de quo latius in sequenti articulo.

Sed huic articulo, in quo de priuilegijs agitur, respondebat Fiscus non obstare, quæ adducuntur de priuilegijs Romanorum, nam circa veritatem horum priuilegiorum multa dicta sunt, quæ cùm potius historiam contineant, quàm iuris conclusiones, & longum esset de illis hic agere, remitto me ad ea, quæ Dom. Regens Corsetus Vir summi ingenij, atquè in historijs etiam versatissimus latè dixit, sed præter ea, quæ historiam continent dicebatur nullam habere authoritatem prædicta priuilegia, nā
75 illa conceduntur † subditis, non autem illis, qui non sunt subditi, vt tradit Azor. instit. moral. lib. 5. cap. 22. quæst. 4. tit. de priuileg. quem allegat Dom. Regens Corset. fol. 58. cùm igitur eo tempore Populus Romanus non haberet in ditione sua Siciliam, non est credendum voluisse illis concedere priuilegium, neq; Messanenses

ses acceptasse, sed huic argumento latè respondet quo ad historiam D.Casan. fol.17.num.103.sed num. 106. dicit hæc verba

Vnde vera, & indubitata est assertio, omnem hominem alteri subditum, vel etiam non subditum, aliquo tamen modo inferiorem esse capacem priuilegij, de subdito nulla est dubitatio, tàm quoad priuilegia in rigore, & propriè sumpta, quàm quoad beneficium Principis, sed in non subdito sub distinctione, nam licet in eo non sit considerabile priuilegium quatenus continet dispensationem, aut exemptionem ab aliqua lege, quia est actus iurisdictionis voluntariæ, & præsupponit priuilegiariũ esse subditum legi, à cuius præcepto soluitur. Priuilegium autem, quod non derogat alicui legi, sed ab aliquibus, quæ concedenti debentur, eximit, non requirit formaliter loquendo iurisdictionem respectu eius, cui tale priuilegium conceditur, quia talis concessio nõ est actus iurisdictionis, sed actus liberalitatis, & appellatur beneficium Principis, & non requirit subiectionē in eo, cui conceditur, sed æquali, & superiori, & alieno, vel peregrino potest concedi, vt latè ex multis probat Suarez de legibus lib.8.cap.9.num.3.cum seq. & præsupponunt pro constanti omnes inferius in discursu referendi, dũ disputant, an priuilegia subditis, vel non subditis concessa possint à Principe reuocari. Potuit ergo Populus Romanus Messanensibus priuilegium concedere, & si subditi non essent, securius autem, cùm iam essent fœderati, subiecti, & in Ciues Romanos recepti.

Quo verò ad priuilegium anni 420. Dom.Regens Corsetus fol. 67. vers priuilegio, multa dicit circa veritatem ipsius priuilegij, quibus respondet idem Casanat. loco citato.

Dicebatur præterea pro parte Regij Fisci non fuisse seruata prædicta priuilegia, vt ait Dom. Regens Corset.fol.68.auctor.Cicer.in orat.8. lib.3.in Verrem.

Imò fuisse reuocata ob ingratitudinem, tradit Dom. Regens Ioseph de Neap.fol.41.vers.præterea.

His tamen fortiter resistunt Dom. Casan.à num.164.vsq; ad num. 169. & Dominus Glorit.fol.6.aterg.num. 8.

Dicebatur vlterius pro parte Regij Fisci, quoad priuilegium Arcadij nullam etiam habere authoritatem, neque continere veritatem, vt tradit Dom.Reg. Corset.fol.70. vers.priuilegium.

Sed huic oppositioni respondet D.Casan.nu 169.

Quo verò ad priuilegium Rogerij anni 1129 dicebatur etiam nullam esse ei fidem adhibendam, de quo agit idem D.Regens Corset. fol.72. vers.priuilegium Rogerij.

Sed his respondit D. Casan. num. 185.& Dom.Glorit.fol.22. ater.vers. pariter.

Et tandem dicebatur pro parte Regij Fisci respectu omnium priuilegiorum tàm à Populo Romano, & ab alijs Imperatoribus, & Regibus concessorum præfatę Ciuitati, dato, quod comprehenderent immunitatem etiã à vectigalibus, prout videtur esse expressum in priuilegio Rogerij, & Regis Iacobi, non obstare impositioni vectigalis, Primo, quia priuilegia prædicta sunt confirmatoria aliorum priuilegiorum: quæ aut apochripha, aut non sollemnia esse dicebatur; cùm
75 ergo sint confirmatoria † nihil iuris tribuunt ex Bald. in l. nominationes, C.de appellat. vers.illud ẽt certũ est, latè DD.& Dec.in rubr. de confirm. vtil.vel inuti.Socc.Sen.cons.159.col. pen.Confirmatio enim quando fit in forma communi nihil de nouo tribuit, nec inualidum validat Boss. tit.de Princ.nu.348.& 356.

Dicebatur secundo, causam publicæ vtilitatis, & necessitatis Superio-

riorem esse omnibus immunitatum priuilegijs, ad quod facit egregium Imperatoris Anastasij rescriptum in l.vnica,C.vt nemin. lic.in empt. specier.se excus. lib. 10. vbi Imperator sic ait: *Quoties vrgente necessitate comparationes frumenti, vel ordei, aliarumq; specierum, quibuslibet Prouincijs indicuntur, nulli penitus possidentium se se sub cuiuscunq; priuilegij occasione excusandi tribui facultatem censemus*, quod idem repetijt Imperator Aurelian.in l.1.C.de quibus muner. liceat se excus. eod. lib. & hanc conclusionem probat Alber. in 1.part.statutorum, q.28. incipien. quid si potestates, Ias. & Alex. in l.si ex toto,ff.de leg.1.in princip. & in l. oneribus de vacat. muner. & consil. 193.3.dub.vol.2.& cons. 206. eod. vol & cons.30,5.vol. Socc. in d. l. si ex toto, num.6.& 7. vbi ait: *Tertia Conclusio sit,quod vbi imminet publica necessitas,cui per Superiorem non potest prouideri, nisi etiam exemptis imponatur, tunc tale augumentum illis imponi potest, quia nulla concessio eximit à dicto casu propter publicam vtilitatem,vt in l.iubemus nullam, C.de sacrosanct. Eccles.* & paulò post ait: *Quarta Conclusio sit, vbicunq; superueniret necessitas valdè insolita, talis concessio non eximeret*, de qua etiam Mysinger.cent.4.obseruat.70. vbi tradit post longam disceptationẽ
76 fuisse decisum, priuilegium † exemptionis cessare,quando collecta imponitur propter euidentem vtilitatem, & publicam necessitatem, publica enim vtilitas, atquè necessitas omnibus priuilegijs præferendæ sunt, om-
77 ne enim priuilegium tacitam in † se habet clausulam, dummodò aliud necessitas, atquè vtilitas publica non suadeat,per tex.in d.l. iubemus nullã C.de sacrosanct. Eccles. quam etiam decisionem refert Camer. Imperial. teste Andr. Gilman.lib.2.dec.14.nu. 8. de qua etiam conclusione Ripa in tract.de pest.par. 1.num.101. Alciat. resp. 132 num. 8 lib.5.Crauett.conf. 294.Neuizz.conf. 66.nu.4. Decian. cons 51.vol.3.Et in proprijs terminis immunitatis, quod non prosit priuilegium respectu onerum,quæ ex causa belli,vel pestis imponuntur, locutus est peritissimus,ac omnium scientiarum genere ornatissimus Dominus
78 meus † Dominus Fuluius Constantius Corleti Marchio Supremi Italiæ Senatus Regens, & Collateralis nostri Consilij Decanus in eius elegantissimis, atquè copiosissimis Commẽtarijs ad l. si quis decurio num. 44. C.de decur.li.10. vbi limitando priuilegium immunitatis legis prędictæ, sic ait: *Secundo limitatur,& hanc im-*
79 *munitatem minimè † prodesse dicimus in illis oneribus, quæ belli,vel pestis causa imponuntur, cùm ab eis nemo exemptus,& immunis censeatur*, Nullum enim priuilegium valet, quando adest magna necessitas, quia tunc esset contrarium publicæ vtili-
80 tati,nàm omne † priuilegiũ quantũcumquè generale nunquam includit illud, quod publicæ vtilitati obesset Io.de Soccarat. in Consuet. Cathal. in rub. vtrum vassall. teneatur sequi Domin. nu.95.fol 380.vbi plus dixit priuilegium prædictum non iuuare priuilegiatos,etiam si adesset clausula, non obstante quacunquè lege, & constaret de volũtate Principis, quia priuilegium caderet in periculum,& damnum Reipublicæ, essetq; contra ius gentium impetratum,& quod habens priuilegium immunitatis cũ amplissimis verbis non eximatur à contributione imposita, quando tanta est necessitas, cui per superiorem non possit prouideri, nisi etiam exẽpti contribuant,dixit Roland.à Valle cons. 2. num. 30. volum. 4. ex Bald. consil.406.volum.5. Curt.Iun.cons. 61.num.14. volum.1. de qua necessitate sufficit constare ex Principis assertione,tradit Alexan.consil.216.

volum. 2. colum. 6. quem sequitur Affl. in cap. 1. num. 27. qui success. teneant. vbi affirmat credendum esse Principi reuocanti priuilegia, si asserat hoc facere ex causa publicæ vtilitatis, Roland. cons. 1. vol. 2. num. 58. & 84.

Quæ conclusio roboratur ex alia conclusione, hæc est Principem ex
81 causa † publicæ vtilitatis posse alterius dominium tollere, ex l. quo minus, vbi notāt DD. ff. de flumin. Luc. de Penn. in l. originarios, C. de agricol. & censit. lib. 11. & nos diximus ad rub. de Const. Princ. cap. 1. nu. 59. tradit Mattiens. ad l. 6. num. 11. gl. 1. tit. 10. lib. 5. nouæ recollect. vbi etiam voluit necessitatis tempore omnia bona esse Principis, quem sequutus est Affl. in prælud. Const. Regni quæstio. 17. Cęuall. lib. 2. commun. contra commun. quæst. 578. vbi voluit ex causa publicæ vtilitatis Principem posse imponere collectas, & vectigalia, quia si potest rem totam auferre in casu isto, multo magis poterit auferre partem, immò posse Principem priuilegium immunitatis reuocare expressè ex causa publicæ vtilitatis diximus ad l. fin. ff. de Constit. Princ. par. 2. cap. 9. num. 42. per tex. in l. 1. & 2. C. de nauib. non. excus. lib. 10.

Quibus accedebat alia iuris conclusio, nempè damnum non exemptorum, nam quotiescunquè priuilegiū immunitatis redditur in damnum aliorum notabile, tunc illis esset succurrendum, vt tradit Sola ad Consti. Sabaudiæ sub tit. de iur. emphit. glo. 2. 3. par. num. 23. fol. 44. ex Iacobin. de Sancto Georg. tit. de homag. nu. 40. & in proprijs terminis in priuile-
82 gio † exemptionis, si cœperit alios lædere, quod reuocetur, habemus ex cap. suggestum, de decimis, nam semper censentur priuilegia concessa, rebus in eodem statu permanentibus, ex l. quod seruius, ff. de condit. caus. data, Domin. Canonic. Riccius in suis collect. p. 5. collect. 1771. secus verò, si status mutatus fuerit, ex cap. non debet de consang. & affin. cap. quemadmodum, de iureiur. l. si conuenerit, ff. pro soc. l. cum quis in prin. & l. si cum Cornelius, ff. de solutio. l. quæro, §. inter locatorem ff. locat.

His respondebat Ciuitas Messanensis dicens duobus modis refelli posse argumenta, quibus nititur Fiscus probare necessitatem superiorē esse omnibus priuilegijs. Primo, negando factum, proùt superius dictum est, non enim potest dari necessitas in tanto Rege, vel potius Monarcha, cuius redditus in Italia solùm ascendunt ad summam septem millionum, in India, Flandria, Burgundia, & Hispania plus duodecim millionum; vnde necessitate cessante, dicebatur cessare omnia Fisci fundamenta, & licet huic responsioni replicari posset diuersa esse Regna, diuersas præstationes, cùm Regnum Siciliæ viuat suis legibus, & proprio patrimonio, Respondebatur hæc omnia Regna, licet sint distincta, esse tamen conflatum vnum corpus, & vnum Regnum, cùm omnium vnus sit Dominus, & Rex, vna effecta est bursa Fiscalis, proùt tradit Farinacc. de delict. & pœn. quæst. 25. num. 95. & sequent. Nam quemadmodum ex auro diuersarum personarum, si vnum conflatum sit vas dominium auri amittitur, & confusione sit acquisitum dominium, Itaùt rei vendicatio non competat domino auri cum alio mixti, §. cùm ex aliena materia, instit. de rer. diuis. ità ex diuersis Regnis conflatum est vnum Monarchicum, & tanquàm ad conseruationē totius corporis, debent omnia membra concurrere, sicut & omnia membra

ad

ad conseruationem vnius membri, cùm idem sit de parte, quoad totum, & de toto quoad partem, ita ad conseruationem omnium Regnorum debent cœtera Regna concurrere, & ad conseruationem vnius Regni, totum corpus debet se conuertere, & aptare, ad quod allegabatur textus in l. 1. ff. de seruit. legat. & l. si quis duas, ff. commun. prædiorum, vbi habetur, dominum duorum fundorum posse imponere seruitutem vni in fauorem alterius. vnde dicebat Ciuitas Messanensis succurtẽdum esse, ex eo, quod superest ex alijs Regnis, necessitatibus Regni Siciliæ ad æquitatem seruandam, cùm ex redditibus Regni prædicti satis abundanter fuerint subministrata auxilia pro subiugandis Prouincijs Flandriæ, atquè Olandiæ.

Secundo modo dicebatur succurri posse necessitatibus prædictis facta diligenti discussione reddituum, & onerum Regni, tunc enim licitum
83 est Principi † collectam imponere, quando Princeps de suo non habet, & redditus Regni non sufficiant, quibus succurri possit Regni necessitatibus, vt tradunt And. & alij, quos refert Additionator ad Rosental. de feud. cap. quinto, conclus. 74. lit. A.

Ex quo motus dixit Bal. in l. neminem, C. de sacrosanct. Ecclesijs, Principem tunc posse collectam imponere, quando propriam crumenam excussit, quod sequitur Surdus tract. de alim. quæst. 30. tit. 7. num. 10. Sese decis. Aragon. 7. num. 12. Soccin. Iun. cons. 76. num. 10. volum. 4. qui voluit semper onus superueniens impleri debere de suo, & quod deficit suppleri, ad quod tradunt multa Alexand. Raudens. respons. 1. num. 178. lib. 2. Panciro l. consil. 153. num. 12. Bursat. consil. 16. num. 76. Guid. Pap. decis. 551. in fin. Soccinus Iun. consil. 98. num. 10. & seq. vol. 3. vbi voluit, subditos non debere præstare charitatiuum subsidium Domino, quamuis teneantur ex iusta causa propter publicam vtilitatem hoc facere, si Princeps habeat aliunde vnde prouidere possit, & bursam suã euacuare, quia prius de suo supplere debet, Gregor. Lop. ad l. fin. tit. 20. p. 2 vers. las missiones.

Ex quo dicebatur non posse collectam prædictam imponi, cùm hæc discussio facta non fuerit, quod si redditus Regni non sufficiunt, id non procedere ex eo, quod pro sustentatione Regni non sufficiant, sed ex eo, quod alijs Regnis succurritur, vel diuiduntur inter plures pensionarios, atquè stipendiarios, quibus Regnum certum est non esse obligatum, si redditus non sufficiant. Prima enim causa est prouidere ijs, quæ necessaria sunt pro Regni sustentatione, & postea huiusmodi stipendiarijs, ac pensionatijs, sicuti nec alij redditus, qui à Regno prædicto extrahuntur debeient extrahi, sed Regni necessitatibus succurri, ad quod ponderabatur verba tex. in l. Præses Prouinciæ, C. de seruit. & aqu. ibi: *Cùm sit durum, & crudelitati proximum, ex suis prædijs aqua agmen ortum, sitientibus agris suis, ad aliorum vsum vicinorum iniuria propagari*, ad quod faciunt, quæ tradit Io. de Plat. in l. si quis per diuinam, C. de aquæduct. lib 10. & Affl. dec. 290. num. 9. Re-
84 ges enim tenentur † erogare redditus, qui sibi à Regno ministrantur in illas causas, propter quas constituti sunt, non enim in eorum præiudicium possunt in alium vsum etiam iustum conuerti, cùm pro manutentione Regni non sufficiunt, tradit Azeued. ad l. 1. n. 42. tit. 17. lib. 9. nouæ recollect.

Cùm igitur Regni redditus non decreuerint, sed aucti fuerint, immò ex nouo donatiuo, quod ascendit ad summam ducatorum 300. mil. non solũ sit sufficienter prouisum necessi-

tatibus Regni, sed etiam solutioni subiugationum factarum redditũum Regij patrimonij, sequitur vt nulla, neque existens, neque apparens sit causa vectigal prędictum imponendi. Vnde dicebatur contraria non obstare, quia præsupponunt necessitatem, quæ hic deficit, & similiter non obstare, quod dicitur si incipiat esse iniquum priuilegium in damnum tertij debere reuocari ex c. suggestum, & alijs supra allegat. Non enim procedere conclusionem istam dicebatur
85 † in priuilegijs, quæ ex contractu procedunt, illa enim illæsa permanere in omni parte debent, ità intelligendo tex. in c. suggestum declarant Crauett. conf. 194. col. pen. verf. non obstat vltimum, Panorm. & alij per Menoch. adducti conf 136. num. 34. quam communem esse sentẽtiam tradit Thessaur. quæst. forenf. q. 8. n. 13. & 15. vbi affirmauit pluries fuisse decisum in Senatu, & eodem modo intellexit d. c. suggestum Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gl. 36. nu. 36. Cęph. conf. 342. num. 97. lib. 3. vbi dixit nec etiam de plenitudine potestatis posse Principem hoc facere, & sequitur Caualcan. de brach. Reg. par. 6. nu. 406. sub rub. de æquit. & rigor. Lancell. conf. 44. num. 37. & 42.

Neque obstare regulam, rebus in eodem statu permanẽtibus, nam hæc non habet locum in contractu, in quo attenditur tempus contractus, non autem læsio superueniens, Berous conf. 138. num. 16. cum seq. 3. vol. vbi num. 18. voluit successorem in Principatu non posse contractus reuocare, nec ab illis recedere, etiam quod sit contractum cum subdito, respectu alicuius enormis læsionis ex post facto superuenientis.

Et tandem dicebatur dictam conclusionem non habere vbi figat pedes, quia satis constat non esse mutatum rerum statum, cùm re vera mutatus non fuerit, nam respectu necessitatum Regni, iam est dictum, non solùm à tempore Regum Gulielmi, & Martini non fuisse diminutum, immò potius auctum Regium patrimoniũ, & respectu extractionis ab antiquissimo tpe à Messanensi Portu, dicebatur fuisse serica extracta, & sic nullo modo dici posse fuisse mutatũ statũ.

Opponebatur etiam pro parte Regij Fisci, & dicebarur prædicta priui-
86 legia reuocari posse † ex quo sunt gratiosa, & processerunt ex mera Principis liberalitate, maximè in casu vrgentissimę necessitatis, vt dixit Bal. in l. qui se patris, C. vnde lib. Publit. ad Consuetud. Albernien. tit. 2. art. 11. n. 11. Cacher. conf. 27. n. 30. & licet in priuilegijs fiat mentio meritorum Ciuitatis Messanæ, adhuc est dicendum illa non transijsse in contractũ, itaut Rex, eiusq; successores obligentur ad obseruantiam illorum, nam potius dici potest illam remuneratiõẽ processisse ex causa meræ liberalitatis, & gratiæ Principis, quàm propter seruitia exigentia remunerationem, sunt enim seruitia præstita à vassallo domino suo, qui iure gentium ad id tenetur, qua de re facilius possunt reuocari, ex traditis per Socc. Iunior. conf. 94. nu. 14. & 15. lib. 2.

His abundãter respondebatur pro parte Ciuitatis, dicebat enim verba priuilegiorũ, contrarium ostendere, in ijs enim nõ solùm generalis fit mẽtio priuilegiorũ, sed specifica, & particularis, nã adhoc vt dicatur transire in contractũ, & irreuocabile esse priuilegiũ à Principe concesũ, nulla fit distinctio, subdito nè, an extraneo concedatur, illa tñ traditur regula pro forma, hæc est vt ea sint seruitia, ad quæ recipiens priuilegium, non teneretur ratione officij, & in exercente officium adhuc remuneratoriam dici donationem, si seruitia excedant, de quo dictum est supra dec. 6. n. 28. Qđ et dixit Bal. in l. sĩ cũ mihi, ꝑ illũ tex. ff. de dolo, quẽ sequtur Iaf. cõl. 56. col.

col.3.vol.1.& latè Loazes in all. oppidi de mula in 1. dubit. num.27. &
87 29. Nam licet † vassallus teneatur
Regi suo seruire, non tamen tenetur vitam pro eo ponere præferendo vitam Regis suæ, vt notat gloss. communiter approbata in cap.1. in prin. quib.mod.feud amitt.Par. de Put.de sindic.verb. Sindicus,il secondo, nu. 4.fol.303 Iul.Clar. §.feudum, q.21. in fin. Cùm ergo vassallus hæc fecerit,certum est, Regem obligari illum remunerare, ad quod faciunt dicta per Parid. de Put. tract. de re militar. lib. quinto, vers. an vassallus, & per Loaz.loco cit num.7.& quod hoc priuilegium sit irreuocabile dixit Azeued. cons.17. num.7.& 8. & nos diximus ad l.fin.ff.de const.Prin. p.2.c.9.n.6.

Vlterius dicebatur pro parte Regij
88 Fisci vectigalium † impositionem esse de regalibus, tradit And.in cap.1. in verb vectigalia, quæ sint regalia; quod cùm ita sit, sequitur alia conclusio non posse Regem alienare demanialia,atquè regalia,prçesertim qñ alienatio magnã contineret diminutionem, ad quod adducitur tex. ab omnibus allegatus in cap. intellecto de iureiur.Bart.in l.prohibere, §. planè,nu. 5. ff.quod vi,aut clam, Ioann. de Platin l.fin. C. de locat. prædior. ciuil.lib.10. Andr.in c.1. de his, qui feud.dar. poss.num. 10. Coppin. de deman. franc. tit.de prohib. deman. franc.alienat.latè.Mastrill. lib. 3.c.4. num.385. Oliban. de iur. fisc.cap.6. Quod autem maximum fiat Regiæ auctoritati præiudicium, si potestatẽ imponendi vectigalia tempore necessitatis à se adimat, patet, quia sublatis tributis in casu necessitatis vrgẽtis, & Rempublicam in periculo ponere, certum est auctoritatem Regiã lædere, Vlpian. in l.1. §. in causa ff. de quæst. cùm vt diximus suprà non possit sine armis pax tueri,nequè arma sine tributis,& tradidit Tacit.annal.lib.13. Improbat enim Neronis
89 † facinus, dum refert illum voluisse
vectigalia adimere, & Senatum improbasse vectigalium remissiones à
90 Sylla factas, qua de re nullam † esse
vectigalium alienationẽ, siuè ademptionem in præiudicium successorum tradunt Scribentes, quià tendit in magnum Coronæ, & publicæ vtilitatis præiudicium, vt post Roland. à Vall.cons.1.num.97. 98 99. 106. & 128.lib.2. tradunt Nat. cons. 636. n.200.lib.3.Alex. Raudens.resp.1.n. 262.& 263.vers.aliquando,& primo quæritur, lib. 2. qui ait non posse Principem abdicare à se potestatem imponendi onera præter bonum publicum, quæ conclusio eò magis locum habet,si consideremus successorum prçiudicium,tunc enim omnes
91 concludunt regalias † non posse alie-
nari in præiudicium successorum, Alber.de Rosat in l.1. num. 19 ff.de offic.Procur.Cæsar.Bald.& alij adducti per Surd. cons.310.nu.62. lib.2. Bald.in tit.de pace constant. in verb. successorum, quem sequitur Soccin. Sen.cons.7. num. 6.lib.3. Felyn.in cap.1.colum. 4. vers. quarto declara, vbi Dec.de probat.& idem Fælyn.in cap. ad audientiam col.2. de præscr. Neuizz.inter Consil. Brun. cons. 121 col.13.las.cons.1.col.3. in princ.vol.1. vbi dicit, quod talis alienatio tendit in magnum præiudicium successorũ, Affl.in cap.1.num.48.qui success. teneant. qui omnes affirmant vectigalia,& alias regalias non posse Principem alienare,sed teneri successoribus reseruare, qui etiam affirmant non posse Regem quintã partem,quæ ipsi debetur de preda in perpetuum alienare, Roland. cons.1. num.101 vol.2. And.in cap.Imperialem, vers. nequè Dominus feudi, de prohibit. feud. alien. per Feder. quem allegat Gregor.Lop.ad l.13 tit.9.par.6.verb.fin mandado, nam cùm Regnum sit restituendum proximiori,vt diximus in

addit, ad responsum D. Regentis Riberæ, vers. iure sanguinis, an hæreditarium, sequitur vt res, quæ subiecta est restitutioni alienari minimè possit, Petr. Gregor. Tholos. de Republ. lib. 7. cap. 10. num. 53. Coppin. de deman. Franc. lib. 2. cap. 1. Ex quo dicebatur motum Fisci patronum Neapolitani Regni voluisse, vt Carolus VIII. Galliæ Rex, merum, & mixtum imperium in subditos alienatum per Alphonsum Regem reuocaret, teste Afflict. in prælud. Const. q. 2. col. vlt. Et quod Henricus Britanniæ Rex reuocauerit alienationem plurimorum feudorum, atq; redditúum, quos Stephanus Rex priuatis concesserat, testis est Coppin. de deman. Franc. li. 2. tit. 1. n. 10. & 16 quæ conclusio magis procedit, si alienatio facta sit de illis rebus, quæ pro Regni defensione introducta sunt, ad quod etiam ponderantur verba Imperatorum Theodosij, & Valentin in l. exceptis, C. de vectig. & cõmiss. & Honor. & Theodos. in l. pen. eod. tit.

Sed Messanensis Ciuitas dicebat ad obseruantiam priuilegiorum ex
92 causa meritorum † vel onerosa concessorum, non solùm teneri Regem, qui illa concessit, sed etiam successores in dignitate, vt tradunt Cyn. Bal. & Paul. Castr. in l. digna vox, C. de legib. & plurimi per nos adducti ad l. fin. de const. Princ. cap. 9. num. 11. & vltrà DD. á nobis allegatos tradunt Morot. cons. 45. num. 9. vers. quod successor, Bardellon. cons. 22. nu. 20. vers. facit, Sfort. Odd. cons. 23. nu. 8. & 9. vbi ait, quod sicut non licet Principibus concedentibus reuocare concessiones ab ipsis factas in vim contractus, ità nec eorum successoribus, allegat tex. in cap. priuilegia, de pace constant. ibi: *Eadem obseruentur in successore nostro*, & hanc communem esse opinionem docet Rosentall. de feud. cap. 3. concl. 21. num. 4. vbi addent. lit. E. tom. 1. & ità tenetur ex facto sui antecessoris, sicut ex suo proprio, Soccin. Iun. cons. 60. nu. 13. vol. 3. Menoch. cons. 101. num. 167. Surd. cons. 419 num. 6 Vulteran. consil. 19. num 142. & seq. vol 3. cuius conclusionis plures sunt rationes, &
93 inter alias, quia Princeps † sibi ipsi contrauenire videtur, quando factum prædecessoris impugnat, cùm semper sit vnus Principatus, & vnum Imperium, Vulteran. d. cons. 19. num. 4. vol. 3. Sesse dec. Arag. 79. num. 41. & Dom. Camill Borrel cons. 1. nu. 101. quod si hæc conclusio vera est in successore dignitatis, quanto magis recipienda est respectu Regni, in quo hæreditario iure succeditur, proùt est Regnum istud Siciliæ, vt testatur Imperator Feder. in Const. cùm hæreditarium in princ. Iacobut. de Franch. de feud in tit. species feud. quot sint num. 109 doctissimus Io. Vinc. Ann. de vassall. decrep. ætat. cap. 1. num. 170 D. Camill. Borrell. cons. 1. num. 96. & in tract. de præstant. Regis Cathol. cap 16. num 1. & sequen. Fab. de Ann. cons. 129. num. 76. D. Regens de Pont. in lect. feud. lect. 2. num. 10: quos adducit in alleg. istius causæ doctissimus Io Baptista Castel, qui & si viderit quæ nos diximus ad l. fin de Const. Princ. par. 2. cap. 9. nu. 2. tacuit nomen nostrum, tàm in hac conclusione, quàm in multis alijs.

His addebatur capitula prædicta, & priuilegia fuisse iuramento firmata, Vulter. d. cons. 35. num. 120. vol. 3. vbi ait: Id non solùm efficere iuramentum, sed successorem teneri ad obseruantiam, vt antecessoris con-
94 scientiam exoneret, nam licet † iuramentum sit personale ex parte iurãtis, est tamen reale ex parte illius cui iuratur, quod etiam tradit Bardello. d. cons. 22. nu. 22.

Et tandem dicebatur hanc quæstionem non esse in palestram ducendam, cùm verissimum sit omnes Siciliæ Reges Messanensium priuilegia con-

confirmasse, & tandem sapientissimũ Philippum II in anno 159 . vt latius in sequenti articulo, quæ confi. mationes tot, tantorumq; Regum efficiunt, vt priuilegia habeantur pro iuratis, vt tradit Vulter. d. conf. 19. num. 120. vol. 3. qui affirmat esse cõmunem Canonistarum opinionem in cap. cum contingat, & cap. ex rescripto de iureiur. quo argumento dicebatur cessare omnia in contrarium adducta. & quod Rex possit regalias Principi res. ruatas concedere, adducebatur Lancellott. Corrad. in templ. omn. Iud. cap. 1. § 4. & alij adducti per Castell. fol. 36.

Dicebatur præterea pro parte Ciuitatis Messanæ, veram esse firmatam pro Fisco conclusionem circa alienationem regalium, quod scilicet non possit regalia alienare. neq. ipse in sui damnum, nequé in præiudicium successorũ, sunt etenim, vt ait Luc. de Penn. in l. quicunquè in 4. col. C. de omn. agr. desert. lib. 11. quem etia n Peregr. refert de iur. fisc. lib. 1. tit. 1. num. 8. d. s Regis data à Regno ad instar illius, quæ ab vxore datur marito, sed non ita simpliciter esse ad-
95 mittendam, nam regalia † sunt apud Regem duplici modo, altero vt Principatus dignitati, & Principis personæ ità cohæreant, vt inseparabilia sint ab ipso, remanente pœnes ipsum Regia, aut principali dignitate, altero verò, vt licet pœnes ipsum sint iura supremæ dignitatis, sunt tamen communicabilia, firmo pœnes ipsum remanente Imperio.

Et quoad primum modum dicebat Ciuitas inseparabilia esse, quorum regaliũ exemplũ in ea potestate cõsistit, quę agit de nataliũ, & famę restitutione, legis promulgatione, & alijs huiusmodi, & hæc esse inalienabilia, neque posse in præiudicium successorum alienari, nec minui, tradit Bal. in t. t. de pac. constant. §. amplius n. 2. quæ idem ipse potest reuocare Surd. conf. 210. num. 62. vol. 2. post alios, quos allegat.

Quo verò ad secundum modum, exemplum ponebatur in ijs, quæ sunt in vtili pecuniario Principis, veluti feuda, emphiteuses, aliæ guidagia, vectigalia, & aliæ gabellæ, de quibus Peregr. de iur. Fisc. lib. 1 tit. 1. nu. 28. Cùm igitur vectigalia computentur inter has regalias secundi ordinis nõ posse reuocari, neque ab ipso, neque à successore tradunt Scribentes adducti per Peregr. loco citat quia per hoc non dicitur Princeps à se abdicare potestatem, neque ius superioritatis ab ipso separatum, & sic doctrinas in contrarium allegatas dicebatur procedere, quando ius superioritatis in totum est abrogatum, vt tradit Crauett. conf. 702. num. 35. vers. non obstat, lib. quarto, qui ait num. 36. sufficere ius superioritatis, integrum esse, vltrà quod; concedere exemptionem à collectis impositis, vel imponendis, hoc non est à se abdicare ius imponendi vectigal, sed immunem facere à solutione priuilegiatum.

Dicebatur etiam Surd. cum alijs allegatis loqui in concessione regalium totius Imperij, non autem rerũ particularium, vel locorum, tradunt Cœphal. conf. 154. lib. 2. Anton. Gabr. de iur. quæsit. non tollend. concl. 5. nu. 9. quod sequitur Regner. Sixtin. inter consil Vulter. conf. 9. nu. 89. lib. 1. Alex. Trentacinq. variarum resolut lib 3. tit. de pact. resolut. nu. 10. & Alex. Rauiens. sæpius alleg. resp. 1. num. 309.

Postremò dicebatur etiam in præiudicium successorum subsistere concessiones. cùm emanauerint ex maxima, & vrgenti causa in remunerationem seruitiorum præstitorum, quæ perpetuam habent causam cùm proprium Regis sit subditos de Regia Ma-

96 Maiestate † benè merentes remunerare, tradit Rauden. d. conf. 1. num. 308. & Gregor. Lop. ad l. 10. tit. 18. part. 3. vbi ait accedente seruitiorum causa, quæ sit magna perpetuam reddi concessionem, ad quod adducebatur etiam quod licet Imperator nō possit res immobiles Imperij pleno iure in alium transferre, abdicando à se directum dominium, id tamen potest facere, si ex causa seruitiorum faciat, tradit Scrader. de feud. par. 4. cap. 1. num. 4. cum duob. seq. nam ex causa seruitiorum receditur á regulis iuris commmunis, Paul. de Montepico cons. 39. num. 35. vers. respondetur, Roman. cons. 90. num. 12. & 13. & cons. 136. num. 4. Molin. de primog. Hisp. lib. 1. cap. 3. num. 17. & 18 & nos diximus suprà decis. quinta num. 92.

Adducebatur ad hoc elegans rescriptum Theoderici Regis ad Gemellum, quod nobis tradidit Eruditissimus, atquè pijssimus Cassiodorus eiusdem Regis à secretis lib. 3. vatiarum cap. 32. In quo manifestè docentur Reges Ciuitatibus tributa remittere ob seruitia præstita, & illas in immunitate seruare, quod huc transcribere duxi, vt sciant Principes tantum Regem imitari, & præsertim Catholici, sunt enim verba hæc quæ sequuntur.

Gemello V. S. Theodericus Rex.

COnstat apud nos fidelium non perire seruitia, sed in tristibus impensa, recipere in meliore fortuna. Arelatensibus itaquè, qui nostris partibus perdurantem gloriosæ obsidionis penuriam pertulerunt, per indictionem quartam fiscalia tributa nostra relaxat humanitas: ità vt futuro tempore ad solitam redeat functionem. Quatenus, & nos benemeritis vicissitudinem reddidisse videamur, & ab illis, cum res poposcerit, solita deuotio non negetur. satientur in libertate, qui pro nobis in angustijs esurire maluerunt, sint leti, qui tristitiam fideliter pertulerunt, non decet statim de tributis esse solicitum, qui pro nostra fidelitate casum vix potuit declinare postremum, A quietis ista, non obsessis inquirimus. Quid enim à Domino agri exigas, quem eum non coluisse cognoscas: Pretiosum vectigal iam nobis dederunt sua fidei: Iniustum est, vt viles pecunias exigamus ab illis, qui gloriosas conscientias obtulerunt.

Quod tanti fecit prudentissimus Athalaricus Rex, vt seuerissimè animaduerteret in Exactores Tributorum, qui Siculos vexabant, vt apparet ex eius litteris datis Victori, & Vitigisclo, apud eundem Cassiodor. lib. 9. cap. 12. verba autem sic se habent.

Victori, & Vitigisclo VV. SS. Athalaricus Rex.

TArditas vestra apud Gloriosæ memoriæ dominum Auum nostrum meritò vos fecit esse suspectos, quos etiam seris præceptionibus credidit admonendos, vt relicto tandem Prouincialium grauamine ad eius deberetis iustitiam festinare, & nunc quoquè suspitionis maxima fecit augumentum, vt nec ad initia nostra voluissetis occurrere, quod libera conscientia potuisset optare, Et ideo præsenti auctoritate censemus, vt si quid super Tributarium solidum per quartam Indictionem à Prouincialibus exegistis sine aliqua eis imminutione reddatis. Quia supra veterem censum nulla indictionis prædicta eos volumus damna sentire. Hoc etiam addendum esse credidimus (quoniam amore clementiæ errores nolumus inuenire, ne coacti potius resecemus, quod salua iustitia dissimulare non possumus) vt si aliquem studio læsi-

stis

stis prauo, vestro magis emendetis arbitrio, quia hoc est, propria delicta corrigere, quod & non facere; & ne forsitan credatis longinquitatis difficultate latere, quæ gesta sunt, Siculis fiduciam vos dedimus subsequendi, videte nunc si voces possitis ferre querulas, quas etiam nostra vitauit authoritas. Admonuimus igitur quos pios decet esse. Iam suo vitio videtur accusari, qui spontanea noluit voluntate corrigi.

Ex quibus dicebatur duo colligi, alterum immunitatem Siculorum, Alterum Reges debere subditis immunitates seruare, & ab Exactorum cupiditate illos liberare.

Et tandem dicebatur posse Regẽ alienare regalia, dummodò inde non resultet damnum Regno, vt post multos tradit Menoch. conf. 1003.

Immò si fuerint factæ plures donationes, & infeudationes, non esse iungendas, adhoc vt ex illis appareat magnum præiudicium, & perinde reuocari possint, tradit Scrader. de feud. par. 4 cap. 1. num. 23. & quando essent coniungendæ, tunc & eo casu priores validas remanere, posteriores inualidas, tradunt Albel. conf. 61. Menoch. d. conf. 1003. num. 21. Dominus Regens de Pont. tit. de his, qui feud. dar. poss. lect. 8. num. 4. & 5. Nam si potest pro remunerando viro strenuo concedere Ciuitatẽ, quæ est pars corporis Imperij, quanto magis poterit eximere Ciuitatem optimè de Rege merentem ab onere soluendi vectigalia, quæ tunc temporis exigua fuerũt, & illis rebus imponenda erant, quæ adhuc non erant in posse Regis, cùm possit in quærendis præiudicare successori, tradit Scrad. 2. par. 9. par. princ. lect. 14. num. 54. tom. 1.

Quemadmodum nec dicebatur
97 obstare † Regnum esse proximiori restituendum, & cùm sit res subiecta restitutioni alienari non posse, Petr. Gregor. Tholos. de Repub. lib. 7. cap. 20. num. 53. ex traditis per Dom. Regentem de Pont. tit. de his qui feud. dar. poss. lect. 8. & de pot. Proreg. sub tit. de tract. & extract. num. 37. vbi voluit tales impositiones pro manutentione Regni esse alienabiles, nam idem Regens de Pont. limitando dicit non procedere, quoties ex causa alienarentur pro remuneratione seruitiorum, vel ob causam publicam, quæ omnia concurrere in hoc casu dicebatur.

Et tandem dicebat Ciuitas Messanæ, nullam esse habendam rationẽ de interesse Regni, cùm non solùm Regnum non sentiat damnum, sed potius vtilitatem, & commoditatem, cùm propter immunitatem à Regibus Messanensibus concessam facilius inducantur mercatores sericorum. ad emendum serica in Ciuitate Messanæ, sicuti etiam propter Portus commoditatem. vndè si extractioni sericorũ nullum sit onus impositum, sequitur, vt commoditas, & vtilitas sit maior vendentium serica in Ciuitate illa.

Secundò dicebatur, nullum ex hoc sequi damnum Regno, cùm ex concessione immunitatis facta Ciuitati Messanæ nihil sit additum toti Regno, idq; apparere dicebatur ex eo, quia iam Regnum fecerat ex sui parte donatiuum, detrahitur enim de solutione sibi facienda illa portio, quæ ad Ciuitatem Messanæ spectaret, de qua extat Cap. Regis Alphonsi 420. & aliud 438. Immò in omnibus contributionibus, & donatiuis obseruatũ esse dicebat, ratam Messanæ iuisse in præiudicium concedentis, ex quo Regnum conqueri non poterat.

Dicebatur tertio, dato quod Regno præiudicaret hoc priuilegium immunitatis, non per hoc Regnum
98 conqueri posse, cùm respectu † immu-

munitatis à Principe supremo concessæ, tradunt DD. posse præiudiciũ afferre cœteris non exemptis, itaut onus ad ipsos spectet, quod secus est in Principe superiorem recognoscente, quia exemptis non potest præiudicare, sed tantùm sibi ipsi, vt si aliquid sit ei per Vniuersitatem soluendum debeat detrahi pars tangens exempto, & tanto minus eximenti sit soluendum quantum exẽptis spectaret Io. Bapt. Cost. de ration. stat. q. 146. num. 7. & 8. Boer. dec. 213. n. 3. & 4. Cassan. ad Consuet. Burg. rub. 9. tit. des mainsmortes, §. 18. num. 26. vers. tertio casu, Franc. Claper. dec. 23. q. 1. per tot.

Quarto dicebatur quatenus prædicta non militarent negari non posse, quin priuilegium immunitatis
99 propter seruitia egregia concessum etiam tertio præiudicet, Nact. consil. 397. Cœphal. cons. 58. num. 49. lib. 1. Menoch. consi. 156. num. 30. & ita limitat Surd. cons. 279. num. 15. vol. 2. & diximus ad l. fin. de Const. Princ. cap. 4 num. 3. Princeps enim ex causa potest tertio præiudicare diximus ad rubr. de Const. Princ. cap. 2. num. 28. & cap. 1. num. 59. & seq. & supra dec. 5. n. 92.

Quinto dicebatur, non posse dici præiudicari tertio, si attendamus antiqua Ciuitatis Messanæ priuilegia, quibus stantibus non potest dici Regnum ipsum grauari, Ciuitas enim cũ debeat conseruari in eo statu, non potest per hoc dici præiudicium inferri Bal. cons. 257. vol. 2. Barbat. cons. 26. vol. 2. Siluan. cons. 66. nu. 7. & consil. 73. num. 4. Cœphal. cons. 138. nu. 35. & seq. vbi voluit priuilegium immu-
100 nitatis † non esse restringendum, sed ampliandum, cùm fauorabilem causam contineat, reducendo rem ad suam primæuam naturam, tradit Sur. cons. 525. num. 15. vers. & in præsenti casu, & dec. 35. num. 18. vbi voluit, tunc agi de immunitate, quando agitur de eximendo aliquem ab onere soluendi, cui iam subiacebat, secus verò, quando agimus de imponendo alicui onus soluendi, Crauett. consil. 726. num. 5 & 8. vbi probat immunitatem non dici odiosam, nec in præiudicium tertij, quando conceditur rebus, quæ nunquam fuerunt obnoxiæ, Bellug. in Specul. Princ. rubr. 46. §. donum appellatur fol. 207. num. 9. vers. quod aut fit ex exemptis, Bertazz. de clausf. glos. 24. claus. 21. Riminald. Iun. cons. 25. nu. 56. & consil. 628. num. 129. Si igitur Messana Ciuitas in possessione immunitatis semper extitit fundata in priuilegijs Regis, nullum fit præiudicium Regno, si in ea possessione manuteneatur.

Quarto principaliter fundabat suã immunitatem Ciuitas Messanensis in
101 priuilegio anni 1591. † quod alio titulo transactionem nominat, cùm etenim fuisset per Excellentissimum D. Garsiam de Toleto impositum vectigal super serico tareni vnius pro qualibet libra, fuissetquè dictum esse contra priuilegia, & valdè controuersum, an ità esset, Ciuitas Messanensis confirmationem prædictorum omnium priuilegiorum obtinuit ab Inuictissimo Philippo II. solutis ducatis 500. mil. cuius priuilegij auctoritate dicebatur hodie omnem cessare disputationem, cùm & præterita seruitia, & præsens ducatorum 500. mil. soluta quantitas immunitatem ab omni vexatione tuebantur, ad qđ fundandum adducebantur verba transactionis, siuè priuilegij anni 1591. proponit namquè primò Vniuersitas, & postea sequitur Regis declaratio, verba compositionis hæc sunt

Tertio, che si hà concluso, e stabilito, che si bene essa Città di Messina per ottener la liberatione, & abolitione di dette

dette gabelle imposte per il general parlamento, come sopra più diffusamente si hà detto, e per ottenere anco da Sua Maestà molti priuilegij, e gratie, e maximè la osseruanza di suoi priuilegij bone osseruanze, e Consuetudini, sincome in essa Capitulatione à Sua Maestà presentata si contiene, offerisca li sudetti 500. mil. scudi, non per questo s'intenda in alcun tempo di venire in perpetuo generato preiudicio alcuno, ne alcuna nouità introdutta contra essa Città, e suoi priuilegij, e Regie prouisioni d'essa principalmente sopra l'esentione, & immunità d'essa Città di Messina di qualsiuoglia sorte di gabelle, impositioni, collette, e donatiui, & altre sorti di pagamenti, che di qualsiuoglia nome si chiamino; & à quelli priuilegij massimamente, che trattano, e contengono, che li parlamenti generali del Regno non ponno obligare, nè periudicare detta Città di Messina, non obstante qualsiuoglia clausula etiam nemine exempto, e non solamente non s'intenda generato preiudicio, come sopra s'è detto, ma anco Sua Maiestà, se è seruita di confirmar li detti priuilegij de immunità, franchezze, & exemptioni ante ditte de parola in parola secondo loro serie, tenore, e continenza, sincome nel preinserto Capitolo fussero inserti, ilche s'intenda sequito confirmando Sua Maestà la presente concordia, e Capitulatione. Anzi per usare Sua Maestà de la sua solita, & abundantissima clemenza, e benignità, serà seruita in virtù di nouo priuilegio, non derogatiuo d'altri, se non confirmatiuo, e cumulatiuo, e per più abundante cautele di essa Città conceder le dette immunità, & esemptioni sudette conforme à detti priuilegij per nouo priuilegio per via, & vigore di contratto per causa onerosa, quale immunità, & exemptione, e perpetue franchezze, possa essa Città godere perpetuamente in virtù d'esso nouo priuilegio da Sua Maestà de concedere, come anco dell'antiqui, concedendoli anco Sua Maestà per nouo priuilegio, e cumulatiuo con l'altri sudetti priuilegij, che le conclusioni, e deliberatione de parlamenti generali di detto Regno non possano preiudicare all'esentioni, immunità, e franchezze d'essa Città, tanto essa chiamata, e non chiamata, nè meno in contumacia, non obstante, che dette conclusioni, o deliberamenti si facessero de seruitij, gabelle, impositioni, collette, o donatiui tanto generali, & vniuersali, quanto particulari, tanto volontarie, come necessarie, e che per l'auenire in infinito per alcun tempo non possa Sua Maestà, e suoi successori mettere, nè imponere in detta Città gabelle, collette, o donatiui per qualsiuoglia causa, o necessità ancorche vrgentissima della Maestà Sua, e suoi successori, nè tampoco per colletta di esso Regno, con tutto che sia per qualsiuoglia causa delli quattro casi in li Capitoli, e Constitutioni del Regno reseruati.

Sequuntur verba declarationis, & concessionis S. M.

Et ideo ex certa nostra scientia deliberatè, & consultò ex gratia speciali, sacriquè, ac Supremi nostri Consilij accedente deliberatione priuilegia prædicta Ciuitatis Messanæ, Capitulationes ipsas, omniaquè singula in eis contenta à prima linea, vsquè ad vltimam de verbo ad verbum, prout iacent, singula singulis referendo confirmamus, laudamus, ratificamus, & approbamus, plenissimeq; pro confirmatis, ratificatis, ac approbatis haberi censeriquè volumus, & declaramus omni dubio, & difficultate cessantibus, vniuersaquè nostro Regio munimine, & plenitudine Regiæ potestatis roboramus, & validamus, vt in futuro tempore valida, firmaq; sint, & penitus habeantur, & ad vberiorem cautelam, & abundantiorem declarationem in fauorem memoratæ nobilis Ciuitatis nostra Messanæ de nouo priuilegia, gra-

gratias, & immunitates prædictas, omniaquè, & singula in eis contenta concedimus, & pleniſſimè in perpetuũ donamus, ac ſi præſentibus forent inſerta, prout pro inſertis habemus, & haberi volumus, & mãdamus, ipſamq; Ciuitatem, eiuſq; incolas, & habitatores commmigrantes, & confluentes penitus immunes, & liberos declaramus, & eſſe volumus, & mandamus ab omnibus, & quibuſcumq; datijs, collectis, gabellis, & impoſitionibus, alijſquè quomodocunq; nuncupentur impoſitis, & imponendis, quoniam ſic volumus, & mandamus, & à noſtra libera voluntate procedit, iuxta tamen priuilegiorum ipſius Ciuitatis tenores, declarantes, & mandantes, Parlamenta, Synodaq; quæ in ipſo Regno celebrari ſolent ordinariè, vel extraordinariè nullo vnquam futuro tempore, nec præterito potuiſſe, nec poſſe, præiudicare, nec obligare Ciuitatem ipſam ipſiuſq; incolas, habitatores, commorãtes, aut confluentes in aliquibus impoſitionibus, gabellis, collectis, datijs, aut alijs quomodolibet nuncupatis, quinimmò Parlamentis, & Synodis prædictis minimè obſtantibus, ipſam, ipſoſq; liberam, & liberos, immunes, & illæſos permanere, omni contradictione ceſſante, ipſæq; gabellæ, collectæ, & impoſitiones, vt ſupra impoſita, aut imponendæ minimè exigi, aut peti poſſint, quinimmò pro non impoſitis habeantur, quoàd dictam Ciuitatem, incolas, habitatores, commorantes, & confluente, ipſamq; gabellam tareni vnius ſuper qualibet vncia ſerici laborati, ac mercimoniorum, & alterius tareni ſuper qualibet libra ſerici crudi, vt ſuprà impoſitam, abolemus, & penitus pro abolita haberi volumus, & mandamus, & ab ea Ciuitatem ipſam, incolas, habitatores, commorantes, & confluentes liberos, & exemptos declaramus eſſe, volumus, & mandamus, quoad Regiam noſtram Curiam, modo tamen, forma, temporibus, conditionibus, & alijs in dicta Capitulatione, & Conuentione ſuprà contentis, & expreſſis, & non aliter, nec alio modo.

Ex his igitur Catholicæ Maieſtatis verbis dicebat Ciuitas Meſſanenſis omnem ceſſare dubitationem, nã
102 per † tranſactionem ligatur Rex ad illius obſeruantiam, tanquam quilibet particularis, nec ſolùm ipſe, ſed omnes eius ſucceſſores, & hoc ratione conſenſus, qui eſt de iure naturali, ex cap. 1. de probat. vel ſaltim de iure gentium ex contractibus ab illo iure introductis, l. ex hoc iure, ff. de iuſtit. & iure. Nam cùm Princeps
103 † contrahit videtur ſeipſum, vt priuatum legibus ſubijcere, argumento l. eſt acceptum, ff. de iuriſdict. omn. iud. & cùm tempore contractus ſe obligauerit, vt quilibet priuatus non poteſt amplius contrauenire, nè ſibi contrarius ſit, & ex ſuo facto varietas reſultet, quæ in Principibus maximè reprobata eſt, quod tunc eſſet ſi non teneretur pro libitu voluntatis, l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. Ex quo multa ſequerentur abſurda, & præcipuè interdictum eſſet Principi commercium, vt poſt Bald. in l. Princeps in 1. lectur. ff. de legib. & alios multos diximus ad l. fin ff. de Conſt. Princ. par. 2. cap. 9. num. 2. vſquè ad ſextum, & vltra DD. per nos adductos ibi, adducebatur Dom. Regens de Ponte conſil. 53. num. 6. & ſeq.

Quibus ſic ſtantibus dicebatur nõ poſſe S. M. priuilegium prædictum reuocare, vnde ſi ipſe non poteſt facere, multò minus poteſt facere eius procurator, vt inibi diximus.

Nec ſolùm hoc eſſe prohibitum ex poteſtate ordinaria, ſed etiam ſi
104 vellet † vti poteſtate abſoluta, Dec. conſ. 151. num. 12. Petr. Ant. Petra de poteſt. Princ. S. capio nunc ſecundam principalem dubitationem nu. 58. 66. & 85. & tradit Caſan. in alleg. huius cauſæ nu. 18.

Quod autem fuerit iſta tranſactio inita

inita pecunia mediante,& sic per viã contractus onerosi,dicebat euidenter constare ex solutione facta scutorum 500.mil.vbicunq; enim pretium in-
105 teruenit in † contractu dicitur onerosus, & priuilegium transit in vim contractus, docet Bald. in l. qui se patris num.13.vers.& scias,C.vndè liber.qui voluit id procedere,etiã si Princeps vtatur,verbo indulgemus, vel alio simili,vt post illum tradit Felin.in cap.quæ in Ecclesiarum nu.51. de const.Gozad.cons.14.in fi.& cons. 62. n. 19. docuit Mãdos. in reg.13. Cancell.in fin.& quod vbicunq; aliquid est datum pro obtinendo priuilegio dicatur hoc transire in vim contractus,docet Ferd.Loazes cons. super Oppido de Mula in prima dubit.tertio fundam. pro Marchione num.2. vsq; ad num.25. & in specie in immunitate cõcessa à collectis interueniente pecunia transire in contractum.nec reuocari posse, tradunt Ioseph Ludouic.dec.Perus.3.num.8. Surd.consil.419.num.13.& 59. Cacheran.consil. 90.num.7. Petra de potestat.Princip. cap.12. vers. capio nunc principalem dubitationem num. 134. & num. 556. fol. 580. & cum in dicto priuilegio sæpius sit repetitum nomen Capitulorum, contractus, & transactionis, sequitur vt licet posset priuilegio derogare, non tamen posset derogare Capitulis Concordatis, vt tradunt Cassiodor. decisio.1. de pact. Petr. Rebuff. in concord.in præfat.Rub. de collat. S. monemus, præsertim si adsit promissio de non reuocando, Surdus cons. 419.n.67.lib.3.Riminald. Sen.cons. 404.num.2.

Sed huic quarto articulo,in quo de priuilegio agitur anni 1591. ꝑ aliter vocant transactionem, qui Fisci partes tuentur,quod priuilegium vtrũq; continere,priuilegium nempè,quia cetera antiquiora priuilegia confirmat, illisquè auctoritatem præstat, contractum, quia accepta pecunia ad omnes tollendas difficultates fuerunt declarata,approbata, atq. confirmata,antiqua, & recentiora priuilegia,ex quo deducebat Ciuitas prædicta duas cõclusiones, Alteram quidem ipsum non esse priuilegium de per se,aut separatum, Alteram verò quatenus esset nouum priuilegium transijsse in contractum,quem reuocari minimè posse, probatum est, sicuti etiam diximus ad l.fin. de const. Princip.p.2.c.9.n.11.cũ seq.vbi fundauimus nullam esse constituendam
106 † differentiam inter priuilegium concessum subdito, vel non subdito, quando transiuit in contractum. Sed aduersus hæc dicebatur repetendo, quæ suprà dicta sunt aduersus alia priuilegia, omne priuilegium immunitatis, siuè fuerit priuilegium concessum simpliciter, siuè ex causa meritorum,aut accepta pecunia subiacere publicæ causæ,& vtilitati, nam præter regulam, de qua omnes loquuntur,hæc est publicam causam, priuatæ esse præferendam; dicebatur adhuc, priuilegium istud immunitatis non esse seruandum in casu isto,in quo de ipsiusmet Ciuitatis vtilitate disponitur, si enim bellici rumoris, Turcarum incursus causa vera est, vt diximus, certum est etiam in totius Regni defensione comprehendi Ciuitatem Messanam, quæ si in paucis contribuat, maiores sumptus faciendi occasio extinguitur, quæ etenim vtilitas,aut commoditas illi sequeretur,si bellum esset in Regno, nonnè tunc oporteret milites hospitari, triremes ad portus tuitionem habere accommodatas, enea tormenta ad inimicorum expulsionem parata habere,& alia facere, quæ pro Ciuitatis prædictæ defensione essent necessaria,vnde nõ tantùm vectigal istud, sed pro maiori quantitate exigenda

aliud etiam imponeret, de quibus cum dictum sit suprà, non erunt hic iterum repetenda.

Dicebatur secundo hac in re non solùm esse considerandam publicam necessitatem, sed etiam vtilitatem, atquè commoditatem aliorum subdi-
107 torum,† quæ cum communis sit,debet præferri vtilitati paucorum, ex regula vulgata,quod vtilitas publica præfertur priuatæ l.munerum,§.item ff.de muner.& honor. l.sancimus, C. de sacros.Eccl. cum enim vt ait Purpurat.cons.18.num.74.lib.1. angusti subditorum humeri non valeant tam lata sufferre onera, sequitur vt ne maior pars, immò totum ferè Regnũ grauetur non sit admittenda immunitatis excusatio, ideoquè priuilegio non obstante esse cogendos ad contributionem onerum prædictorum concurrentibus necessitate, & vtilitate publica,proùt in diuersis Regnis statutum esse dicebatur, in Gallia enim sic fuisse decisum testatur Beltrand.cons.181.num.20. & 21. vol. 3.part.1.Franc.Marc.dec.528.par.1 Medioìani tradit Boss. de Principe nu.152. in Germania Mysing. cent. 4.obseru.70. Romæ Alexand. consil. 216.lib.2. Menoch. cons.112. lib.2. Bononiæ Barz.dec. Bonon.118. in Pedemontio Aymon Publ. in Consuet.Aluer. tom.2. art.9.num.7.in Hispania Cæuall.lib.2.commun.contra comm. quæst. 578. & in Audientia Maioricensi Fontanell. de pact. nuptial.clauf.3. glo. secunda, num. 17.

Dicebatur tertio, tunc locum habere regulam, Principem non posse reuocare contractum ex causa onerosa,pecunia scilicet accepta, quãdo
108 pecunia † Principi data correspondet valori mercedis,secùs si esset modica, & concessio facta in priuilegio esset magni valoris, inquit enim Ias. cons.56.lib. 1. num. 2. vers. secundo loco, Principem concedentem priuilegium subdito illud reuocare posse, si ex parte recipientis non fuerit aliquid datum in recompensationem, quem sequitur Menoch. cons. 981. lib.10. Ad cuius etiam conclusionis confirmationem adducebatur Bald. in l. qui se patris C. de bonorum possess. vnde lib. vbi voluit Principem reuocare posse priuilegium à prædecessore concessum per contractum,nisi aliquid ab accipiente fuerit datum, quod perpetuam habeat commensurationem cum re concessa,quæ tradit ex Nicol.de Matarell. & licet Paul.Castr.in l.si mihi, & tibi §.fin.ff.de leg.1 in lectur.Bonon. opponat contra Bald.de tex. in l. si Titius puerum, ff. de obseq. à patron. præstand. vbi fit differentia an detur domino pro libertate consequenda, an alteri, ipse tamen Castr. saluat Bald.in casu quo aliquid datur,quod sit æquiualens immunitati concessæ, quam doctrinam approbat Cacher. consil.27. num.3. Ex quo moti Domini de Rota decis.457.num.15.lib. primo in nouis. declarauerunt, quando aliquid soluitur, quod non æquiualeat concessioni, illam dici gratiosam ex Soccin. consil. quarto, & 87. ac etiam Bossio loco citato,ideoquè in componendis,quæ soluuntur in dataria, concessiones dici gratiosas, non obstante tali solutione, easquè obtinentem non habere ex causa onerosa, tradit Gonzal. ad regul. 8. Cancellar.glo. 28. num. 27. subdens hoc ideo, quia illud, quod soluitur non æquipollet ei, quod sibi conceditur, & latius Garsias de benefic.6. par. cap. secundo,num.194.& Purpurat. consil.18 num.53.& sequen. lib. primo, vbi respondet ad dicta per Aret. in cap. primo, de const. vbi dixit priuilegium esse irreuocabile, licet illud, quod præstetur in gratia illi concessa non æquiualeat, immò esse contra Aretinum communem DD. sententiam

tiam, vt tradit num. 58. & 59. hæc omnia in casu isto verificari dicebatur, in quo certum est 500. mil. aureos, datos non esse æquiualens pretium redditus ann. ducat. 60. mil. qui ad rationem duc. 7. pro centenario faciũt, vt valor sit duc. 860. mil. vltrà alias gratias, quæ in priuilegio continentur, vt in eo est videre, vltrà quod vt dictum est S. M. permisit, quod imponeretur gabella ab ipsa Ciuitate super extractione sericorũ, ex qua vectigalis impositione Ciuitas vendidit aureos prædictos 500. mil. & ex multis asserebatur Ciuitatẽ apparere fuisse in lucro.

Ex quibus dabatur responsum ijs, quæ pro parte Ciuitatis dicebantur ligari successorem ex contractu ini-
109 to, non enim procedit † quando in contractu adest dolus, & iniustitia ex parte recipientis, ex Bald. in l. digna vox, C. de legib. & Alex. Trentacinq. lib. 5. var. res. tit. de pact. n. 13. Purp. d. cons. 18. n. 46. Nam si factum prædecessoris est præiudiciale successori, ex eo successor non tenetur, ex doctr. Innoc. in c. fin. ne prælat. vices suas, Bellug in Specul. Princ. Rub. 9. nu. 9. & sequitur Dom. Cancer. Vir doctissimus, quem dum ex Hispania Neapol. reuerterer magno cum gaudio vidi Barchinonæ, & alloquutus fui.

Et tandem dicebatur pro parte Regij Fisci non esse seruandum prædictum priuilegium anni 1591. quia nec Ciuitas Messanæ seruauit promissa in dicto contractu, nam cũm dicta Ciuitas non haberet vnde solueret prædictos duc. 500. mil. petijt vt cõcederetur posse exigere grana 25. pro qualibet libra, immò additum fuit, vt quod supererat ex solutione censuum cum alia gabella imposita super vino deseruiret pro redemptione dictorum ducatorum 500. millia.

Sed aduersus prædicta dicebat Ciuitas Messanæ veram esse conclusionem Fisci, dum asserit omne priuilegium subiacere publicæ vtilitati, sed in casu isto non procedere, quia cum bellum non sit neque in Regno, neque proximum, affirmari non potest causam ad eum peruenisse Statum, in quo locum habere posset regula prædicta, & ad id conferre, quæ superius dicta sunt num. 63. cum seq.

Ad secundam verò, dum asseritur ex ista immunitate Messanensibus concessa fuisse grauatos Regnicolas, dicebatur, neque hoc in facto esse verum, quia impositio facta in publicis Comitijs in hoc Regno non est illis grauis, immò cœteris suauior, cum ersi Regnum obtulerit aureos 300. mil. singulis soluendos annis, habuit tamen à Sua Maiestate directus Tractarum, & extractionum Zaccari, & aliarum rerum, qui ascendunt ad plus quàm octuaginta mille aureos singulis annis. Sed quatenus hæc in facto non essent, dicebatur, non per hoc posse conqueri Regnũ; Primo, quia Ciuitas Messana ab antiquissimo tempore fuit exempta ab huiusmodi oneribus, & sic habenda esset, ac si non esset de Regno, sed ab illo separata.

Secundo dicebatur, quando constat de voluntate Principis concedentis immunitatem, non posse conqueri subditos, etiam si magna esset læsio, & onus graue, Abb. in cap. accedentes num. 8. vers. ex his infertur de præscript. Nact. cons. 53. num. 19. & cons. 160. num 38. Alex. Raudens. cons. 54. sub num. 71. vol. 1. quæ immunitas non solùm habuit oculum, vt ab impositionibus eximeretur, quę tempore priuilegiorum erant impositæ, verum etiam ab imponendis, vt tradit Nact. cons. 525. num. 21. Riminald. Iun. consil. 628. num. 16. & 17. volum. 6. qui dicunt censeri cogitatum de quocunquè casu in-

Mm 2 ge-

genere, qui accidere posset. Stante igitur voluntate tot, tantorumquè Regum, qui voluerunt Ciuitatem Messanæ eximere, dicebatur potuisse Principem cœteris præiudicium inferre, Princeps enim potest eximere à muneribus quem vult, & imponere cui vult onera, l. Medicos C. de Profess. & Medic. li. 10. l. vnica, C. de superind. eod. lib. Abb. in d. c. accedẽtes num. 8. de præscript. Nact consil. 63. nu. 19. & cons. 160. num. 38. volum. 1.

Ad tertium verò argumentum pro parte Regij Fisci, dum asserit non esse datum æquiualens pretium concessioni factæ per S. M. ideoq; reuocabilem esse concessionem; dicebatur pretium scutorum 500. mil. fuisse æquiualens, si consideremus tot priuilegia immunitatem concedentia, quibus iustitia Ciuitatis fouebatur, & si consideremus non concessionem, sed transactionem fuisse super lite tunc vertente in Supremo Italiæ Senatu, respectu gabellarum impositarum in anno 1565. dum ibi dicitur: *E s'intenda perpetuo silentio imposto per essa concordia di tutte le pretentioni, litigij, & altercationi, ch'essa Città hauea proposto sopra l'impositione di dette gabelle imposte per il generale parlamento contro S. M. e sua Regia Corte, e solamente si debbia osseruare, e guardare per tutti futuri tempi il contenuto, trattato, e concordato nella presente concordia, e conuentione, imponẽdosi con essa a tutto, fine, e legge inuiolabile*, ex quibus verbis apertè demonstrari dicebatur fuisse concordatam litem, & transactum super re dubia, ad tex. in l. 1. ff. de transact. &

110 licet quæstio ista, an trãsactio † possit rescindi ob enormem lęsionem sit apud omnes valdè disputabilis, dicebatur tamen in tres opiniones DD. diuidi.

Prima fuit illorum, qui affirmarũt

111 † non rescindi trãsactionem ex capite enormis lęsionis, etiam vltrà dimidiam, sed præcisè illi standum esse, l Lu ius, §. fin. ff. ad Trebell. vbi erat lęsio in quadruplo, & tamen transactio non fuit rescissa, ad cuius opinionis confirmationem adducebatur tex in l. à Diuo Pio §. si pignora ff. de re iud. l. si non transactione, C. de non num. pec. quibus iuribus ex id affirmarunt glo. in d. l. Lutius § fin. glo. in cap. pen. de empt. & vend. & post Petr. de Bellapert. & Cyn. in l. 2. C. de rescind. vend. affirmauit Bal. ibi in 8. oppos. asserens contrariam sententiam Bart. esse erroneam, & hanc tutiorem, & veriorem dicit Alex. ibi n. 10. & ab ea non esse recedendum in iudicando, & consulendo, tradit Zas. cons. 18. vol. 1. & tenuerunt innumeri relati per Cœuall. commun. contr. comm. q. 72. num. 1. vers. sed his non obstantibus, quam etiam Hyspani lege edita approbarunt, vt habetur in l. 34 tit. 14. par. 5. ibi: *Quanto quier que montasse aquella parte, que quitasse il demandador*: Et sic apud Hispanos cessat hæc disputatio, vt tradunt Gregor. Lop. ad d. l. 34. verbo quanto quier, Mattiens. ad l. 1. tit. 11. gloss. 8. num. 53. lib. 5. nouæ recollect. Gutt. pract. qq. par. 2. q. 151. & Villalop. comm. opin. litt. D. num. 137. qui affirmat procedere etiam in læsione enormissima, à quo tamen recesserũt Burg. de Paz, & alij quos adducit Cœuall. d. quæst. 72. vers. sed verius mihi semper, hac igitur attenta opinione nulli dubium est priuilegium prædictum, atq; transactionem firmã stare.

112 Secunda fuit illorum † opinio, qui affirmarunt stante enormi læsione vltrà dimidiam etiam in modico transactionem rescindi posse, quę fu t Bar. in l. 2. num. 6. C. de rescind. ven. quem sequuntur plurimi, quos referr, & sequitur Pinell. ibi par. 1. cap. 4. num. 14. Mattiens. ad dict. l. prima, gloss. 8. num. 54. tit. 11. lib. 5. nouæ re-

recollect.& hac opinione attenta dicebatur per Messanenses non esse probatum per Fiscum, neque probari posse excedere dimidiam, immò totum contrarium apparere, attẽtis ijs, quæ suprà dicta sunt, non enim ad rescissionem transactionis habetur respectus ad valorem rei, vt tradunt Pinell.in d. l.2.par. 1. cap.4. num.12. vers.dupliciter autem, Mattiens.ad d. l.1.glo.8.num. 53.lib.5. nouæ recollect.& Molin. de primog. Hispan.lib. 4. cap.9. num. 34. sed ad dubium futurum euentum litis, attenta iustitia causæ, & dubio litis euentu, tradũt Cremens.d.l.2.n.4.de rescind. vend.ubi Pinell.par.1.cap.4.nu.12. Molin.de primog. Hispan. lib.4.cap. 9.num.35.& Mattiens.loco citato,& sic stante ista consideratione, transactionem illam rescindi non posse dicebatur.

113 Tertia opinio concordans † antecedentes erat illorum, qui asserunt læsionem vltrà dimidiam in modico non rescindere transactionem, at si vltrà dimidiam maxima sit læsio, habito respectu ad dubium litis euentũ, vt si duplum, vel triplum excedat, tunc rescindi transactionem posse, de qua Corn. cons. 166. num.11. lib. 1. Dec.in l.cum te num.1. C. de transact.cons.60.num.4. cons.551.nu.6. & cons.103.nu.4. Gram.dec.66.nu. 44.& 47.Cagn.in d.l.2.nu.80. & in l.si quis maior nu.37. C.de transact. Suar.alleg.42.col.fin.& alij, quos refert Guttier.pract.quæst.lib.2.quæst. 141.num.3.Molin.d.lib.4. cap.9.nu. 36.Alex.Trentacinq. lib.3.variarum tit.de transact.resolut. 1. num.1. vbi dicit hanc esse magis communem, licet Pinell. non placuerit in d. l. 2. par.1.cap.4. num.26. & hac etiam admissa sententia dicebatur Messanenses in tuto esse.

Neque habendam esse rationem dicebatur aliarum rerum concessarũ per S.M. quia attenta magnitudine tanti Regis, ac seruitijs Ciuitatis, non sunt in consideratione. Nec obstare dicebatur requiri licentiã imponendi vectigal, q.a.l. pro parte Fisci dicatur Ciuitatẽ, quæ superiorẽ recognoscit, posse vectigalia indicere, ex l. 2. C. noua vectigal.instit.non poss.Ias.in l. de quibus nu.45. ff de legib. Tamen receptior est opinio, vt possint Ciuitates imponere collectas pro suis necessitatibus absque alia Principis licentia, l.omnes, C.de oper.publ.l.per Bithiniam, C.de immun.nemin.conced.lib.10.Bald.in l.etiam num.3.C. de execut. rei iudic. Girond. de gabell.par.1.num.31.

Quo verò ad dolum dicebatur friuolam esse istam considerationem, omnia enim gesta fuerunt per supremum Italiæ Senatum, in quo exactè cuncta rimantur,& resident Viri peritissimi,& experientiam habentes rerum Regni, ex quibus cessat dolus, vt suprà diximus decis. 2.num.314. Eo magis, quia pro parte Fisci nullus dolus adhibitus adducebatur, sed totũ eius argumentum reduci ad læsionẽ enormissimam, cùm idem operetur

114 dolus † re ipsa, qui ex læsione resultat, quod dolus ex proposito, l.si quis cum aliter, in princ.ff.de verb. oblig. & l.si superstiti, C.de dolo, Anchar. cons.38.Alex.cons. 121. vol. 1. Dec. cons.180.Cagnol.in l.2. num.81. C. de rescind.vend.Osasc. dec.40.nu.3. qui magis communẽ testatur,& Purpurat.cons.18.num.46.vbi post Bald. dixit non teneri Principem seruare conuentiones, stante dolo; quam quidem læsionem minimè adfuisse, dicebatur esse probatũ ex deductis supra in precedenti articulo. vnde in contractu isto, neque iniustitiam, neque dolum, neque læsionem adesse dicebatur; Immò vt dictum est, omnem dolum cessare, vbi præcesserunt consultationes plurimorum Magistratuum, ac Procerum, quorum consilio cuncta Hispaniarum Reges faciunt,

& præsertim Philippus II. prudentissimus, atq; sapientissimus Rex, qui bonam fidem agnoscens, impositam gabellam contra priuilegia auferre iussit, & alijs exornauit Ciuitatem beneficijs, prout merita illius exquirebant, propter quod illud priuilegiũ potius onerosum, quàm gratuitum erat iudicandum, iuxtà doctrin. Bald. à quo omnes habẽt in l. qui se patris, nu. 34. C. vnde lib.

Ad quintum dicebatur veram esse conclusionem non teneri alterum ex contrahentibus ad obseruantiam cõtractus, quando alter non obseruat id, quod fuit causa finalis contractus; sed verum etiam esse, quando defectus implementi non consistit in causa finali, tunc non esse locum resolutioni contractus sub prætextu contrauentionis, ad tex. in l. ea conditione, vbi gloss fin. C. de rescind. vendit.

Item deficere Fisco factum, præsupponit enim illud pactum appositũ in contractu anni 1591. quod scilicet teneatur Ciuitas de eo, quod supererat solutis censibus reluere subiugationes, fuisse causam finalem illius priuilegij, iuxta tex. in l. si vt proponis, C. de cond. ob caus. sed quia ex lectura priuilegij apparet non fuisse pactum illud causam finalem illius dispositionis: Sequitur nullam tribuere causam ad contractus rescissionem, quod autem non fuerit causa finalis, dicebatur probari ex eo, quia causa finalis illa dicitur, quæ generaliter respicit totam dispositionẽ, & ad illam generaliter influit, vt post Bald. Corn. & alios testatur Crauett. consil. 192. num. 21. vers. quinto illa dicitur, vnde cùm huiusmodi reemptio non respiciat totum contractũ, sed partem tantùm, eamq; separatam, atq; diuisam ab ipsa substantia contractus, sequitur vt nulla ex eo causa deduci possit, quæ contractus rescissionem inducat, causam autem finalem dicebatur fuisse solutionem ducatorum 500. mil. & hanc adimpletã fuisse patebat, istam verò appositam, vt Ciues ab onere soluendi hanc impositionem liberarentur, magis tamẽ ad guberniúm, & protectionem Ciuium, quàm ad substantiam contractus. Fuit igitur causa finalis solutio, vt ex Soccin. & alijs relatis, considerat Glorit. fol. 112. nu. 159.

Idquè etiam apparere dicebatur ex verbis in fine concordiæ positis, ibi: *facta dicta solutione*, quæ sunt ablatiui absoluti, l. à testatore, ff. de cond. & demonstr. DD. in Rub. ff. sol. mat. Menoch. consil. 69. n. 72. vol. 1. &
115 ideo † important conditionem, l. si debitor §. 1. ff. quib. mod. pig vel hypoth. sol. & sic pactũ illud, siuè modũ reemendi gabellam prędictam potius ad beneficium Ciuitatis, quàm Fisci fuisse appositum dicebatur, ex prouidentia Supremi Italiæ Senatus.

Dicebatur præterea pro parte Ciuitatis non posse opponi exceptionẽ implementi non sequuti, nisi ab eo, qui damnum, aut interesse sentijt Bald. consil. 127. vol. 1. Vbi concludit Ecclesiam non posse opponere vassallo, tu non impleuisti pro parte tua, quando Ecclesia damnum minimè sentijt ob causam implementi non sequuti, ad quod faciunt, quæ tradit Affl. in cap. Imperialem num. 35. de prohib. feud. alien. per Federic. Crauett. consil. 59. num. 2. Cœphal. consil. 80. nu. 9. Surd. dec. 165. nu. 3. & consil. 101. num. 24. lib. 1. Milan. dec. 4. nu. 8. lib. 2.

Et tandem dicebatur quantitates gabellarum, quę superabant istas impensas fuisse exactas in beneficium S. M. & ipsius etiam Ciuitatis, cum assensu tamen, ac beneplacito Dominorum Proregum, & sic non fuisse contumaces, nequè in mora adimplendi, vnde mora cessante non potest contractus rescindi ex capite implementi non sequuti, cùm contractus fuerit perfectus ex vtraquè parte,

te,l pecuniam, vbi Bart. Bald. & alij Scribentes, C.de cond. ob caus. Decian.cons.11.nu.3.lib.2. Raud.consi. 22.num.42.Crauett.cons.104.n.25. vbi dicit, contractum nunquam annullari ob implementum non sequutum,nisi interueniente mandato,siuè monitione,quod adimpleat, & sequitur Cæphal.cons.48 nu 43.Dicebatur etiã, moram in isto casu non esse considerabilem quatenus adesset, quia Vniuersitas non cogebatur ad id per viam conditionis, sed potius per viam modi, differunt enim isto casu modus, & conditio, nàm conditio obligat ante acquisitionem per viam suspensiuam, modus autem post acquisitionem per viam oneris, & acquisitionem non suspendit,Bald. & alij in l.quibus diebus,§.Termilius, ff.de cond ct. & demonstr. Mantica de coniect.vltim.volunt. lib.10.tit.5. num.32.D.Consil. Rouitus ad Prag. 2.num. 11. cum sequent. de guidatic.

Et in dubio dispositionem potius
116 præsumi † modalem, quàm conditionalem, quia fauorabilior est modalis dispositio,l.ea conditione,C.de rescind.vendit. tradunt Bartol.Bald. Castr.& alij in l.deb.toti, C.de pact. Molin.de primogenit. Hispan. lib. 2. cap.12.num.10.Peregr.de fideicom. art.12.num. 194.Anton.Gabr. cons. 4.lib.1. Ex quo dicebatur sequi veram conclusionem non posse dici Ciuitatem Messanam fuisse in mora, dũ non fuit interpellata, requiritur enim
117 interpellatio † vt adimpleatur modus in contractu descriptus, etiam si venerit dies,vel casus adimplendi. vt habetur in cap.1. §. licet si de feud. fuer.controuer.Bald.in cap.dudum il secondo, num.27. de elect. Alciat. consil.12.nu.4.lib 4.Simon de Petr. lib.1.interpret.2.dubit.2. num.174. quod tanto magis procedere dicebatur in transactione, cùm sit contractus in odium litium inuentus,in quo nõ ad rescissionem contractus, sed ad obseruantiam illius erit agendum, ad tex in l.si pro fundo, C. de transact. vbi pro fundo fuerat datum prædium, quod postea euictum fuit, & tamen illi, cui fuerat datum prædium,& euictum, non datur conditio ob causam,vt se reponat in pristinam obligationem,sed solùm conceditur, vt agat ad obseruantiam contractus transactionis, prout in illo tex. tradit Castr. num. 4. Padilla num. 1. & 6. vers. quæro, & num.7. vbi affirmat
118 † adeò iura abhorrere lites, vt etiam si non seruantur promissa in transactione,non licet regredi in primam causam, sed debet agi ad obseruantiam contractus, ad quod etiã adducebatur tex.in l.ob eam, ff.præ-
119 script.verb.vbi si † promissa in contractu non adimplentur, actio non restauratur, sed pro re ipsa præstari debet,& idem dicebatur probari in l.si maior annis C.de transact. Vbi si promissa in transactione seruata non sunt, nec eorum implementum offeratur, non potest alter venire contra transactionem, ex quibus omnibus dicebatur omnia adimpleta fuisse,& per consequens neq, ex isto capite impugnari posse priuilegia Ciuitatis.

His omnibus in Supremo Senatu
120 † Italiæ discussis,fuit prouisum gabellam non esse exigendam,quia fuerat imposita contra priuilegia Ciuitatis,& fuit rescriptum Viceregi in forma infrascripta.

Ill. Duque primo mi Virrey, Lugarteniente,y Capitan General. Antes de agora se os ha auisado del recibo de algunas cartas vuestras, y papeles que con ellas haueys embiado en que haueys dado cuenta de la nueua gabela,qua impusistes en Mecina por Iulio de mil, y seys cientos y doze,de veynte,y cinco granos sobre cada libra de seda, que se sacasse de aquella Ciudad,y de las causas, que os hauian

mouido a ello, y tambien se os ha escrito que hauia llegado el elogio, que se formò à instancia del Syndico de la dicha Ciudad por hauer allegado, que la dicha gabela fuesse contra sus priuilegios, y la declaracion, que en esta conformidad hyzieron los Iuezes Estraticociales, y hauiendo despues reconocido, y considerado lo vno y lo otro con toda atencion, y la instancia hecha por parte de la misma Ciudad de Mecina, paraque se reduxesse ad pristinũ la dicha gabela conforme a la declaracion de los Iuezes Estraticociales, y oydo este mi Consejo Supremo de Italia de palabra, y por escrito al fiscal de mi Regio Fisco, que para este effecto mande deputar, y a esse mi fidelissimo Reyno de vna parte, y de otra la dicha Ciudad de Mecina, y sus Abogados, ha parecido, que se suspenda la execucion, y cobranza de la dicha gabela nueua empuesta en virtud de orden de 25. de Iulio 1612. y corra esta suspencion desde primero de Henero deste año 1615. en adelante hasta tanto, que se conozca, y determine en definitiua lo que toca al priuilegio, y transacion sobre que es este pleyto, y que las partes pidan lo que les conueniere cerca de los meritos de la causa, y informen en ellos, en cuya conformidad os encargo, y mando, proueys, y deis la orden que conuenga, para que se cumple, y execute como queda dicho, que assi conuiene a la recta administracion de la justicia, de Madrid a 30. de Martio 1615.

YO EL REY.

Vid. Comes Gener. Thesaurarius.
Vid. Quintanaduñia Regens.
Vid. Caymus Regens.
Vid. Carolus de Tapia Regens.
Vid. Montoya de Cardona Regens.
Vid. D. Philippus de Haro Regens.
Aguirre Secretarius.

Non tamen omittam laudabilem, atquè Proregibus præoculis habendam actionem Potentissimi, atquè Iustissimi Regis nostri Philippi III. cui cùm esset relatum decretum Supremi Italiæ Senatus interrogauit illum, quare Suam Maiestatem per consultationem non certioraffet; Cùmq; fuisset responsum in negotijs iustitiæ non fieri consultationes S.M. quia Supremum Italicarum rerum Consilium est iustitiæ Consilium ex ore Philippi II. nil aliud quęsiuit, sed decretum Consilij approbauit.

Hæc gesta fuerunt dum in Consilio præsideret Peritissimus Archiepiscopus Compostellanus D. Bertrandus de Gueuara, & in eo Regentis munere fungerentur Peritissimi, ac Probatissimi Viri, quorum nomina supra scripta sunt in litteris S.M.



AR-

ARGVMENTVM.

Dispositio cap. I. de controuers. feud. apud par. termin. an locum habeat in Imperatore, vel Rege habente iura Imperij, vel debeat iudicari per Cameram Imperialem; aut aliud Tribunal deputatum ad expeditionẽ causarum Cameralium, & quid decretum fuerit in Curia Imperiali in Causa Principatus Pumblini.

SVMMARIVM.

1 *Controuersia inter Dominum, & vasallum vertente, causa ad Pares Curia est remittenda.*

2 *Etiam si Dominus superiorem non recognoscat, Contrarium nu. 3.*

4 *Imperator est Iudex in causa feudali.*

5 *Pares Curia non cognoscunt de controuersia inter Dominum, & vassallum, quando consuetudine est receptum, vt causa ab alijs Iudicibus cognoscatur.*

6 *Exempla plura traduntur, quibus cõstat Imperatores, & alios Principes de controuersijs inter ipsos, & vassallos cognouisse.*

7 *Imperator in causa propria ius dicere potest.*

8 *Parium Curia iudicium ab Aula recessit.*

9 *Imperatoris Caroli V. & aliorum Hispania Regum liberalitas enarratur.*

10 *Capitulationes inita cum Commissarijs Imperialibus.*

11 *Decreta Imperialia, quibus ipse Imperator consensum prastitit pradictis Capitulationibus.*

12 *Decretum Aula Imperialis in hac causa.*

DECISIO VIGESIMA QVARTA.



DVM per Curiam Imperialem Supremi Aulici Senatus pronunciatum fuisset contra Dominam Isabellam de Mendocia, quæ Principatũ Pumblini, & Marchionatum Popoloniæ possidebat Imperialis decreti auctoritate donec, causa proprietatis prædicti Status terminaretur, declarando illam nullum ius habere in Statu prædicto, ex quo pluribus datis terminis nihil produxerat in causa petitorij, sed petierat causam remitti ad Pares Curiæ, in qua petitione perstiterat eius Procurator, non obstantibus decretis interpositis per prædictum Supremum Senatum, cùmque prædicta Comitissa adijsset Suam Maiestatem, exponendo maximum sibi fuisse illatum grauamen, dum feudo prædicto fuerat priuata, ex quo petierat causam remitti ad Pares Curiæ, implorabatq; regale præsidium aduersus Commissarios destinatos per Cæsaream Maiestatem, ad auocandam præfati Principatus possessionem, de quo dum in Supremo Italiæ Senatu fuisset actũ,

fuit

fuit primo loco disceptatum, an causa ista debuisset remitti ad Pares Curiæ.

Dicebatur enim præfatam Comitissam de Binasco Principissam Pumblini iustam petitionem obtulisse,
1 nam † quotiescumquè controuersia vertitur inter Dominum,& vassallum causa remitti debet ad Pares Curiæ; proùt feudali consuetudine statutum est in cap.primo,de controuerf.feud. apud Pares term. in cap. primo, §. si inter Dominum de alienat.feud. patern.& Imperiali etiam lege, quæ est apud omnes receptissima in cap. Imperialem,§. præterea si inter duos,de prohibit.feud. alien. per Federic. vbi Scribent. omnes, Frecc. de subfeud. lib. 3.de differ.inter feud.Regal.titulat.& nobil. diff 6.

Idquè etiam in casu quo dominus
2 † sit Imperator, aut alius non recognoscens superiorem, vt voluerunt ibi præcipuè Bald.& Andr. colum.final.citat plures Menoch.de retinen. possess. remed. 3. num. 435. quibus addendus est Afflict. in cap. 1. nu.7. de controuer. inter dominum,& vass. de inuest.feud.vbi signãter ait, quod si contentio sit de feudo inter Imperatorem,& vassallum,tunc Pares erũt Iudices, nisi Imperator esset in Lombardia,& voluerit de causa cognoscere,tunc ipse erit Iudex, vt in cap. primo, §.1.de pace cõstantiæ, quare secluso hoc casu, qui in quæstione nostra non verificabatur, dicebatur remanere regulam, vt Pares Curiæ Iudices esse debeant, vt latè in dicto §. præterea Scraderus, qui quæstionem reassumit, eamquè ampliat, & limitat; & inter cœteras ampliationes tradit procedere etiam in Principe non recognoscente superiorem, & latè prosequitur Rosental. cap.12. concl. 3.

Ex quibus dicebat partes Catholicæ Maiestatis esse, illam tueri, ex quo contra ius erat prolatum Imperialis Aulæ decretum.Sed antequàm in Supremo Italiæ Senatu, quid in hoc negorio consulendum esset Suæ Maiestati decerneretur,fuit ad Curiam illam transmissus orator à Cæsarea Maiestate Imperatoris Matthiæ ann. 1617.& cum eo Commissarius vnus ex Senatoribus Aulicis, quibus inter cœtera à Cæsarea Maiestate fuerat iniunctum, vt Catholicam Maiestatem certiorem redderent de causis, & rationibus, quæ mouerant Supremum Aulicum Senatum ad reijciendam petitionem Comitissæ, & possessionem capiendam in beneficium Fisci Imperialis, super quo instantissimè fuit instatum.

Dicebant enim Senatum illum cognoscere Imperiali authoritate de causis inter Imperatorem, & vassallos, nam licet iure communi, feudorum consuetudine, ac Imperiali lege,sit cautum, causas inter Imperatorem,& vassallum esse iudicandas
3 per Pares Curiæ; † hoc tamen non procedere in Imperatore,qui nullum recognoscit superiorem, proùt testantur Bart.in l.est receptum 14. ff. de iurisdict.omn. Iudic. Io.Bertacch. in tract.de Episc.5 par.4. lib.nu.19. Bald.in cap.1.num.5.de inuestit.in mar.fact. & in specie in Imperatore,
4 † quod sit Iudex in causa feudali inter ipsum, & vassallum tenet Aegidius Boss.tract.crim.tit.de foro competen.num.170. Capycius in inuest. verb. feudorum iudicia fol.254. ibi, *Limita nisi esset Rex, vel Imperator*.

Dicebatur secundo non procede-
5 re conclusionem † prædictam, quando consuetudine est introductum, vt non per Pares, sed per alios Iudices à Supremo Principe constitutos de causis inter Dominum, & vassallũ cognoscatur,vt post Bald.in cap.Imperialem, §.præterea si inter duos de prohib. feud. alienat. per Federic. & Iacobin.

Iacobin.in inuest.feud.in ver.Et dicti vassalli,& Franc. Curt.in tract.de feu. in 7 p in 3.col. tradit Petr.de Greg. de iud. caus. feud. quæst.7. num.17. & Amodæus à Ponte in tract. quis sit Iud.in causa feud. colum.2. in 10. tom.tract par.2.fol.196. Capyc.in inuestit.verb.feud.iudicia fol.254.ibi *Parium iudicio derogatur Consuetudine*, Mysinger. cent.6. obseru.19. in fine, Henric. à Rosenral. cap. 12. concl. 42.Gulielm. Hannetton.lib.4. instit. feudor. cap.2. in fine, Alciat. consil.2. num.22. lib. 3. Pruchman. consil. 26. num.17. Borch. de feud. cap.10.num.7.in fin.

Dicebatur tertio, hanc Imperialem authoritatem, & Aulici eius Senatus comprobari authoritate rerum iudicatarum respectu plurium feudorum in Italia existentium, nam præter sententias antiquorum Imperatorum, quorum plurimæ extant in
6 Archiuio Imperialis Aulæ, † recentiores Imperatores plures edidere, nam primus Maximilianus Marchiã Finariensem pronunciauit deuolutã ob non petitam inuestituram die 8. Decembris 1496. Idem Imperator post obitum inferioris Bauariæ Ducis Georgij, de eius successione controuersiam solus cum Camera sua à Pręside,& Assessoribus, formato ibidem prius processu decidit Ruperti; & Philippi precibus reiectis, Alberto Monacẽsi,vti legitimo successore nominato anno 1504. Carolus V. ipsemet in propria causa tulit sententiã ratione successionis Geldriæ contra Gulielmum Iuliæ, & Cliuiæ Ducem, cùm tamen in Comitijs Noribergẽsibus,diligentissimè,non vt Pares,sed vt supplices omnes Principes coram Ferdinando Romanorum Rege pro Gulielmo Duce ardentissima vota, ac intercessiones in scriptis protulissent ann. 1543.

Idem ann. 1546. Conradum Comitem Teclemburgensem sine Paribus Curiæ priuans feudo Comitatus Lingensis Ducatui suo Geldriæ incorporauit.

Ducatus Mediolanensis propter obitum Francisci II.Sfortię, vri vltimi vassalli possessionem statim apprehendit,inquè manibus suis,exclusis omnibus prætendentibus reseruauit,& filio suo Philippo II.ann.1549. inuestituram authoritate Cęsarea contulit, idem in confiscatione feudorum familiæ Flisci obseruatum.

Rodulphus II. Imperator sententiam pronunciauit in Consilio Imperiali Aulico super feudis Saxelli,Zuccharelli,Frinchi,Garlendæ, & infinitis alijs partim propter fęlloniam, partim propter lineam primi aquirentis extinctam,deuolutis.

Modernus Cęsar in difficili illa, in quam omnium oculi intenti sunt cõtrouersia successionis Iuliacensium Ducatuum Electorum Ecclesiasticorum;Ducum Bauariæ,& aliorum suffragijs solus Iudex tam in possessorio,quàm petitorio declaratus est.

Et licet aliqui actus reperiantur ab Imperatoribus gesti adhibitis Principibus Imperij, illos tamen potestatem Cęsaream non infringere dicebatur,nam cùm prisci Imperatores, pro qualitate incidentium negotiorum nunc in Germania, modò in Italia commorarentur, eorumquè Aulã Principes Ecclesiastici, & Laici,officij,& obseruantiæ causa sequerẽtur,pro honore summo ab ipsis fuit habitum, quod controuersiis hinc indè emergentibus, tanquam Commissarij adhibiti sint, ex quo propter actus voluntarios Cęsaris Maiestatem diminuendam non esse dicebatur,nam licet in disp. auth.habita, C. nè fil. pro patre habeamus interuẽtum procerum, & Episcoporum non tamen colligitur necessarium illum fuisse, sed quia Curiam Imperialem in Italiam sequebantur; quem morem plures Imperatores intermisere: vnde rem ad necessitatem redigere,licentiosam esse consequẽtiam

tiam dicebatur, cùm solus Imperator possit legem condere per l. si Imperialis, C. de leg.

Neque hoc esse mirum dicebatur,
7 † cùm Imperator in causa propria ius dicere possit, l. & hoc Titus Cęsar, ff. de hæred. instit. l. fin. ff. de ijs, quæ in testam. delent. §. fin. instit. de vulgar. substit. l. qui duos in fine, ff. de coniung. cum emanc. lib. cap. cum venissent de iud. probant Marcus Mantua in dialogo de Concilio num. 192. tomo 13. tract. fol. 189. Mart. Laud. in tracta. de Principibus quæst. 108. Claudius Cantiuncula in tract. de officio Iudicis cap. 2. numer. 4. faciunt tradita per Card. Iacobatium in tract. de concilio lib. 6. art. 14. num. 54. & latius quàm cęteri in particulari de hac re disputatione Restaurus Castaldus in tractatu de Imperatore, quæst. 91. per totam tomo 16. tract. fol. 68. a tergò. Et ad id, quod dicitur non posse iudicare in causa propria, dicebatur hoc non verificari in casu isto, in quo Iudices sunt constituti Supremi Senatus Aulici, quod in causis Fiscalibus ab ijsdem Imperatoribus seruatum fuisse habetur in d. l. fin. ff. de ijs, quæ in test. delent. ibi, *vos habetis Iudices vestros.*

8 Et tandem dicebatur † huiusmodi Parium iudicium recessisse ab Aula, cùm in Hispania, Regno Neapolitano, Siciliæ, & Ducatu Mediolani, & quod magis est apud omnes Italiæ Duces receptum sit causas feudales inter Dominũ, & vassallũ à Iudicibus constitutis per Principem terminari.

Recessit ergo ab vsu hoc iudicium Parium Curiæ, cùm omnes causæ feudales cognoscantur hodie in Regalibus Auditorijs, vt eleganti doctrina testatur Gregor. Lopez ad l. 11. tit. 26. partit. 4. glos. 1. vbi multa singularia ad materiam. Ad illud verò, quod suprà dicebatur, Pares Curiæ esse Iudices, quando contentio est inter Imperatorem, & vassallum, vltrà prædicta respondet etiam Menoch. de retinen. possess. remedio 3. num. 436. ex Decio in cap. cęterum num. 12. de iudicijs esse verum ex quadam honestate, non ex iuris necessitate, ex principio illo suprà firmato, quod qui superiorem non recognoscit in causa propria ius dicere possit.

Quibus omnibus accedebat, prædictam Comitissam per eius Procuratorem præsentasse plures scripturas ad fundandum ius ipsius, & obtinendam inuestituram, & ab Imperatore obtinuisse possessionem Principatus Pumblini, ex quo etiam reclusa est via petendi causæ remissionem ad Pares Curiæ.

Ex his omnibus, & alijs considerationibus fuit actum cum prædictis Commissarijs Imperialibus, vt contumacia non obstante prædicta Comitissa Binaschi audiretur in eius iuribus in gratiam Potentissimi Regis Nostri, fuitq; etiam tractatum ad tollendas controuersias, occasione huius feudi, vt Rex Noster inuestiretur à Cęsarea Maiestate de Statu prædicto, cum conditione tamen inuestiendi vnum ex prætendentibus Statum prædictum, cui magis iustitia faueret, vel æquitas suaderet, vt omnis cupiditatis suspicio tolleretur. Rex enim Noster non eripit alienos Status, sed illos liberalissimè concedit, atq; tuetur, idquè effecisse magnum illum Imperatorem Carolum
9 † V. constat, dum inuestiuit de Statu Montisferrati Mantuæ Ducem, dum Astensis, ac Vercellensis Comitatus inuestituram dedit Serenissimo Sabaudiæ Duci, Philippum etiam Regum Maximum, Senarum Ducatum, Florentiæ Duci concessisse, Corsicæ restitutionem Genuensibus. Sabaudiæ partem maximam à Gallis occupatam, & libertatem Reipublicæ Ianuensium coaceruasse, Venetiarum Rempublicã Ferdinandum Catholicum Regem, atq; Philippum etiam

præ-

prædictum tutasse à Turcarum incursibus, Pontificiam iurisdictionem, atq; Maiestatem Philippum Tertium defendisse, Vercellum in eius iurisdictione redactũ Sabaudiæ Duci restituisse, pacemq; inter Mãtuanum, & prędictum Ducem procurasse, atq; totius Italiæ quieti semper studuisse, pro qua ingentem pecuniam consumpsisse, tùm vetera, tùm noua monumenta testantur.

Fuit etiam actum cum prædictis Commissarijs ad tollendam præfatã controuersiam de iudicio parium, vt Fiscus Imperialis iuri suo cederet, vt litigatores tutius de eorum iuribus agerent in Aula Imperiali, oblatis Fisco, pro parte victoris quincentis mille florenis, proùt constant hæc omnia ex capitulationibus initis cum dictis Commissarijs, quæ leguntur impressę in memoriali, & allegationibus pro eadem Principissa Pumblini, nunc Ducissa Bracciani, quæ sic se habent.

10 *Primieramente, † que Su Magestad Cesaria se sirua de mandar, que su Fisco Imperial se aparte de las pretenciones, que tiene a la deuolucion deste Estado.*

Que assi mismo mande, que entre las partes pretendientes el Consejo Aulico en vn breue termino prouea de justicia, declarando à qual de los pretensores toca la sucession del Estado en propriedad, quedando en el Estado, que esta, basta, que se haga esta declaracion.

Que entre ellos sea admitida la Condesa de Binasco en gracia de Su Magestad, no obstante la exclusion hecha por el Consejo Aulico.

Que el que fuere declarado tener justitia por Su Magestad Cesarea en la succession contra los otros, le sirua, con quinientos mil florines, que es la cantidad, que se ha trattado en Alemania, que se dè por transacion en recompensa de los derechos del Fisco Cesareo, con que se aparte el Fisco de todos sus derechos al Estado, y frutos.

Que atento, que aquel Estado està emparte, que importa mucho a Su Magestad Catolica, que estè a su deuociõ, y a la corrispondencia tan grande, que siempre ha tenido en los negocios tocãtes al Imperio, y a la Casa de Austria, como se ha visto en todas ocasiones, y especialmẽte hagora, en las de Vngria, Bohemia, y Friuoli; Su Magestad Cesarea se sirua de darle a el la inuestidura para sy, y sus decintentes con facultad de poderla dar en feudo à otra persona, como tiene la del Estado de Sena, de la misma Magestad Cesarea, y que el que tuuiere la sentencia en fauor tome la inuestidura del dicho Estado de Su Magestad Catolica, como el Gran Duque la tiene del dicho Estado de Sena.

His omnibus benignissimè Imperator præstitit consensum, proùt apparet ex Imperialibus decretis, quæ sunt videlicet.

11 *Sacra Cæsarea Maiestas † Dominus noster clementissimus; Serenissimi Hispaniarũ Regis Catholici oratori Domino Comiti de Ognate benignè significari iussit ipsum haud dubiè meminisse, quod ratione Principatus, & feudi Imperialis* Pumblinensis, *super quo coram Tribunali Cæsareo diuturna lis pendet indecisa, tùm ante non multos annos in Hispania, tùm ẽt nuper in Aula vltrò, citroq; sit tractatum. Porrò cum Maiestas Sua Cæsarea, quascunq; occasiones, quibus Serenissimo, & coniunctissimo sibi Regi propensam, & amicam gratificandi voluptatem testari queat vltrò, libenterq; complectatur vigore Decreti huius Cæsarei declarat, quod Serenitatẽ suam de toto* Principatu Pumblini, *omnibusq; iuribus, & pertinentijs ei spectantibus pro se, hæredibus suis, & Regnorum suorum successoribus, tam masculis, quam fœminis ex Serenissimo olim Hispaniarum Rege Catholico Philippo Tertio descẽdẽtibus, obseruato tamen ordine primogenituræ in melio-*

liori forma, benignè velit inuestire. Idquè cum hac expressa conditione, vt Serenissimus Rex illum ex partibus collitigantibus, (præstitis tamen iuxtà tenorem huius decreti suo tempore præstandis) subinuestire, & in dicti Principatus possessionem introducere, in eaq; manutenere velit, & debeat, pro quo per Maiestatem Cæsaream in petitorio iudicio diffinitiuè pronunciatū fuerit, vel in euentum si nulla partiū intentionem suam sufficienter probasset, quem maioris æquitatis, ac qualitatis personæ, & naturæ feudi intuitu in dicto Principatu Maiestas Sua *Cæsarea successorem (prævia communicatione cum Serenissimo Rege Hispaniarum, eiusq. assensu) declarauerit, interim verò fructus omnes percipiendos, residuum depositi* Neapolitani, *& sexaginta scutorum millia Florentiæ adseruata pro indemnitate Cameræ Cæsareæ, versus Carolum Appianum Serenissimus Rex diligenter custodiri faciat, insuper cum in fauorem partium, quæ ad* Principatum *hunc via iuris aspirant, quatenus ad supradictā inuestituram Regi concedendam assensum suum præbuerint, à Maiestate Sua Cæsarea Serenissimus Rex amanter petierit, vt ab hac lite Fiscus* Imperialis *Aulicus desistat, & prætensionibus suis renunttet, eatenus quoquè Maiestas Sua Cæsarea benignè assentitur, quatenus etiam dictæ partis promittant sese in casum Victoriæ, vel amissionis antequam subinuestiantur, vel in possessionē introducātur summā pecuniarū olim in Hispania ipe* Imperatoris *Matthiæ tractatā pro laudemio, siue recognitione Cameræ* Imperialis *Aulicæ simul & semel exsoluturos.*

Postremò ad Comitissam Binaschi, quod attinet, tantiquoq; Maiestas sua Cæsarea Regiam intercessionem meritò extimat, vt eiusdem intuitu dictā Comitissam, & si iam ante causa cognita ab hoc iudicio legitimè exclusā, ex mera gratia Imperiali *denuo admittat, ita tamen, & non aliter, vt & ipsa inuestituræ Serenissimo Regi concedendæ assensum suum tribuat, & ad præfatam laudemius solutionem euentualiter se obliget.*

Post hæc fuit interpositum aliud Decretum tenoris sequentis.

Sacra Cæsarea Maiestas Dominus Noster clementissimus, &c. Secundo, vt ex ipsa ad hoc iudicium, ex speciali gratia denuo admissa consensum suū præbeat ad inuestituram, quam Maiestas Sua Cæsarea de Principatu Pumblinensi *Serenissimo Hispaniarū Regi Catholico concedere decreuit, à quo* Statum *illum iure subfeudi recognoscet quisquis litigantium in petitorio palmam, vel à Maiestate Sua Cæsarea nominationem obtinuerit.*

Tertio, vt polliceatur. D. *Comitissa postquàm, id quoq; Maiestas Sua in beneficium partium Regio desiderio tribuit, vt Fiscus* Imperialis *Aulicus in hac causa ab omni prætentione desistat se se in casum Victoriæ, vel amissionis priusquàm à Serenissimo Rege Catholico subinuestiatur, vel in possessionem introducatur summam pecuniarum, de qua olim in Hispania tempore* Imperatoris *Matthiæ Augustæ memoriæ tractatum fuit pro laudemio, siuè recognitione Cameræ* Imperialis *Aulicæ, simul, & semel exsolutură.*

12 Tandem per Imperialem † Aulā audiui fuisse pronuntiatum neutri ex litigatoribus ius competere, sed ex æquitate concedendam esse inuestituram Carolo Appiano: non egi hic de iuribus vtriusquè partis, quia de illis non fuit actum in supremo Italiæ Senatu; Et cum hac decisione finem imponimus huic libro ad honorem Sanctissimæ Tirnitatis, Beatæ Mariæ Virginis semper Matris, ac Sanctorum Thomæ de Aquino, & Francisci de Assisio, ac proximi vtilitatem. Alias autem Decisiones si vita Comes fuerit, annuente Deo luci trademus, nōn enim explere potui, cum finiendis Commentarijs ad Iura Regni animum applicuissem.

FINIS.

